3 1761 07036709 9

Ξυνόν ἐστι πᾶσι τὸ φρονεῖν.

Ἡράκλειτος
B 113

XENOPHONTIS

DE

CYRI MINORIS

EXPEDITIONE

LIBRI VII

ET ALIA

OPVSCVLA

GRAECE ET LATINE

EX RECENSIONE

EDVARDI WELLS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LIBRARIA GLEDITSCHIANA

CIↃIↃCCCIV

PA
4494
A4
1804

LIBRARY
APR 7 1964
UNIVERSITY OF TORONTO

890979

CATALOGVS
OPERVM XENOPHONTEORVM
HVIVS TOMI.

Thomae Hutchinſoni Diſſertatio de Auctore ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ, et de Graecorum itinere.

Series Regum Perſicorum ad Xenophontis hiſtoriam accommodata.

De Cyri minoris Expeditione libri VII. p. 1

De Ageſilao Rege p. 465

De Lacedaemoniorum Republica p. 525

De Athenienſium Republica p. 569

Rationes Redituum, ſiue de Prouentibus p. 593

DISSERTATIO,

IN QVA

I. *Agitur de* ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ *auctore:* II. *de toto, quod Graeci confecerunt, itinere.*

I. Pauca quaedam de huius Operis auctore iam olim [1] adtuli: adlata, loco citato, si breuiter adstrinxeris, huc tandem redeunt — — Veterum vtique, si non omnium, at longe plurimorum tamen, [2] auctorum consensu ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΙΝ in numerum librorum, quos scripsit Xenophon, esse relatam.

Quod si quis a testibus, idoneis quidem illis et locupletibus, ad scripturae genus, quo vsus est auctor, animum traduxerit; id vero esse tale certissimis indiciis comperiet, quod a Xenophonte fluxisse, cito tutoque crediderit aequus rerum aestimator. Hoc enim in libro vnus et idem videtur esse habitus et quasi color orationis, quibus alii [3] libri a Xenophonte, intercedente nemine, conscripti, distinguuntur et ornantur.

Cum autem dicendi forma, tum ea, quae in ΑΝΑΒΑΣΕΙ leguntur, ipsa Xenophontem prae se ferunt auctorem. Nam quid quoque die acciderit, itinera singula, res quasque gestas adcurate adeo et diligenter persequutus est Historicus, vt ipsum iis interfuisse semper, saepius etiam praefuisse, facillime lector, paulo attentior, perspicere possit. Haud pauca certe de Xenophonte ipso memoriae tradidit, quae Xenophon ipse solus scire potuit, soluſque adeo literis consignasse videatur.

Porro, quanquam eo potissimum duce atque auctore, Graeci per tot rerum discrimina tandem incolumes euasere plerique, qua tamen laude tam insigni cumulatum eum exhibet haec historia? Tantum sane abest, vt in ea verbis effe-

ratur,

1) Diss. I. K. II. praemissae p. 11. (16.) et seq.

2) His adde *Photium;* cuius in Lex. Graeco inedito saepe laudatur Xenophon, in vocibus ex Ανα-βάσει petitis. Hoc me nuper docuit vir eruditiss. *I. Alberti*, Glossar. Gr. p. 372 et sq. Alios libens praetereo: quippe quorum vulgata sint scripta et satis nota.

3) Conferantur modo (alia vt omittam multa) quae in K. A. inter p. 90 et 103. (61 et 69) reperiuntur, cum iis, quae de Cyro Socrates itidem cum Critobulo differit, haud ita longe ab initio libelli

ratur, vt facta quidem eius egregia memorentur multa, nulla glorioſius praedicentur. At vero de talis tantique viri laude tam parce ſcribendi ratio, [1] Xenophontis vt ipſius cum verecundia praeclare congruit, ita certe, ſi quis eam alius vſurpaſſet, inuidiae vix ac ne vix quidem is abſoluendus eſſet.

Cum denique is eſſet Xenophon, cui tum facultas tum voluntas facinora nobiliora monumentis prodendi contigit, quam ſcribendi argumentum illud illuſtre, ΚΥΡΟΥ quod ſuppeditauit ΑΝΑΒΑΣΙΣ, optatius haud quidquam ei potuerit offerri; oblatum eum adripuiſſe, conſentaneum eſt. Quin idcirco forſan caeteris ſe Graecis, in Aſiam interiorem iamiam profecturis, libentius adiunxit, quod curioſis oculis terras alio ſole calentes luſtrare, multorum mores hominum perſpicere, materiam denique ſtilum exercendi nouam vberioremque adeo ſibi comparare vellet.

Haec fere ſunt argumenta, quae Xenophonti opus hoc adiudicandum eſſe doceant.

Ad ea vero, quae contrariam in partem, [2] ex Xenophonte in primis ipſo et Suida, proferri ſolent, paucis [3] alias reſpondi: quibus haec velim addas — — (1) Themiſtogenem nimirum illum, cuius, libro adpellato, meminit Xenophon, de Κύρῳ ἀναβάσει reuera forſan quaedam literis mandaſſe. (2) Xenophontem ſuam tunc temporis eiuſdem Ἀναβάσεως hiſtoriam non abſoluiſſe: (3) quamuis etiam illud, quod inchoauerat, ad exitum perduxiſſet opus, tamen prae ſingulari ea, qua erat, modeſtia, librum illum, cui dederat argumentum ipſe praecipuum, alienum potius quam ſuum nomen praeferre voluit. Huic certe ſimile fuit Adriani Caeſaris inſtitutum, *qui* ([4] Ael. Spartiani verba legis) *libros vitae ſuae ſcriptos a ſe, libertis ſuis literatis dedit, iubens vt eos ſuis nominibus publicarent: nam Phlegontis libri Adriani eſſe dicuntur.*

Quod ad Suidae demum teſtimonium attinet, id vero [1] te-

libelli iſtius Xenophontei, qui inſcribitur Οἰκονομικός.

1) Vide ſis Diſſ. K. n. praemiſſ. p. 7. (10.)

2) *Hiſt. Gr.* l. 3. ineunte.

3) Diſſ. K. n. praem. p. 11. (16.)

4) De *Adriano Imp.* Hiſt. Auguſtae Script. T. I. p. 50.

[1] teſtis ipſe non eleuauit modo, verum etiam refellit. Itaque laude tandem ſua fruatur Xenophon: laudem quippe non facta ſolum, ſed et ſcripta ſua ferant ei inſignem oportet. Atque adeo, qui beatiſſimorum [2] Plinianorum in numero collocentur, dignus habeatur, cui tum facere ſcribenda, tum ſcribere legenda datum eſt.

De Operis auctore haec hactenus: quibus ipſo de Opere iam pauca libet ſubnectere. Ξενοφῶντα δὲ ἔγωγε (verba ſunt [3] *Dionis Chryſoſt.*) ἡγοῦμαι, ἀνδρὶ πολιτικῷ, καὶ μόνον τῶν παλαιῶν ἐξαρκεῖν δύνασθαι. εἴτε ἐν πολέμῳ τὶς στρατηγῶν, εἴτε πόλεως ἀφηγούμενος, εἴτε ἐν δήμῳ λέγων, εἴτε ἐν βουλευτηρίῳ, μὴ ὡς ῥήτωρ ἐθέλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς πολιτικὸς καὶ βασιλικὸς ἀνήρ, τὰ τοιάυτῳ προσήκοντα ἐν δίκῃ εἰπεῖν, πάντων ἄριστος ἐμοὶ καὶ λυσιτελέστατος πρὸς ταῦτα πάντα Ξενοφῶν. Τά τε γὰρ διανοήματα, σαφῆ καὶ ἁπλᾶ, καὶ παντὶ ῥάδια φαινόμενα· τό τε εἶδος τῆς ἀπαγγελίας προσηνὲς, καὶ κεχαρισμένον, καὶ πιστικὸν, πολλὴν μὲν ἔχον πιθανότητα, πολλὴν δὲ χάριν καὶ ἐπιβολήν· ὥστε μὴ λόγων δεινότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ γοητείᾳ ἐοικέναι τὴν δύναμιν. Εἰ γᾶν ἐθελήσειας αὐτῷ τῇ περὶ τὴν Ανάβασιν πραγματείᾳ σφόδρα ἐπιμελῶς ἐντυχεῖν, εὑδένα λόγον εὑρήσεις τῶν ὑπὸ σᾶ λεχθῆναι δυνησομένων, ὃ ἀ διείληπται, καὶ κανόνος ἂν τρόπον ὑπόσχοιτο, τὸ πρὸς αὐτὸν ἀπευθῆναι ἢ μιμήσασθαι βουλομένῳ. Εἴτε γὰρ θαῤῥῦναι τὰς σφόδρα καταπεπτωκότας χρήσιμον πολιτικῷ ἀνδρὶ, καὶ πολλάκις ὡς χρὴ τοῦτο ποιεῖν δείκνυσιν· εἴτε προτρέψαι καὶ παρακαλέσαι, ἡδεῖς Ελληνικῆς φωνῆς ἐπαΐων, οὐκ ἂν ἐπαρθείη τοῖς προτρεπτικοῖς Ξενοφῶντος λόγοις. Εμοιγ' ἂν κινεῖται ἡ διάνοια, καὶ ἐνιότε δακρύω μεταξὺ τοσούτων ἔργων, τοῖς λόγοις ἐντυγχάνων. Εἴτε μεγαλοφρονοῦσι καὶ ἐπηρμένοις ὁμιλῆσαι φρονίμως, καὶ μήτε παθεῖν τι ὑπ' αὐτῶν δυσχεραναντων, μήτε ἀπρεπῶς διαλῶσαι τὴν αὐτοῦ διάνοιαν, καὶ τὸ ἐκείνοις κεχωρισμένον ἐκ παντὸς ποιῆσαι, καὶ ταῦτα ἔνεστι· Καὶ ἀπορρήτοις δὲ λόγοις ὡς πρσήκει χρήσασθαι, καὶ πρὸς στρατηγὸς ἄνευ πλήθους, καὶ πρὸς πλῆθος κατὰ ταυτό. καὶ βα-

1) Conferantur inter ſe ea, quæ ad v. Θεμιστογένης et Ξενοφῶν ſcripſit.
2) Plin. l. 6. ep. 16.
3) Orat. 18. p. 257 et ſeq.

βασιλικῶς τίνα τρόπον διαλεχθῆναι, καὶ ἐξαπατῆσαι ὅπως πολεμίως μὲν ἐπὶ βλάβῃ, φίλως δ' ἐπὶ τῷ συμφέροντι· καὶ μάτην ταραττομένους ἀλύπως τἀληθὲς καὶ πιστῶς εἰπεῖν· καὶ τὸ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν τοῖς ὑπερέχουσι· καὶ οἷς ἐξαπατῶσιν οἱ ὑπερέχοντες· καὶ οἷς καταστρατηγῶσι, καὶ καταστρατηγῶνται οἱ ἄνθρωποι, πάντα ταῦτα ἱκανῶς τὸ σύνταγμα περιέχει. Ατε γάρ, οἶμαι, μιγνὺς ταῖς πράξεσι τὸν λόγον, οὐκ ἐξ ἀκοῆς παραλαβών, οὐδὲ μιμησάμενος, ἀλλ' αὐτὸς πράξας ἅμα καὶ εἰπών, πιθανώτατος ἐπείσθη ἐν ἅπασί τε τοῖς συντάγμασι, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα, ὃ ἐπιμνηθεὶς ἐτύγχανον. Καὶ εὖ ἴσθι, οὐδένα σοι τρόπον μεταμελήσει· ἀλλὰ καὶ ἐν δήμῳ, ἐρέγοντός σοι χεῖρα αἰσθήσῃ τὸν ἀνδρὸς, εἰ αὐτῷ προθύμως καὶ φιλοτίμως ἐντυγχάνοις.

II. Iam vero, vt ab auctore ad iter illud, quod ipse, Graecis Cyrum sequutis adiunctus, confecit descripsitque, transeam, me monet instituti ratio. [1] Fidem autem vt liberem, priusquam ad ipsum iter lustrandum ingrediar, pauca de CASTOLI planitie, cuius, ineunte fere historia, meminit Xenophon, adferenda sunt. Pro ΚΑΣΤΩΛΟΥ nonnulli καϛαλῆ, alii Πακτωλῆ legendum existimarunt. At cum alibi etiam eiusdem illius apud auctorem loci facta sit mentio, vulgatam ipse quidem scripturam omnino retinendam censuerim. Haud ita nempe procul a fine [2] libri primi verba leguntur haec: στρατηγὸς δὲ καὶ πάντων ἀπεδείχθη (Cyrus,) οἷς καθήκει εἰς Καϛωλῆ πεδίον ἀθροίζεσθαι, etc. vbi cum neque exemplaria de voce ista varient, et eandem rem exponat auctor, quam [3] supra adtigerat, nihil est, vti mea fert opinio, quod quis nouam lectionem excogitet. Quin et illa [4] verba, quibus Artaxerxem vtentem facit Noster, eodem spectantia, Καϛωλῆ recte scribi abunde docent, Καταπέμπω Κῦρον κάρανον τῶν ἐς Καϛωλὸν ἀθροιζομένων. Accedit huc, quod *Stephanus* Byzant. tum vocem, tum auctorem agnoscat; Καϛωλῆ, inquit, πεδίον Δωριέων, ὡς Ξενοφῶν· ἐκλήθη δὲ ὅτι Καϛωλὸς τὰς Δωριεῖς οἱ Λύδοι φασίν· ἦν δὲ πόλις ἐν Λυδίᾳ Καϛωλός.

Hinc-

1) Vide K. A. p. 2. n. 3. (p. 2, lin. 1.)
2) P. 93. (p. 62.)
3) P. 2. (p. 2.)
4) *Hist. Gr.* l. 1. fere med.

Hactenus de cursu paululum digressus, *Castoli* illius apud Xenophontem nec temere factam esse mentionem, et cui regioni tribuendus esset, ostendere volui: nunc ad Cyrum exercitumque eius Sardis veniendum.

[1] SARDIS autem vrbs magna et satis antiqua fuit, in latere Tmoli montis, qua Lydia celebrabatur maxime. Loci celebritatem auxit [2] tum Lydorum regia, tum ager ille Cyri minoris conseptus et diligenter consitus, in quo proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam atque puram, et suauitatem odorum, qui afflarentur e floribus, admiratus est Lysander.

[3] Hinc Cyrus cum copiis suis mouens, per [4] LYDIAM, flexuosi amnis MAEANDRI recursibus persusam, tertiis castris, parasangas viginti duas progreditur. Amnis ille, cuius duum erat plethrorum latitudo, [5] ortus e lacu in monte Aulocrene, plurimisque adfusus oppidis, et repletus fluminibus crebris, ita sinuosus flexibus, vt saepe credatur reverti: Apamenam primum peruagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargyleticos campos; postremo Cariam placidus, omnesque eos agros fertilissima rigans limo, ad decimum a Mileto stadium lenis illabitur mari.

[6] Transgressus Maeandrum, per Phrygiam castris vnis, parasangis octo confectis, COLOSSAS venit. [7] Vrbs haec Phrygiae erat frequens incolis, opulenta et magna. Maxime autem eam nobilitauit epistola, quam ad incolas eius scripsit D. Paulus.

Re-

1) *Strabo* l. 13. p. 928. *Plin.* H. N. l. 5. c. 29.

2) *Strabo* l. c. *Horat.* Epist. l. 1. ep. 11. v. 2. *Cicer.* de senect. c. 17. *Xenoph* Οἰκονομ. p. 484. edit. *Steph.* (c. 4. §. 20 seq.)

3) K. A. p. 9. (p. 7 fin. et 8. init.) De tempore, quo susceptа est Ἀνάβασις, non vna est auctorum sententia. *Diodoro Sic.* l. 14. p. 249 teste, Olymp. 94. anno 4to: ante aeram Christianam 401. ex mente *Vsserii* et *Prideaux*, nec non *Dodwelli*: cuius vide Chronolog. Xenoph. ad Olymp. cit. *Palmer.* comment. ad Marm. Arundel. 1. p. 218. ed. Maitt. *Lydiat.* ad idem Marmor p. 279 et seq. *Prideaux* in idem Marmor p. 438 et 450.

4) *Plin.* N. Hist. l. 5. c. 29.

5) Idem l. c. *Strabo* l. 12. p. 866. *Liu.* l. 38. c. 13.

6) K. A. p. 10. (8.)

7) K. A. l. c. *Herodot.* l. 7. c. 30. *Plin.* N. H. l. 5. c. 32. *Strabo* l. 12. p. 864.

Relictis Coloſſis, [1] ad vrbem CELAENAS, caſtris tertiis, paraſangas viginti progreſſus, exercitum adduxit. [2] Mediam illa tempeſtate interfluebat Marſyas amnis, fabulosis Graecorum carminibus inclitus. [3] Vrbs autem illa caput quondam Phrygiae fuit, ab incolis opibuſque felix, tum regis Perſici tum Cyri regia nobilis.

Caeterum [4] MARSYAS, quinque ac viginti pedum latitudine, haud procul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit. Famaque ita tenet, Celaenis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe; eiuſque ab Apolline victi caeſique nomen amni fuiſſe inditum.

A [5] Celaenis caſtris alteris, paraſangas decem progreditur ad PELTAS, [6] vrbem Phrygiae magnae, incolis frequentem.

[7] Egreſſum Peltis eum, altera poſt caſtra confectaſque duodecim paraſangas, CERAMORVM FORVM excepit; vrbs itidem οἰκεμένη, terrae vero Myſiae vltima. Κεράμων qui-

1) K. A. l. c.

2) *Q. Curtius* l. 3. c. 1.

3) K. A. l. c. *Liv.* l. 38. c. 13. Adde *Plin.* l. 5. c. 32. *Salmaſ.* exerc. in *Solin.* p. 580. et Cl. *Schwarz* ad *Cellar.* l. 3. c. 4. ſect. 71.

4) K. A. p. 11. (9.) *Liv.* l. c. *Plin.* N. H. l. 5. c. 29. *Diodor. Sic.* l. 3. p. 192 ſeq. K. A. p. 11. n. 2. (p. 9. lin. 3 ſeq.) et *Ariſtid.* T. 2. p. 526 ſeq.

5) K. A. p. 12 et ſeq. (9. 10)

6) *Ptolem.* l. 5. c. 2. *Strabo* l. 12. p. 864. *Steph. Byz.*

7) K. A. p. 13. (10.) Omnia, quae hāc in pagina reperiuntur, turbata eſſe, aut male ſana cenſuit *Palmerius*, Exercitat. in Auctores Graecos p. 59. *Myſiam extendit* (verba ſunt viri eruditi) *vltra Celaenas et Peltas duodecim paraſangas orientem verſus: quis hoc credat? Cayſtri pedium vrbem vocat, et eam ponit vltra Maeandri fontes paraſangas quinquaginta duo. Quod ſi verum eſt, non renuo, quin vapulem. Certe in hac pagella nihil eſt ſani: quaedam ſunt corrupta, vel loco mota: forte pro* Καΰστρου πεδίον *legendum* Κατάλλο πεδίον: *aut ſi Xenophon ſcripſit* Καΰστρου πεδίον, *procul dubio mota eſt loco ea vox. Nam ſi Cyrus per Cayſtri campum exercitum duxit, occurrebat illi Cayſtri campus ante Maeandrum. Tum, quis vnquam Cayſtri campum vrbem fuiſſe dixit? — multum fallit coniectura, niſi aliquod vrbis nomen latet ſub illa voce* Καΰστρου πεδίον. Haec *Palmer.* Mihi nihil mutandum videtur: neque enim mirum eſt, ſi Myſiae de terminis Xenophonti cum auctoribus aliis quaedam interceſſerit diſſenſio. Nam ipſe olim *Strabo* l. 13. p. 932 ſcripſit, τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικὰ, καὶ ἔτι τὰ τῶν Μυσῶν ὀυδιάκριτα εἶναι, παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα. Dici autem videtur vrbs *Ceramorum Forum*, perinde atque oppida illa *Plin.* N. H. l. 5. c. 15. memorata, *Forum Clodii*, *Livii*, *Popilii*, etc. Apud *Cic.* ad Attic. l. 2. ep. 10. etiam *Appii Forum*: ad Famil. l. 10. ep. 17. *Forum Iulii*, *Forum Voconii*. Sic ſaepe alias.

quidem, Cariae oppidi, [1] mentio est satis crebra: quod Doridi tribuit [2] Ptolemaeus. At situs iste loci cum itineris Cyri ratione minus conuenit; rectius autem in illam Mysiae vrbem quadrat *Ceramae*, Phrygiae vulgo adscriptum oppidum; de quo [4] Plinius, memoratis ibidem Celaenis et Colossis, mentionem facit.

[5] Inde Cyrus castris tribus, parasangas triginta progressus, in CAYSTRI campum peruenit; cui nomen etiam vrbis cum incolis tribuit Xenophon. Hoc autem Καΰστρου πεδίον est ab illo longe disiunctum, cuius [6] Eustathius, [7] Stephanus Byz. [8] Strabo, [9] Ptolemaeus, [10] Xenophon, aliique passim meminere: atque adeo frustra fuit [10] Palmerius, qui Cyrum Caystri prius campum, quam ad Maeandrum veniisset, adtigisse censuerit. Porro, quamuis hac de vrbe fileant alia veterum annalium monumenta, tamen ab exemplaribus oculati testis ad nouum aliquod nomen, ex coniectura petitum, non nisi temere, opinor, transire poteris. At vero pluribus vrbibus vnum et idem inditum esse saepe nomen, id certe notius est, quam vt exemplis adlatis confirmari debeat. Quidni ergo CAYSTRI CAMPVM in Phrygia quoque superiore posueris? At *quis vnquam*, inquit Palmerius, *Caystri campum vrbem fuisse dixit*? Ideo forsan vrbem eam campi nomine designauit Xenophon, quod in regione sita fuerit campestri. Haud ita dissimili de causa, multae [8] *Castra* dictae fuerunt vrbes, propterea quod ibi conditae fuerunt, vbi castra dux celebrior aliquis habuerat.

Hinc tandem [12] THYMBRIVM, vrbem incolis frequentem, concedamus. A Caystrio campo parasangas decem aberat THYMBRIVM, quo Cyrus castris alteris peruenit. Phrygiae autem vrbibus adnumerandum esse docent [13] *Stephanus*

1) Apud *Hesych.* *Strabo* l. 14. p. 969. *Plin.* N. H. l. 5. c. 29.
2) L. 5. c. 2.
3) N. H. l. 5. c. 32. vbi forsan legendum *Ceramae*.
4) K. A. p. 13. (10.)
5) Ad Dionys. v. 837.
6) In voce Καΰστριον.
7) L. 13. p. 948. et l. 15. p. 1015.
8) L. 5. c. 2.
9) K. II. p. 102. (87.)
10) Loc. cit.
11) *Caesar* de B. C. l. 2. c. 25. Adde *Freinsh.* ad *Q. Curt.* l. 4. c. 7. p. 206.
12) K. A. p. 14. (11.) vbi vide n. 4. (ad lin. 4.) et K. II. p. 492. (411.)
13) Ad v. Αγκυρα cum *Pausan.* l. 1. c. 4. coll.

phanus Byz. et *Pauſanias*; ſi cum iis modo, quae de Midae fonte ſcripſit hoc loco Xenophon, *Pauſaniae* verba conferantur. Loci huius incolas Thymbrianos adpellat [1] *Plinius*.

Iam [2] TYRIAEVM inuenis, interuallo decem paraſangarum Thymbrio diſtans; quo caſtris itidem alteris peruentum eſt. Tyriaeo quoque fui erant incolae, [3] *Plinio* Tyrienſes adpellati. Vrbs [4] *Hierocli* Grammatico TYRAION dicta eſt et Piſidiae adſcripta: [5] *Stephano* TYROΣ, opinor, eſt; πόλις itidem, eodem auctore, καὶ Λυδίας, καὶ Πισιδίας: [6] *Straboni* Τυριάριον, vel potius ex fide MSS. TYPIAION.

Ad Phrygiae tandem vrbem vltimam, [7] ICONIVM, venit Cyrus, itinere trium dierum, paraſangarum viginti, confecto. ICONIVM autem [8] Lycaoniae tribuitur. Fabuloſam nominis [9] originem libens praetereo.

[10] Mox Lycaoniam quinque dierum iter, triginta paraſangas emenſus, per Cappadociam deinde quartis caſtris, paraſangas viginti quinque DANAM vſque proceſſit Cyrus, vrbem amplam et opulentam. ΔΑΝΑ vtique Xenophonteis in exemplaribus legitur, cuius locum [11] ſcriptores apud alios ADANA tenere ſolet. Et Ciliciae quidem vrbs ab iisdem dicitur: eam vero Xenophon quam proxime Ciliciam, in Cappadocia tamen, collocaſſe videtur. Hac de vrbe quae ſcripſit eruditiſſimus [12] *Ger. Voſſius*, lectu nequaquam ſunt indigna.

Ciliciam tandem ingreſſus, et per planitiem quatuor caſtris, paraſangas quinque et viginti progreſſus, [13] TARSVM per-

1) N. H. l. 5. c. 27. Add. *Hierocl. Gram.* p. 673. edit. *Weſſel.*

2) K. A. p. 15. (11.)

4) N. H. l. 5 c. 27.

3) p. 672. ed. *Weſſel.* MS. Eton. etiam dat Τυρᾶιον.

5) Ad v.

6) L. 14. p. 979.

7) K. A. p. 17. (13.)

8) *Ptolem.* l. 5. c. 6. *Strabo* l. 12. p. 853. *Steph.* Byz. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Hierocl.* Gram. p. 675. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 857.

9) De qua *Steph.* Byz. *Euſtath.* l. c. et auctor Etymol. m.

10) K. A. p. 17.

11) *Ptolem.* l. 5. c. 8. *Scylac.* Peripl. p. 40. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Steph.* Byz. *Appianus* de bello Mithrid. p. 237. edit. *Steph.* Quare apud Xenoph. etiam Αδανα recte forſan repoſueris. Adde *Procop.* l. 5. *Aedific.* c. 5. et *Antonin.* Itiner. p. 580.

12) De orig. et progr. idol. l. 1. c. 38.

13) K. A. p. 19. (14. 15.) *Strabo* l. 14. p. 990 et ſeq. *Q. Curtius* l. 3. c. 4 extr. *Steph* Byz. *Solin.* Polyhiſt. c. 38. *Plin.* l. 5. c. 27. *Mela*

peruenit Cyrus; vrbem Ciliciae tum opibus tum amplitudine celeberrimam. Erat multorum insignium virorum [1] locus natalis, ortu b. Pauli in primis illustratus. Nominis originem, quam finxere veteres, si cui scire libet, adeat velim *Stephanum Byz.* et *Eustathium* ad *Dionysium* Perieg.

Tarsum autem mediam interfluit [2] CYDNVS, amnis inclytus, duum plethrorum latitudine. Cydnus non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens, puro solo excipitur: nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alueum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidissimus: quippe multa riparum amoenitate inumbratus, vbique fontibus suis similis in mare euadit.

[3] Hinc castris alteris, parasangas decem ad SARVM amnem, cuius trium erat plethrorum latitudo, pergit Cyrus. Hoc vero de fluuio, Xenophonti modo restituto, [4] iam dictum est. Quod si nomen vnde duxit, audire velis, [5] *Stephanum* ne te consulere pigeat.

Diei itinere, parasangis quinque confectis, [6] ad PYRAMVM amnem, cuius aequat latitudo stadium, venit Cyrus. Huius etiam Ciliciae [7] fluminis multi meminerunt [8] auctores: quod et inclytum vocat [9] *Q. Curtius*, nauigerum [10] *Strabo*.

A Pyramo castris binis, parasangas quindecim progreditur [11] ISSON, vltimam Ciliciae vrbem, amplam et opulentam. Apud [12] *Diodorum* etiam Siculum ἀξιόλογος audit; apud [13] *Strabonem* tantum πολίχνιον. Hic itaque de statu, quo locus erat iste aetate sua, loquitur: alium autem atque adeo meliorem obtinuerat antea. Vtrumque memorauit [14] Mela: *At in recessu*, inquit, *intimo locus est magni aliquando*

l. 1. c. 13. *Ammian. Marcell.* l. 14. c. 8.

1) *Strabo* l. c.

2) v. 870.

3) K. A. p. 20. (15.) *Q. Curtius* l. 3. c. 5. init. et ibid. c. 4. *Arrian.* de exped. Alex. l. 2. c. 4. *Dion. Chrysost.* Orat. 33. p. 394. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 13 et seq. *Plin.* et *Mela* locis cit. *Strabo* l. 14. p. 990.

4) K. A. p. 33. (25.)

5) Ibid. in not.

6) In v. Ἀδανα.

7) K. A. p. 33. (25.)

8) *Ptolem.* l. 5. c. 8. *Steph. Byz. Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Mela* l. 1. c. 13. *Arrian* l. 2. c. 5. aliique.

9) L. 3. c. 4.

10) L. 12. p. 809.

11) K. A. p. 34. (25.)

12) L. 17. p. 512.

13) L. 14. p. 994.

14) L. 1. c. 13. Adde *Steph. Byz. Q. Curt.* l. 3. c. 7 et 8. *Strabo* et

quando discriminis, fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisque Darii spectator ac testis. Nunc ne minime quidem, tunc ingenti urbe celebris Issos fuit, etc.

Hinc castris vnis, parasangas quinque, ad [1] PORTAS CILICIAE SYRIAEque progreditur. Erant hae duo castella; quorum in Ciliciam alterum, alterum in Syriam erat obuersum: spatium autem inter vtrumque medium trium erat stadiorum. Quas vero Xenophon Ciliciae portas adpellat, hae [2] *Ptolemaeo* fuisse *pylae* videntur *Amanicae*; seu angustiae istae, qua ex Amano monte atque interiore Cilicia in Syriam adiri poterat. Ac tum Ciliciae tum Amani portas, tanquam diuersas, recenset [3] *Plinius*. In cornu montis illius praerupti, quo Cilicia includitur, asperi tres, auctore *Q. Curtio*, aditus et peranguſti sunt: primus scilicet, interprete [4] *Cellario*, a Septentrione ex Cappadocia per *Ciliciae Pylas*: secundus per *Amani Pylas* ex Syriae superioribus partibus, vbi in Armeniam itur: tertius per *Syriae portas*, ad Sinum Issicum, quibus ex Antiochene aditur. Pylas autem, a Xenophonte memoratas, [5] *Strabo ὄρεσιν* Κιλικίαν τε καὶ Συρίαν adpellat. [6] Medio inter castella illa, seu muros, loco fluit CERSVS amnis, latitudine plethri: cuius cum mihi nomen alius videre non contigerit, eum crebris iis, quorum meminit [7] *Q. Curtius*, riuis Ciliciae planitiem, qua vergit ad mare, diſtinguentibus adnumerandum censuerim.

Per Syriam deinde, portis transitus, vnius diei itinere, parasangis quinque confectis, [8] MYRIANDRVM peruentum est, vrbem Phoenicibus habitatam, atque ita situm, vt stationem nauibus onerariis praeberet. In sinu issico eam collocat [9] *Strabo*, quippe quod sinus iste in Syriam etiam per-

Diodor. locis cit. *Eustath.* ad *Dionys.* v. 118. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. et *Ptolem.* l. 5. c. 8.

1) K. A. p. 35. (26.)

2) L. 5. c. 8. extr.

3) Loco cit. πύλαι, inquit *Eustathius* ad *Dionys.* v. 1034. στενώτατον τόπον δηλοῖ — *Q. Curt.* itidem l. 3. c. 4. sunt *ingi fauces*.

4) Ad *Curt.* l. 3. c. 4. p. 84. Adde *Ammian. Marcell.* l. 22. c. 9. *Cic.* ad Fam. l. 14. ep. 4. *Arrian.* de exped. Alex. l. 2 c. 6. et quae ex *Diodoro Sic.* adtulimus K. A. p. 35. (26 fin. penult.) not

5) L. 14. p. 994. Adde *Plin.* N. H. l. 5. c. 22.

6) K. A. l. c.

7) L. 3. c. 4.

8) K. A. p. 36. (27.)

9) L. 14. p. 994. quocum consentit *Agathem.* l. 1. c. 4.

pertingeret; *Stephano* Byz. *Μυρίανδρος* eſt *πόλις Συρίας, πρὸς τῇ Φοινίκῃ, ὡς Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Ἀναβάσεως.* [1] *Scylax* etiam *Μυριανδρῆ Φοινίκων* meminit: quam [2] *Plinius* vrbem Syriae vocat, in Iſſico ſinu poſitam.

Inde caſtris quartis, paraſangas viginti progreditur ad [3] CHALVM amnem, plethrum latitudine aequantem, magnis manſuetiſque piſcibus refertum, [4] quos Syri pro diis habent. Huius amnis haud alibi nomen reperies. [5] Cl. *Delisle*, coniectura ex ipſo Cyri itinere facta, eum fuiſſe ſuſpicatur, cui hodie nomen eſt *Alep*; coniecturae praeſidium petit ex voce *Alep*, ſeu *Chalib*, qua prioris loco vtuntur Arabes: nam *Chalib*, inquit idem vir doctus, *a Chalo* Xenophonteo deriuari videtur. Prope hunc, auctore Xenophonte, ſiti erant Paryſatidis vici, in cingulum ei donati.

Caſtris inde quintis, paraſangas triginta progreſſus, ad [6] DARADACIS, fluuii quoque ſcriptoribus aliis ignoti, fontes peruenit. Plethri latitudinem ei tribuit Xenophon. Hic forſan eſt, quem *Marſyam* nominat [7] *Plinius*. Locum ornabant Beleſios, Syriae praefecti, regia et hortus admodum elegans.

Hinc caſtris tertiis, paraſangas quindecim, ad eam [8] EVPHRATIS partem, vbi quatuor ſtadia latus erat, et vrbs reperiebatur ampla locupleſque, nomine THAPSACVS. Vrbs haec, aetate [10] *Plinii*, *Amphipolis* dicebatur: eam [11] *Ptolemaeus* iuxta Euphraten quidem, at in Arabia deſerta, poſuit: quam [12] *Stephanus* et [13] *Plinius* Syriae tribuerunt. Eius etiam meminerunt [14] *Strabo* et [15] *Arrianus*. Nobilis euaſit tranſitu Euphratis. Ad vrbem quidem, quae *Zeugma* ad-

1) p. 40.

2) N. H. l. 2. c. 108. Adde eiuſdem l. 5. c. 22. *Ptolem.* l. 5. c. 15. *Mela* l. 1. c. 12. extr. *Arrianus* de exped. l. 2. c. 6.

3) K. A. p. 39. (29.)

4) Vide K. A. p. 40. (29. lin. 9.) not. et pro *Diodor. Sic.* l. 2. p. 207. lege *Diodor. Sic.* l. 2. p. 92.

5) In Differt. de ſitu etc. locorum, quae Cyrus Graecique peragrarunt.

6) K. A. p. 40. (29.) In MS. Etonenſi pro Δαραδακης legitur Δαρδακης.

7) N. H. l. 5. c. 23, 34.

8) K. A. p. 41. (30.)

9) N. H. l. 5. c. 24.

10) L. 5. c. 19.

11) In V.

12) Loco cit.

13) l. 2. p. 130 et ſeq. l. 16. p. 1076 et ſeq.

14) De exped. l. 2. c. 13. et l. 3. c. 7. Add. *Cellar.* l. 3. c. 12. ſect. 63.

adpellatur, quaeque, [1] *Strabone* teſte, duobus ſtadiorum millibus a Thapſaco diſtat, Alexandrum Euphraten tranſiviſſe ſcribunt [2] *Plinius* et [3] *Stephanus Byz.* De diuerſis nimirum expeditionibus intelligendae videntur diſcrepantes auctorum narrationes.

EVPHRATE (quem infra adtingemus) traiecto, [4] per SYRIAM caſtris nouem, paraſangas quinquaginta confectis, ad Araxen fluuium peruenerunt. Vides autem Xenophontem vltra Euphraten protuliſſe Syriam. [5] Similiter etiam Scriptores ſacri Syros in *Meſopotamia* collocarunt: ויצא אתי־ארם אשר בעבר הנהר, vbi ארם denotare Syros, et [6] נהר Euphraten, ſatis norunt harum literarum periti. [7] *Plinii* verba de regione illa libet adferre: *Iuxta Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus diſtincta nominibus. Namque Palaeſtina vocabatur, qua contingit Arabas, et Iudaea, et Caele, dein Phoenice: et qua recedit intus, Damaſcena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. Et eadem Meſopotamia, inter Euphraten et Tigrim* etc. [8] Idem Xenophontis narrationi congruen er regionem hanc *vicatim diſperſam* fuiſſe ſcribit Caeterum, ARA ES ille [9] Ptolemaeo (vti quidem eruditiſſ. [10] Bochartus et [11] Delisle ſtatuerunt) eſt Ἀβώρας: [12] Straboni Ἀβόρρας: [13] Ammiano Marc. *Aboras.* [14] *Cellario* iudice, is amnis erat, quem [15] Ptolemaeus *Saocoran* vocat. Cum autem, [16] Ptolemaeo auctore, alii etiam, praeter memoratos, amnes per Meſopotamiam

1) L. 16. p. 1083.

2) N. H. l. 5. c. 24. et l. 34. c. 15.

3) In voce Ζεῦγμα: adde *Lucan.* l. 8. v. 237.

4) K. A. p. 45. (33.)

5) 2 Sam. X, 16. Adde Targum *Ionath* ad loc. et Gen. XXVIII, 6. 7. vbi interpretes LXX habent Μεσοποταμίαν Συρίας: ſic et *Ariſtot.* περὶ Θαυμασ. Ακουσμ. extr. ἐν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας etc. *Ioſeph* A. I. l. 7. c. 6. τῶν πέραν Εὐφράτου Σύρων.

6) In regionibus vtique vbi vnus eſt fluuius, aut vnus ſaltem eximius, adpellari ſolet ille, non proprio nomine, ſed plerumque communi *fluuius.*

7) L. 5. c. 12. Adde *Mel.* l. 11. c. 11 *Bochart.* G. S. l. 2. c. 6. *Spanhem.* de numiſm. T. I. p. 605.

8) L. 6. c. 26.

9) L. 5 c. 18.

10) G. S. l. 2. c. 6.

11) Diſſ. ſupra laud.

12) L. 16. p. 1084.

13) L. 14. c 3.

14) L. 3 c. 15. ſect. 15.

15) L. 5. c. 18.

16) Loc. cit.

potamiam fluxerint, quorum non adduxit nomina, difficile dictu videtur, quis ille fuerit, quem *Araxis* nomine designauit Xenophon. Sed hac de re plura mox, cum ad Mascam peruenerimus.

Illinc [1]per ARABIAM, cum Euphrates ad dextram ei esset, quina deserti in locis castra metatus, parasangas triginta quinque, cum suis progressus est Cyrus. Campi quidem, quos ibi tum peragrarunt, absinthio abundabant, aequoribusque in modum late patebant. Quin et fruticum genera seu arundinum, quae ibi reperiebantur, aromatum instar, suaues diffundebant odores. Sed operae pretium erit, [2]ipsum auctorem de iis omnibus, quibus siue ornata siue instructa erat ea regio, verba facientem audire. Redeamus ad nomen eius, cuius origo petenda videtur ab incolis, qui *Arabes Scenitae* solent adpellari. Quippe, [3]*Strabone* auctore, τὰ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένα τῆς Μεσοποταμίας, καὶ ἀποτέρω τῶν ὀρῶν, ἀνυδρα καὶ λυπρὰ ὄντα ἔχουσι οἱ Σκηνῖται Ἄραβες. Multi autem Arabes, qui in aliis atque aliis habitabant locis, ita [4]a tabernaculis cognominati sunt, quae ciliciis mutabantur, vbi libuit. Sed nobis ARABIAE illius nomen vnde fuerit deductum, his etiam verbis indicauit [5]*Strabo:* Το γαρ τῶν Ἀραμαίων ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Ἀράβων, πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον, καὶ τὰς βίους, καὶ τὰς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροι εἰσί· δηλοῖ δ' ἡ Μεσοποταμία ἐκ τῶν τριῶν συνεστῶσα τούτων ἐθνῶν. En itaque Arabia in Mesopotamia!

Facto autem per regionem hanc itinere, ad [6]MASCAM perueniunt amnem, cuius plethrum aequabat latitudo. A [7]Ptolemaeo *Saocoran* adpellatum fuisse censuit eruditissimus [8]*Barbarius*. Huius vero sententia [9]*Cellario*, viro quoque doctissimo, minus est probata; quippe cui Ptolemaei *Saocoras* idem esse videbatur, atque Xenophontis *Araxes*, supra paulo

1) K. A. p. 45. (33.)
2) P. 45. 46, 47, 48 (33 et seqq.) et conf. *Diodor. Sic.* l. 2. p. 132 seq.
3) L. 16. p. 1084.
4) *Plin.* N. Hist. l. 6. c. 28.
5) L. 1. p. 70.
6) K. A. p. 48. (34.)
7) L. 5. c. 18.
8) Geogr. S. l. 2. c. 6, 11.
9) L. 3. c. 15.

paulo memoratus. Idcirco autem Cellarius *Araxen* illum *Saocorae* potius quam *Chaborae* nomen apud Ptolemaeum nactum esse putauit, quod propior *Chaboras* esset Thapsaco, quam pro spatio definiti itineris; quinquaginta nempe parasangarum. Sed maius forsan Thapsacum et *Chaborae* alveum diuisit interuallum, quam quantum in tabulis geographicis vulgo repraesentari solet. Ab ARAXE quidem CHABORAS, SAOCORAS a MASCA satis magnam habent scripturae dissimilitudinem: verum maiores etiam in propriis eorundem tum oppidorum tum amnium nominibus haud raro reperiuntur varietates. Alias vt omittam, studio vtique literarum deditis passim obuias, ipsum nomen *Araxes* aliquando *Peneo* Thessaliae fluuio, datum fuisse scribit [1] *Eustathius*. [2] Caeterum Masca CORSOTES, vrbs ampla quidem, sed deserta, cincta erat. Haec mihi sane fuit vnum apud Xenophontem obuia. Itaque, per hanc ne mora sit, [5] ad PYLAS pergamus; quo Cyrus castris decimis tertiis, parasangas nonaginta per loca inculta, Euphrate ad dextram fluente, progressus, cum suis pervenit. PYLAE in finibus exstant Mesopotamiae, seu *Arabiae* desertae, qua Babyloniam adtingit.

[4] Per BABYLONIAM tribus castris, parasangas duodecim progressus, [5] Graecorum recentium agit, exercitumque adeo armis instruendum curat. Mox [6] castris vnis, parasangas tres progreditur ad [7] locum, vbi pugna tandem commissa est.

1) Ad *Dionys.* v. 739. vbi de *Araxe* Armeniae fluuio agitur. Adi etiam quae infra scripta sunt *de Physco* p. 19

2) K. A. p. 49. (35.) Voce autem ἔρημος non semper locum plane asperum, in quo nihil praeter fabulum, saxa, feraeque reperias, significari, satis inde liquet, quod Graeci apud Corsoten, quae ἐρήμη dicitur, triduum manebant, eodemque ex agro cibaria quaerebant. Vide sis doctiss. *Wolf* d Luc. XV, 4. et Marc. 6, 31. Adde *Reland.* Palaest. l. 1. c. 56.

3) K. A. l. c. nominis rationem exponit *Eustathius* ad *Dionys.* v. 43

4) K. A. p. 65. (45.)

5) K. A. p. 69. (49.) De eorum numero vide, praeter auctores memoratos p. 70. n. 3. (p. 49 ad lin. 12.) *I. Frontin.* l. 4. c 2. sect. 7. *Arrian.* de exped. Alex. l. 4. c. 11. et l. 1. c. 12.

6) K. A. p. 71. (50.)

7) *Plut.* in vita Artax. p. 1014. Κύναξα παλαίστρας.

Iam vero [1] Xenophon menſuram itineris hucuſque confecti, caſtrorumque interea poſitorum numerum ita collegit: ab Epheſo ad locum, in quo pugnatum eſt,

Caſtra	—	—	—	93
Paraſangae	—	—		535
Stadia	—	—		16050

Quod ſi caſtrorum paraſangarumque numerum, quem hiſtoriae ſeriem ſequutus, vbique verbis expreſſi, inire velis, eum ſic ſe habere, ni fallor, inuenies:

Caſtra — — 85.

Paraſangae — 517, ex quibus efficientur *ſtadia* 15510: datis vtique paraſangae cuique triginta ſtadiis. Cum vero, non a Sardibus, [2] vti ſupra, ſed ab Epheſo iam itineris initium duxit auctor, plura ponamus oportet caſtra, pluresque adeo paraſangas, ab Epheſo nimirum Sardes vſque progredientibus conficiendas. Huius itaque ſpatii, quod Epheſum Sardeſque interiacet, emetiendi cauſa, ſi *caſtra* demus *octo*, ipſumque *paraſangis duodeuiginti* conſtare fingamus, iam numerus numero reſpondebit; et adcurate ſcribi reperies, [3] quae modo ex auctore de itineris hucuſque menſura protulimus.

Poſtero die, quam pugna erat commiſſa Cyruſque occiſus, [4] Graeci ſe ad Ariaei contulere caſtra. [5] Inde, alia luce orta, in Babyloniae vicos deuenere, complureſque ibi dies commorati ſunt. Inſtituto tandem confectoque trium caſtrorum itinere, ad [6] Mediae murum peruenerunt: intra quem cum penetraſſent, [7] caſtris alteris, paraſangas octo progreſſi ſunt; atque binis alueis, e Tigri qui ducti fuerant, traiectis, ad Tigrin ipſum perueniunt; prope quem [8] vrbs extructa erat magna et incolis repleta, cui nomen SITACE. Si-

1) K. A. p. 126. (85.)

2) K. A. p. 9 (7.)

3) p. 126 (85.) Quae mox deinde legis, ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, σταδίοι ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι — ea vero corrupta eſſe quidam ſuſpicati ſunt: quippe quia *Plutarcho* auctore, in *Artox.* p. 1015. Κούναξα, vbi pugnatum eſt, Βαβυλῶνος ἀπέχει σταδίους tantum πεντακοσίους: quare pro εἰς Βαβυλῶνα, *Inc. Cappellus* εἰς Σοῦσα legendum eſſe apud Xenophontem putauit.

4) K. A. p. 127. (85.)

5) p. 129. (87.)

6) p. 149. (102.) et ſeq.

7) p. 150. (102.)

8) p. 151. (103.)

Sitace autem, quae dicitur, apud [1] *Ptolemaeum* et [2] *Plinium* in Assyria fere media collocatur. Eandem esse vrbem putavit o πάνυ [3] *Bochartus*, quae a *Stephano* Ψιττακὴ, πόλις vtique παρὰ τῷ Τιγρίδι adpellatur.

Ponte nauigiis triginta septem facto, Tigri qui fuerat impositus, traiecto, castris quartis, parasangas viginti ad [4] Physcum vsque amnem, latitudine plethri, progressi sunt. PHYSCVS autem, inquit [5] *Stephanus*, ἐστι καὶ ποταμὸς, καθά φησι Σοφαίνετος ἐν Κύρᾳ ἀναβάσει. Multis apud veteres, ex mente eruditissimi [6] *Bocharti*, nominibus inclaruit *Physcus*: nimirum [7] Strabo et [8] Ptolemaeus Κάπρου, [9] Arrianus Βάμηλον, (Βαμαδον, opinor, voluit) [10] Curtius *Beumello* (scrib. *Bumado*), [11] Plinius *Absitrin*, [12] Ammianus *Adiauam*, Bocharto iudice, adpellat Ibi vrbs magna erat, nomine OPIS. Ἡ δὲ Οπις, inquit [13] *Strabo*, κώμη, ἐμπορεῖον τῶν κύκλῳ πάντων. At [14] *Herodoto* πόλις dicitur; similiter [15] *Arriano*, πόλις ἐπὶ τὸ Τιγρητος ὠκισμενη.

Per Mediam deinde dies sex, per loca minus culta, parasangas triginta, Paryssatidis ad vicos, rerum ad vsus vitae necessariarum copia locupletes, progressi sunt. Inde castra quinque locis in incultis metati, parasangis interea viginti confectis, ad opulentam magnamque, cui [16] CAENAE nomen, vrbem peruenere. Hanc sane agnouit *Stephanus*, nomine paulum mutato: ἔστι καὶ πόλις, inquit, Κάναι Τίγρητος ποταμῦ. Hac autem in voce aqua, vt aiunt, *Stephani* interpretibus haesit. Voluit hic, opinor, locum, quem describit Xenophon; atque adeo pro Κάναι repono Καιναὶ, vti apud Xenophontem scribi solet [17].

Mox

1) L. 6. c. 1.
2) N. H. l. 6. c. 27.
3) G. S. l. 4. c. 17.
4) Κ. Α. p. 154. (106.)
5) Alias etiam adlatis, quae in Κ. Α. reperiuntur, vocibus, Sophaenetum illum citat.
6) G. S. l. 4. c. 19.
7) L. 16 p. 1072.
8) L. 6. c. 1.
9) L. 3. c. 8.
10) L. 4. c. 9.
11) L. 6. c. 26.
12) L. 23. c. 6. Vide sis *Bochart.* G. S. l. c. vbi nominibus illis explicandis operam dat; et adde Cl. *Schwarz.* ad *Cellar.* l. 3. c. 17. sect. 17.
13) L. 16. p. 1074.
14) L. 1. c. 189.
15) L. 7. c 7.
16) Κ. Α. p. 156. (107.)
17) Hinc forsan emendandus etiam *Ptolemaeus* l. 6. c. 1. et pro Βίννα, vel, vt libri quidam, Κίννα, rescribendum Καιναί.

Mox [1] ad ZABATVM fluuium, quatuor plethrorum latitudine, ducum Graecorum caede nobilem, veniunt. Hodie, auctore [2] Cl. *Delisle*, vocatur ZAB. Ζάβατος autem (verba sunt doctiss. [3] *Bocharti*) factum videtur ex constructo דיבת. Existimauit etiam [4] *Bochartus*, Ζάβατον hunc eundem esse fluuium, qui *Lyci* nomine apud [5] *Ptolemaeum*, [6] *Strabonem*, [7] *Arrianum*, [8] *Curtium*, [9] *Plinium* venire solet; quique [10] *Ammiano* dictus est *Diabas* vel *Dianas*. Eius [11] infra meminit Xenophon: vbi tamen cum in quibusdam exemplaribus Ζάτην et Ζάθην male scriberetur, [12] doctiss. *Fullerus* Ζάτην et Ζάβατον in Xenophonte putauit esse diuersos amnes. Sed "certum est, (verba legis [13] *Bocharti*) Zaten „fluuium Xenophontis libro tertio, eundem esse cum Za„bato, de quo libro secundo egerat. Ibi enim narrat Grae„cos, e Parysatidis vicis cum excessissent, fluuium Zabaton „attigisse, ad quem cum moras necterent, Clearchum im„peratorem suum et praecipuos plerosque duces, Tissa„phernis artibus in Persarum castra pellectos, insigni prodi„tione fuisse interemtos. Haec libro secundo Xenophon. „Tertio deinde telam retexens institutae narrationis, refert „Graecos hoc casu, vt par erat, valde perculsos, et incer„tos quid agerent, tandem oratione sua erectos et recreatos, „animos resumpsisse, atque in mortuorum locum alios suf„fecisse duces. Quo facto demum *Zaten*, id est *Zabaton*, „de quo prius, instructo agmine traiecisse. *Zaten* porro, „seu *Zabaton*, eundem esse cum Lyco patet cum ex ampli„tudine, (nam describitur latus quatuor plethris) id est, pe„dibus quadringentis) tum quia, illo traiecto, nullus alius „occurrit Graecis vsque ad montes Carduchiorum, praeter „torrentem sine nomine.„ Hactenus ille.

[14] Traiecto Zabato, [15] Χαραδρὰν deinde quandam reperere

1) K. A. p. 156. (108.)
2) In Diss. supra laud.
3) G. S. l. 4. c. 19.
4) Loco cit.
5) L. 6. c. 1. vbi pro Λευκὸς scribendum Λύκος.
6) L. 16. p. 1072.
7) L. 3. c. 15.
8) L. 4. c. 9.
9) L. 6. c. 26.
10) L. 23. c. 6.
11) p. 226. (160.) vbi vide not.
12) Miscell. sacr. l. 3. c. 6.
13) G. S. l. 4. c. 19.
14) K. A. p. 126. (160.)
15) p. 233. (165.)

rere; quem [1] Plinii *Zerbin* esse putauit, [2] *Bochartus*. Nomen a verbo זרב *zerab* vel *zarab* deducit vir doctissimus; "quo „non Chaldaei solum, inquit, sed et Hebraei vtuntur et „Arabes. Proprie significat *effluere more torrentis*."

[3] Itinere vltra Χαράδραν facto, ad LARISSAM vrbem magnam, desertam tamen, prope Tigrin sitam, peruenere. Eam Medi priscis temporibus incoluerant: de qua legas velim, quae scripsit auctor. *Lariſſae* autem fuere multae, quas enumerant [4] *Strabo* et [5] *Stephanus*: earum tamen nulla reperitur in regione hac, de qua Noster agit. Quare *Bocharto* videtur accedendum, qui putat Xenophontis *Lariſſam* esse *Reſen*, de qua Moses Gen. X, 12. En eius verba — — "Hanc vrbem (scil. *Lariſſam*, cuius meminit Xenophon) „vt suspicer esse *Reſen*, multa me mouent. *Primo*, situs „prorsus conuenit, si vere Ninus fuit inter Lycum et Caprum, „vt hodie docti contendunt. *Secundo*, Lariſſa μεγάλη πό„λις moeniumque latitudine et altitudine conspicua; am„bitu etiam, quem Xenophon duabus parasangis definit. — „ — *Tertio*, videtur Xenophon *Reſen* mutasse in Λάρισσαν, „propter vocum allusionem. Saltem hoc certum, Lariſſae „vocabulum plane esse Graecum, atque vrbes huius nomi„nis in Graecia plures exstitisse; et si quae alibi fuerunt ex„tra Graeciam, eas pro Graecis esse habitas — — At in „Assyria Graecae vrbes, aeuo Xenophontis, id est, ante Ale„xandrum, nullae fuere: proinde nec vlla Lariſſa. Omnino „igitur vrbis huius verum nomen interpolauit Xenophon, „vt ad Graecam elegantiam accommodaret. Et verisimile „est, Graecis rogantibus, cuius vrbis essent rudera, Assyrios „respondisse לרסן *Loreſen*, addito *le*, genitiui nota, — — „atque illud *Loreſen* mutatum esse in Λάρισσαν." Haec ille: quocum consentit Cl. [6] *Clericus*.

[7] Inde castris vnis, parasangas sex ad castellum quoddam progressi sunt, propter vrbem situm, cui nomen MESPILA; de

1) N. H. l. 6. c. 26.
2) Loco cit.
3) K. A. p. 235. (166.)
4) L. 9. p. 672.
5) In voce. Adde *Schol.* in *Apollon.* Rhod. v. 40.
6) Ad Gen. X, 12.
7) K. A. p. 237. (167.)

de quibus legenda sunt, quae scripsit Xenophon. Vrbis meminit *Stephanus*, apud quem tamen scribitur Μίσπιλα.

Mox positis castris aliis atque aliis, ad CARDVCHIOS tandem venere montes. Carduchos Mediae tribuit [1] *Stephanus*, Parthiae [2] *Strabo*. Adiabenis, inquit [3] *Plinius*, connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, praefluente Tigri. [4] Xenophon eos in confiniis Armeniae Australibus habitasse docet. Hodie, teste Cl. [5] *Delisle*, *Curdes* adpellantur. Multis olim nominibus erant dicti, [6] *Gordiaei* scilicet, *Gordi*, *Cordaei*, *Cardueni*. In CARDVCHIIS autem montibus arcam Noae subsitisse non leuibus de causis statuere [7] viri eruditi.

A montibus illis, [8] quibus in peragrandis septem dies Graeci consumpsere, stadia circiter sex septemue distabat fluuius [9] CENTRITES, latus bina fere plethra, qui Armeniam a Carduchorum agro separat. [10] *Diodorus* etiam *Siculus* amnis retinuit nomen; quod a גתרי *Gethere* vel *Getere* duci suspicatus est [11] *Bochartus*. Eo traiecto, [12] factoque deinde per Armeniam itinere, ad vicum peruenere, vbi satrapae erat regia, et larga commeatus copia.

[13] Hinc castris alteris, parasangas decem progressi, Tigris supra fontes euaserunt. De his autem fontibus auctores alii alia scripsere. [14] *Plinius* haec: *Oritur Tigris in regione Armeniae maioris, fonte conspicuo in planitie.* [15] *Strabone* teste, a Tauro monte in Seleuciam delatus est. Plures Tigres adfert [16] Herodotus: Πρῶτος μὲν, inquit, Τίγρης· μετὰ δὲ, δεύτερός τε καὶ τρίτος οὗτος ὀνομαζόμενος, ἐκ οὗτος ἐὼν ποταμος, ἀδὲ ἐκ τῦ αὐτῦ ῥεών. Xenophontem eius

1) In voce.
2) L. 16 p. 1083.
3) L. 5. c. 15.
4) P. 283. (201. 202.)
5) Dissert. laud.
6) *Stephanus* in v. Γορδυαία. Adde *Bochart.* G. S. l. 1. c. 3. et *Fuller.* Miscell. S. l. 1. c. 4. et *Tellier.* ad *Curt.* l. 4. c. 10. p. 242
7) Vide auctores proxime laudat. l. c. et *Grot.* ad Gen. VIII, 4.
8) K. A. p. 284. (202.) et *Diodor. Sic.* l. 14. p. 257.
9) K. A. p. 283. (202.)
10) L. 14. p. 258.
11) G. S. l. 2. c. 10.
12) K. A. p. 297. (211.)
13) Ibid. (212.)
14) N. H. l. 6. c. 27.
15) L. 11. p. 792.
16) L. 5. c. 52.

eius voluisse fontes, qui ad orientem vergit, cum Cl.[1] *Delisle* censuerim.

[2] Inde castris tertiis, parasangas quindecim, ad TELEBOAM progressi sunt. Pulchellus autem hic fluuius Euphratis esse brachium videtur, qua orientem maxime spectat. Locus, vnde duxit ortum, ARMENIA dicebatur ἡ πρὸς ἑσπέραν: seu, eorum regio, qui Ἑσπεριδῶν nomine veniunt, Ἀναβάσει extrema.

[3] Castris deinde tertiis, per planitiem parasangas quindecim progressi, tandem in vicos diuerterunt: [4] iugo mox superato, castrisque ter apud inculta loca positis, [5] EVPHRATIS adpropinquarunt fontibus. *Oritur* autem *Euphrates*, auctore [6] Plinio, *in praefectura Armeniae maioris Caranitide, vt prodidere ex iis, qui proxime viderant; Domitius Corbulo, in monte Aba: Licinius Mucianus, sub radicibus montis, quem Capoten adpellant, supra Zimaram, XII. M. pass. initio Pyxurates nominatus.* In septentrionalibus Tauri partibus fontes eius posuit [7] *Strabo.* [8] Apud Xenophontem quidem dicuntur non longe a Tigris fontibus abesse: at referente [9] *Strabone*, διέχουσιν ἀλλήλων αἱ πηγαὶ, τό τε Εὐφράτου καὶ τὸ Τιγριδος, περὶ διςχιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους. Diuersas vtique Euphratis partes intellexerunt; ille fontes designat, qua orientem spectat amnis; hic a brachio quodam occidentali, cum spatium inter eum et Tigrim definiuit, initae mensurae fecit initium.

Euphratis fontibus a tergo relictis, [10] per niuem altam, septentrionem versus iter faciunt: [11] niuem vix tandem eluctati, in vicos quosdam diuerterunt Armeniae; vbi repererunt equos, [12] qui tributi nomine regi alebantur.

[4] Consumptis ibi septem diebus, octauo demum motis septies

1) Diss. saepius laud.
2) K. A. p. 297. (212) et seq.
3) p. 299. (213) et seq.
4) p. 304. (217.)
5) p. 305. (217.)
6) N. H. l. 5 c. 24.
7) L. 11. p. 792.
8) K. A. p. 26.. (186.)
9) L. 11. p. 792. Adde *Salmas.* Plin. exerc. p. 438. *Ptolem.* l. 5. c. 13. et *Eustath.* ad *Dionys.* v. 976.
10) K. A. p. 306 (219)
11) p. 312. (223) et seq.
12) p. 318. (226. 227.) Adde *Strab.* l. 11. p. 796.
13) K. A. p. 319. (227. seq.)

ſepties caſtris, paraſangas quinque ſingulos in dies, ad [1] PHASIN amnem, latitudine fere plethri, progreſſi ſunt. Alius autem hic, atque [2] clariſſimus ille Ponti *Phaſis*, intelligendus eſt. Ad Xenophontis itaque narrationem optime conuenire videtur ille *Phaſis*, cuius [3] *Conſtantinus Porphyrogenetus* meminit, cuique nomen ERAX etiam inditum erat. Tam ea enim ſimilitudo quae in vocibus *Erax* et *Araxes* inuenitur, quam quae ſcriptor iſte memoriae prodidit, ad Phaſin minus conuenientia, recte [4] Cl. *Deliſle* adduxiſſe videntur, vt *Araxen*, qui in mare Caſpium delabitur, eundem eſſe fluuium exiſtimaret, quem Xenophon hic loci *Phaſin* adpellauit.

[5] Hinc caſtris binis, paraſangas decem per iuga montium progreſſi, in planitiem tandem, fugatis hoſtibus, deſcenderunt. [6] Mox caſtris quinquies poſitis, paraſangisque triginta confectis, ad TAOCHORVM regionem (vbi hodie TAOCHIR in Tabula *Georgiae* ponitur, teſte Cl. *Deliſle*) peruenerunt: [7] inde per CHALYBVM agros caſtris ſeptem, paraſangas quinquaginta progreſſi ſunt. Eos [8] Diodorus Siculus *Chalcideuſes* vocat. Sed pro Χαλκιδέων, quod exemplaria *Diodori* repraeſentant, legi mallem Χαλδαίων: qua ſcripturae mutatione facta, iam nulla erit Diodoro cum Xenophonte diſcordia: nam [9] *Strabone* teſte, Χαλδαῖοι, Χάλυβες τὸ παλαιον ὠνομάζοντο.

Ab his digreſſi, ad amnem HARPASVM, cuius erat quatuor plethrorum latitudo, peruenerunt. Apud auctores autem recentiores, ſua qui ſcriptis mandarunt itinera, fluuium

1) K. A. p. 320. (228. 229.)

2) De quo *Strabo* l. l. p. 457. et l. 11. p. 801. *Plin.* N. H. l. 6. c. 4. *Dionyſ.* v. 691. *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 403. *Agathem.* l. 2. c. 1. aliique paſſim.

3) Imper. Orient. c. 45. Cl. *Deliſle* citat *Procopium* etiam: cum vero auctorum nec verba ſoleat adferre, nec indicare loca, vbi reperiantur, ipſe quidem *Procopium* teſtem in hanc rem citare nolui, cum neque locum, quem vir doctus huc facere cenſuerit, inuenire potuerim, et alias auctorem illum Phaſin amnem Colchicum adpellaſſe, atque adeo in Pontum Euxinum deduxiſſe, nouerim. Vide ſis eius de Bello Perſ. l. 1. c. 15. et de Bello Goth. l. 4. c. 2 et 6.

4) Diſſ. ſaepe cit.

5) K. A. p. 321, 328. (229, 235.)

6) p. 328. (235.) et ſeq. reſpice K. A. p. 321. (229.) not. (ad lin. 3.)

7) K. A. p. 334. (239.)

8) L. 14. p. 259.

9) L. 12. p. 826.

vium hunc HARPASON nomine venire testatur [1] Cl. *Delisle*. Caeterum *Diodoro Siculo* restituendum est nomen Ἁρπαζος cuius vtique locum occupauit [2] Ἁρπαγος.

[3] Hinc per SCYTHINORVM agrum castris quartis, parasangas viginti ad vicos progressi sunt; apud quos triduum manserunt. Pro Σκυθινῶν in [4] *Diodoro* male legitur Γασκυτινων: in *Stephano* Σκυθηνοὶ reperitur. Porro SCYTHINI forsan barbaris illis Ἑπτὰ κωμήταις, quorum meminit [5] *Strabo*, adnumerandi sunt. Castra deinde quater metati, vigintique parasangas emensi, [6] ad vrbem venere magnam, tam opibus quam incolis abundantem, cui nomen GYMNIAS: eadem [7] *Diodoro* dicitur GYMNASIA.

Paucis autem diebus interiectis, [8] THECHEN adtigere, montem sacrum; vnde Graeci mare, summa non sine laetitia, tandem conspexerunt. Apud [9] *Diodorum* mons hic vocatur Χήνιον; in Mss. quibusdam Xenophontis exemplaribus legitur Ηχης. [10] *Arrianus* Ιερον ὄρος inter Cerasuntem et Trapezuntem collocauit. Eundem hunc montem intellexisse videtur [11] *Apollonius Rhodius*: Ιερον δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν ὄρος — *Schol.* Ορος οὕτω καλούμενον τὸ καθῆκον εἰς Εὔξεινον πόντον.

[12] Hinc per MACRONVM regionem castris tribus, parasangas decem progressi sunt. Hi postea, [13] *Strabone* teste, Σάννοι dicti erant. Similiter [14] *Eustathius*: οἱ Μάκρωνες ἔθνος Ποντικὸν, Βεχείρων νοτιώτερον· τούτους νῦν Σάννους φαμὲν, ἰδιωτικώτερον δὲ Τζάνους — — [15] *Arrianus* autem *Drilas*, quos vocat Xenophon, *Sannas* nominat.

Tridui itinere confecto, [16] COLCHORVM ad montes Grae-

1) Diss. supra memor.
2) L. 14. p. 259. edit. *Rhodom.*
3) K. A. p. 336. (240, 241.)
4) Loco cit. Adde K. A. p. 336. not. (p. 240 ad lin. antepen.)
5) L. 12. p. 825. iisdem videntur addendi, quos Xenophon ΚΟΙΤΟΥΣ p. 616. (462) vocat.
6) K. A. p. 336. (241.)
7) L. 14. p. 259.
8) K. A. p. 337. (241.)
9) Loco proxime cit.
10) Peripl. P. E. p. 129. edit. *Blanc.*
11) Αργον. β'. v. 1017.
12) K. A. p. 340. (243.)
13) L. 12. p. 852.
14) Ad *Dionys.* v. 766. Adde *Apollon* Rhod. l. 2. v. 396, et *Plin.* N. H. l. 6. c. 4.
15) P. E. Peripl. p. 123.
16) K. A. p. 343. (246)

Graecos deduxere Macrones, Colchiſque in fugam verſis, in vicos illi commeatus copia abundantes diuerterunt. Iis autem, quae de vi mellis, quod ibi reperere Graeci, ſcripſit Xenophon, ſimilia memoriae tradidit [1] Plinius: *Aliud genus*, inquit, *in eodem Ponti ſitu, gente Sannorum, mellis, quod ab inſania, quam gignit*, maenomenon *vocant. Id exiſtimatur contrahi flore Rhododendri, quo ſcatent ſiluae.*

[2] Ab his vicis, caſtra bis metati, progreſſique adeo parasangas ſeptem, ad TRAPEZVNTEM, Graecam vrbem, coloniam Sinopenſium, in Colchorum regione, Pontum ad Euxinum ſitam, peruenere. Colchos etiam [3] *Arrianus* Τραπεζουντίοις ὁμόρους adpellat. [4] *Straboni* et [5] *Scylaci* TRAPEZVS eſt πόλις Ἑλληνίς: eademque [6] *Melae* illuſtris; [7] *Euſtathio*, κτίσμα Σινωπέων, μεγα ἐμπόριον: [8] *Tacito*, vetuſta Aſiae ciuitas, a Graecis in extremo Ponticae orae condita: [9] *Plinio*, liberum, ſcil. oppidum. Hic dies circiter triginta commorati ſunt Graeci; et [10] Trapezuntiis ducibus, in DRILARVM fines incurſiones fecere. Δρυλαὶ autem, ait *Stephanus*, (lege Δρίλαι) συνοικία τῆς Ποντικῆς Τραπεζοῦντος ὡς ποριῶ, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ἀναβάσεως πεμπτῳ. Quibus [11] *Arriani* verba libet haec adiungere: Τραπεζουντίοις μὲν, καθαπερ καὶ Ξενοφῶν λέγει, Κόλχοι ὅμοροι· καὶ ὡς λέγει τὰς μαχιμωτάτας καὶ ἐχθρωτάτας εἶναι τοῖς Τραπεζουντίοις, ἐκεῖνος μὲν Δρίλλας (repone Δρίλας) ὀνομάζει, [12] ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ Σάννοι ὅτοι εἶναι· καὶ γὰρ μαχιμώτατοί εἰσιν εἰς τοῦτο ἔτι, καὶ τοῖς Τραπεζουντίοις ἐχθρωτατοι, καὶ τὰ χωρία ὀχυρὰ οἰκοῦσι, καὶ ἔθνος ἀβασίλευτον.

Graecos inde profectos excepit tandem [13] CERASVS, vrbs etiam Graeca, prope mare Euxinum ſita, in Colchide. Illuſtris et haec apud [14] *Melam* audit: nomen autem, [1] *Eu-*

1) N. H. l. 21. c. 13. Adde *Strab.* l. 12. p. 826.
2) κ. λ. p. 348. (250.)
3) Peripl. P. E. p. 123.
4) L. 12 p. 824.
5) p. 33.
6) L. 1. c. 19.
7) Ad *Dionyſ.* v. 687.
8) *Hiſt.* l. 3. c. 4. Adde *Steph.*
9) H. N. l. 6. c. 4.
10) κ. λ. p. 361. (259.)
11) Peripl. P. E. p. 11. edit. *Oxon.*
12) Sed reſpice ſupra paulo ſcripta de Macronibus.
13) κ. λ. p. 372. (268.)
14) L. 1. c. 19.

[1] *Eustathio* si modo sidem habeas, ἀπὸ τῶν φυτῶν τῶν κεράσων accepit. Quae vero Colchidis, Xenophontis aeuo, vrbs erat, postea [2] Ponto tribui solebat. Porro, [3] *Arriano* auctore, αὕτη ἡ Φαρνακεία πάλαι Κερασοῦς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων καὶ αὕτη ἄποικος. Sed [4] *Ptolemaeus*, [5] *Strabo*, [6] *Plinius* Pharnaciae (seu Pharnaceae) et Cerasuntis, tanquam diuersarum vrbium, meminerunt. Imo vero, [7] *Strabone* teste, ex Cotyora συνῳκίσθη ἡ Φαρνακία.

[8] A Cerasunte digressi, MOSYNOECORVM in agrum penetrarunt: de quibus ita [9] *Strabo*: Εἰσὶ δ' ἅπαντες μὲν οἱ ὀρεῖοι τούτων ἄγριοι τελέως, ὑπερβεβλῆνται δὲ τοὺς ἄλλους οἱ Ἑπτὰ κωμῆται· τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ δενδρέσιν ἢ πυργίοις οἰκοῦσι διὸ καὶ Μοσυνοίκους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, τῶν πύργων μοσύνων λεγομένων. ζῶσι δ' ἀπὸ θηρίων σαρκῶν καὶ τῶν ἀκροδρύων. Sed et mores hominum istorum et nominis originem, locis modo citatis, indicaui.

[10] Per eam autem, quam incoluere MOSYNOECI, regionem, castris octies positis, ad CHALYBAS progressi sunt Graeci. Iam vero [11] supra gentem vidimus, id cui nominis contigit, hac longo satis interuallo distantem. Solebant vtique barbari isti passim per inculta loca palari; nomenque adeo suum in aliis atque aliis, quae sedem iis aliquamdiu praebuere, locis inueniri, non est quod miretur aliquis. Chalybum etiam intra Halyn amnem sitorum meminit [12] *Herodotus*: similiter [13] *Ephorus*, quem ea de causa [14] *Strabo* frustra

1) Ad Dionys. v. 453.

2) *Pomp Mela* l. 1. c. 19. *Amm. Marcell.* l. 22. c. 8. *Strabo* l. 12. p. 825. *Ptolem.* l. 5. c. 6. *Hierocl.* p. 702. *Scylax* p. 33. Assyriae eam adscribit.

3) Peripl. P. E. p. 17. ed. *Oxon.*

4) L. 5. c. 6.

5) L. 12. p. 825.

6) L. 6. c. 4.

7) Loco cit.

8) K. A. p. 379. (272.) et seq. vbi vide not. (ad lin. penult.) et p. 389. not. 2 et 3. (279 ad lin. 4, 5) nec non p. 392. not. 4, 5, 7. (280. lin. 15. vlt. et p. 281. lin. 1.) p. 393. n. 1. (p. 281. lin. 5.)

9) L. 12. p. 825.

10) K. A. p. 394. (281 sq.)

11) p. 14.

12) L. 1. c. 28.

13) Apud *Strab.* l. 14. p. 996.

14) Loco cit. vbi vide quae notauit *Palmerius*. Quin et *Pomp. Mela* l. 1. c. 19. facta de Harmene, quae Paphlagoniam finit, mentione; *Chalybes*, mox inquit, *proximi vrbium clarissimas habent Amison et Sinopen — amnium Halyn et Thermodonta*. Adde *Plin.* N. H. l. 6, c. 3. extr.

ſtra caſtigat. Nam iſti forſan, mutatis iam, Strabonis aetate, ſedibus, orientem verſus habitatum commigraverant. Ii quidem Chalybes, de quibus [1] antea mentionem fecit Xenophon, longe erant fortiſſimi, Harpaſum vltra fluuium ſiti: iam vero memorat alios, numero exiguos, et Moſynoecorum, quibus erant vicini, ſubiectos imperio. Hos agnoſcit [2] *Euſtathius:* Οἰκοῦσι δὲ, (Tibareni ſcil.) inquit, καθὰ καὶ οἱ Χαλδαῖοι, μεχρὶ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας — ἐφ' οἷς οἱ Χάλυβες εἰσι — τέτας τὰς Χάλυβας ἄλλοι Χαλδίους ἐκάλεσαν (ἔθνος δὲ εἰσι Ποντικὸν παρὰ τῷ Θερμωδόντι): deinde, paucis interiectis, Ξενοφῶν δὲ, ait, ὀλίγους δὲ αὐτοὺς εἶναι λέγει, καὶ τῶν Μοσυνοίκων ὑπηκόους. [3] Hos quoque *Strabo* Chaldaeorum nomine deſignaſſe videtur.

Chalybas attingunt [4] TIBARENI; ad [5] quorum deinde ventum eſt agrum; quibus in ritu luſuque ſummum bonum eſt, [6] auctore *Mela*; [7] his ſimilia tradit *Ephorus:* ſed Moſynoecos hic et Tibarenos interſe confudiſſe [8] videtur. Tibarenos etiam [9] *Strabo* cum Chaldaeis (qui Noſtro ſunt Chalybes) et Sannis (qui olim Macrones dicebantur) coniungit. [10] Ἀγχι δὲ (*ſcil.* prope Chalybas) ναιεταασι πολύξενες Τιβαρηνοὶ

Ζηνὸς etc. Similiter [11] *Dionyſius.*

Cum [12] biduum per horum agrum perrexiſſent, ad COTYORA peruenerunt, vrbem Graecam, in regione Tibarenorum poſitam cuius incolae erant Sinopenſium coloni. Ταύτης, inquit [13] *Arrianus*, ὡς πόλεως Ξενοφῶν ἐμνεύσαν, καὶ λέγει Σινωπέων ἀποικον εἶναι· νῦν δὲ κώμη ἐστὶ, καὶ οὐδὲ αὐτὴ μεγάλη. Apud [14] *Strabonem* dicitur π λίγνα: apud *Stephanum Byz.* κώμη πρὸς τῷ Ποντῳ. [15] *Ptolemaei* exem-

1) K. A. p. 334. (239.)
2) Ad *Dion.* v 467.
3) L. 12. p. 825.
4) *Mela* l. 1 c. 19.
5) K. A. p. 394. (282.)
6) L. 1. c. 19.
7) Apud *Steph.* Byz. in v. Τιβαρηνία.
8) Vide ſis K. A. p. 393. (281.)
9) L. 12. p. 825 et 832.
10) *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 377. Adde *Herodot.* l. 3. c. 94. et *Scylac.* p 33.
11) v. 767, vbi vide *Euſtath.* Adde *Plin.* N. H. l. 6. c. 4.
12) K. A. p. 395. (282.)
13) Peripl. P. E. p. 17.
14) L. 12. p. 825.
15) L. 5. c. 6.

exemplaria Κυτέωρον: [1] *Plinii*, COTYORVM, exhibent. Ex veteribus etiam libris [2] *Straboni*s editores adferunt Κύτωρος et Κύταρος: eadem videtur vrbs, quae [3] *Melae* vocata est *Cotyros*. In [4] *Diodoro* reperitur eadem atque in Xenophonte scriptura. Hucusque autem pedibus iter fecere Graeci: positis eum inter locum, in quo pugna fuerat commissa, et *Cotyora*, castris centum et viginti duobus, parasangis interea sexcentis viginti, stadiis duodeviginti mille viginti, mensibus octo confectis. [5] Hos vtique numeros repraesentare solent libri vulgati. Quod si parasangis singulis stadia triginta, [6] vti supra, tribuamus, iam vero augendus erit stadiorum numerus, et ex memoratis

parasangis, scilicet — 620 colligenda
stadia — — — 18000

Quapropter mendosa mihi videtur vulgata loci laudati scriptura, et pro στάδιοι μύριοι ὀκτακισχίλιοι εἴκοσι legerim, fide mixtus Mstorum Eton. et reg. Paris. στάδιοι μύριοι καὶ ὀκτακισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι.

Inde cum, nauigiis comparatis, soluissent [7] litusque Iasonium haud procul spectassent, Thermodonti primum, mox Irios, Halyos deinde fluuiorum ostia praeteruecti, ad Harmenem tandem Sinopes portum adpulere.

[8] THERMODON amnis Ponti Polemoniaci, cuius erat trium plethrorum latitudo, [9] ortus ad castellum, quod vocant Phanaroeam, praeterque radices Amazonii montis lapsus, [10] fuit Amazonibus, vt fama erat, accolis inclitus. Huic

1) N. H. l. 6. c. 4.

2) Loco cit.

3) L. 1. c. 19. Vide tamen *Scylac.* p. 34. *Marcian.* Heracl. p. 71. *Strabo* l. 12. p. 820. et *Berkel.* ad *Steph.* in v. Κυτώρα et Κύτωρις.

4) L. 14. p. 261.

5) Κ. Α. p. 395 et seq. (283.)

6) Diss. huius p. 10. (18.)

7) *Straboni* l. 12. p. 825. et *Arriano* Peripl. p. 17. est ἄκρα Ιασόνιον: *Ptolemaeo* l. 5. c. 6. Ιασόνιον ἄκρον: *Plinio* N. H. l. 6. c. 4. flumen Iasonium.

8) Κ. Α. p. 406. (291) 458, (331) *Ptolem.* l. 5. c. 6.

9) *Plin.* N. H. l. 6. c. 3. extr.

10) *Virgil.* Aen. l. 11. v. 659. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 15 et seq. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 601. *Dionys.* Perieg. v. 773 et seq. et *Eustath.* in loc. Adde *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 390 et seq. *Strab.* l. 12. p. 823. *Arrian.* Peripl. P. E. p. 16. *Scylac.* p. 33. *Mel.* l. 1. c. 19. et *Ammian. Marcell.* l. 22. c. 8.

[1] Huic proximus est IRIS; de quo sic [2] *Strabo*: ἄλλος δὲ, scil. *fluuius*, τούτῳ (i. e. *Thermodonti*) πάρισος ῥέων ἐκ τῆς καλουμένης Φαναροίας, τὸ αὐτὸ διεξεῖσι πεδίον, (την Θεμίσκυραν) καλεῖται δὲ Ιρις. Εχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν αὐτῷ τῷ Πόντῳ. Ρυεὶς δὲ δια — — et caetera ibi legenda. Eiusdem meminerunt [3] *Ptolemaeus*, [4] *Apollonius*, [5] *Dionysius*, [6] *Arrianus*, [7] *Marcianus*, [8] *Plinius*, [9] *Ammianus*. [10] HALYS deinde fluuius oram Ponti seu Paphlagoniae legentibus sese offert. De quo simul et binis illis modo memoratis ita cecinit [11] *Apollonius*:

— πόλεος δ' ἐπὶ πείρασι αἰγιαλοῖο
Ακτῇ ἐπι προβλῆτι ῥοαὶ Αλυος ποταμοῖο
Δεινὸν ἐρεύγονται. μετὰ τόνδ' ἀγχιῤῥοος Ιρις
Μειότερος λευκῆσιν ἑλίσσεται εἰς ἅλα δίναις.
— ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος
Κόλπῳ εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ὑπ' ἄκρην
Μύρεται, εὐρείης διαείμενος ἠπείροιο.

Et [12] *Dionysius*:

— ἀπ' ὄρεος Αρμενίοιο
Λευκὸν ὕδωρ προΐησιν Ενυάλιος Θερμώδων,
Ος ποτ' —
Ιρις δ' ἐξείης καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.
Τῷ δ' ἐπιμορμύρουσι ῥοαὶ Αλυος ποταμοῖο,
Ελκόμεναι βορεήνδε, etc.

Quibus addenda haec [11] *Arriani* verba: οὗτος ὁ ποταμὸς (scil. *Halys*) πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς Κροίσου βασιλείας καὶ Περσῶν, νῦν ὑπὸ τῇ Ρωμαίων ἐπικρατείᾳ ῥέει, οὐκ ἀπὸ με-

1) K. A. p. 406. (191.)
2) L. 12. p. 823.
3) L. 5. c. 6.
4) L. 2. v. 367.
5) v. 783.
6) p. 16.
7) p. 74.
8) L. 6. c. 3. extr.
9) L. 22. c. 8. Obiter autem emendandus est *Eustathius*, cuius in *Dion.* v. 976. sic leguntur verba: ἔστι δὲ Τίγρις καὶ Παφλαγονικὸς ποταμός, περὶ οὗ φησι Ξενοφῶν, πρῶτον μὲν Θερμώδοντα. εὗρος τριῶν πλέθρων· δεύτερον δὲ Τίγριν, τρίπλεθρον ὡσαύτως. τρίτον δὲ Αλυν. Repone, δεύτερον δὲ Ιριν.
8) K. A. p. 407. (291.)
9) *Argon* l. 2. v. 365 et seq.
10) v. 773 et seq. Confer. *Val. Flacc.* l. 5. v. 120 et seq.
11) Peripl. P. E. p. 16.

μεσημβρίας, ως λέγει [1] Ηρόδοτος, ἀλλὰ ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου. καθότι δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Ἕυξεινον, ὁρίζει τὰ Σινωπέων καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα. [2] *Strabo* tum nominis originem, tum fontes eius indicat: ὠνόμασται δ' ἀπὸ τῶν ἁλῶν, ἃς παραβάλλει· ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ τῆς Ποντικῆς πλησίον, κατὰ τὴν Καμβυσηνήν.

[3] Graecos istorum amnium ostia praeteruectos excipit tandem HARMENE, πόλις Ἑλληνὶς, auctore [4] *Scylace*, καὶ λιμήν. Similiter [5] *Arrianus*: ἀπὸ δὲ Λεπτῆς ἄκρας ἐς Ἁρμένην, ἑξήκοντα, scil. στάδιοι· λιμὴν αὐτόθι· καὶ Ξενοφῶν τῆς Ἁρμενης ἐμνημόνευσεν. Dicitur etiam [6] κώμη τῶν Σινωπέων, ἔχουσα λιμένα: et [7] κώμη Παφλαγονίας: vrbs etiam, quae, [8] *Mela* teste, Paphlagoniam finit. Sed vltra eam regionis istius terminos extendit Xenophon.

[9] Ab Harmene stadia quinquaginta, *Strabone* et [10] *Marciano* auctoribus, distat SINOPE, ἀξιολογωτάτη τῶν ταύτῃ πόλεων. ἔκτισαν μὲν ἐν αὐτὴν Μιλήσιοι. Apud [11] *Stephanum* quoque audit πόλις διαφανεστάτη τῶν Πο[illegible]τικῶν. Nomen vnde duxit, si quis scire cupiat, adeat velim [12] *Apollonium* et [13] *Dionysium*. Fuit antiqua quidem vrbs, sed ante deductam eo Milesiorum coloniam minus firma, minusque clara: εἶθ' ὕστερον, verba sunt [13] *Strabonis*, Μιλήσιοι τὴν εὐφυΐαν ἰδόντες, καὶ τὴν ἀσθενειαν τῶν ἐνοικούντων, ἐξιδιάσαντο, καὶ ἐποίκους ἔστειλαν.

[14] Postea, PARTHENIVM praeteruecti, ad Heracleam peruenimus. PARTHENIVS autem amnis, auctore [15] *Strabone*,

1) Vide *Herodot.* l. 1. c. 72.
2) L. 12. p. 822.
3) K. A. p. 450. (324.)
4) p. 33. Scribitur etiam Ἀρμένη cum spiritu leni, nonnunquam *Armine*.
5) Peripl. P. E. p. 15.
6) *Strabo* l. 12. p. 821.
7) *Steph.* Byz. in v.
8) L. 1. c. 19. Adde *Plin.* N. H. l. 6. c. 2. et *Ptolem.* l. 5. c. 4.
9) *Strab.* l. c. K. A. p. 450. (324.) Adde *Mel.* l. 1. c. 19.
10) p. 72. *Arriano* autem teste, Peripl. P. E. p. 15. ἔνθεν εἰς Σινώπην, στάδιοι τεσσαράκοντα.
11) Ἀργον. l. 2. v. 948 et seq. vbi vide *Schol.*
12) Perieg. v. 775 et seq. Vide sis etiam *Eustath.* ad v. 772. Conf. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 110 et seq. et *Scymn.* Fragm. v. 204.
13) L. 12 p. 822. Ea autem de colonia Miliesiorum agit illustris. *Spanh* Numism. T. 1. p. 487, 575. T. 2. p. 601.
14) K. A. p. 458. (331.)
15) L. 12. p. 818.

bone, διὰ χωρίων ἀνθηρῶν φερόμενος· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ὀνόματος τούτου τετυχήκως, ἐν αὐτῇ τῇ Παφλαγονίᾳ τὰς πηγὰς ἔχει. Eiusdem meminerunt [1] *Mela*, [2] *Plinius*, [3] *Arrianus*, [4] *Marcianus*, [5] *Scylax*, [6] *Scymnus*, alii. Caeterum a *Strabone* nonnihil discedit *Stephanus Byz.* quippe huic Παρθένιος est ποταμὸς ἐν μέσῳ τῶν Αμαστριανῶν πόλεως ῥέων. Ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν· ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος,

Ὡς ἀκαλὰ προρέων, ὡς ἁβρὴ παρθένος εἶσι.

τινὲς, ὅτι ἐν αὐτῷ ἔπεσεν ἡ παρθένος — τῷ δὲ ποταμῷ Παρθένιον ὄνομα τοὺς προσχώρους θέσθαι, ἐπὶ τῷ πάθει τῆς παρθένου. [7] *Valerio* etiam *Flacco* auctore, Parthenius is est,

— *ante alios Triuiae qui creditur amnes*
Fidus, et Inopi materna gratior vnda.

[8] Porro autem HERACLEA vrbs erat Graeca, Megarensium colonia, in Maryandenorum agro sita. [9] *Ptolemaeo* dicitur Πόντου Ἡράκλεια: sic etiam [10] in nummis vocari solet, vt ab aliis eiusdem nominis vrbibus distingueretur. [11] *Plinius* quidem scriptum reliquit, Heracleam esse oppidum Lyco flumini adpositum: minus adcurate, si fides vtique [12] *Arriano* sit habenda. Nam, ἀπὸ Λύκου (verba legis *Arriani*) εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα Δωρικήν, Μεγαρέων ἄποικον, στάδιοι εἴκοσι. [13] *Straboni* est πόλις εὐλιμένος, καὶ ἄλλως ἀξιόλογος: [14] a quo paulo ante dicitur Μιλησίων κτίσμα: cum tamen Xenophonti, qui Heracleam Μεγαρέων ἄποικον adpellat, haud pauci, iidemque fide digni, adstipulentur [15] auctores. Quocirca, pro Μιλησίων, le-

1) L. 1. c. 19.
2) L. 6. c. 2.
3) Peripl. P. E. p. 14.
4) p. 71.
5) p. 34.
6) Fragm. v. 226. Add. *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 938. et *Schol.* ad loc. nec non *Ptolem.* l. 5. c. 1. et *Ammian. Marcell.* l. 22. c. 8.
7) L. 5. v. 107.
8) K. A. p. 458. (331.)
9) L. 5. c. 1.
10) Vide *Harduin.* Numm. antiqu. illustr. p. 194. et *Spanhem.* Numism. T. 1. p. 265.
11) N. H. l. 6. c. 1.
12) Peripl. P. E. p. 14.
13) L. 12. p. 817.
14) L. 12. p. 516.
15) *Arriano* adde *Scholiasten* ad *Apollon.* l. 2 v. 448. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 261. *Pausan.* l. 5. c. 26.

legendum Μεγαρέων, apud *Strabonem*, ecte cenſuiſſe mihi videntur *Caſaubonus* et *Palmerius*. Caeterum, quae de Heraclea ſimul et CHERRONESO ACHERVSIADE, [1] cuius etiam et Heroulis ad Cerberum deſcenſus meminit Xenophon, [2] *Mela* ſcripſit, his libet adiungere: *In eo* (Ponto *ſcil.* Euxino) *primum Mariandyni vrbem habitant, ab Argiuo* (*vt ferunt*) *Hercule datam. Heraclea vocitatur: id famae fidem adiicit. Iuxta ſpecus eſt Acheruſia, ad Manes* (*vt aiunt*) *peruius, atque inde extractum Cerberum exiſtimant.* Haec *Mela*; cuius verba fere [3] *Solinus* exſcripſit. [4] At vero ὅτι ἡ περὶ Ἡράκλειαν Ἀχερουσιὰς καλουμένη, πανταχόθεν ἐκ θαλάσσης ἐξὶν ὑψηλή τε καὶ ἀπόκρημνος, καὶ ἀπονένευκεν εἰς δυσμὰς εἰς τὸ πρὸ τῆς Βιθυνίας πέλαγος· καὶ ὅτι προσπίπτον αὐτῇ τὸ κῦμα σφοδρὸς ἀποτελεῖ ἦχος· καὶ περὶ τῶν ἐπ' ἄκρας αὐτῆς πεφυκυιῶν πλατάνων, καὶ τῶ ἐπ' αὐτῇ πεδίῳ· καὶ ὅτι δοκεῖ αὐτόθι κατάβασις εἰς ᾅδου ὑπάρχειν, Νύμφις ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείας ἀφησί. [5] Labitur autem ibi per planitiem LYCVS amnis, duo fere plethra latus, [6] qui viginti ſtadiis abeſt ab Heraclea. Eius meminerunt [7] *Arrianus*, [8] *Plinius*, [9] *Ouidius*, [10] *Apollonius*.

[11] Hinc digreſſi partim pedibus, partim nauibus CALPES portum, qui in Thracia reperitur Aſiatica venere Graeci. Huius meminit [12] *Arrianus*, citato Xenophonte; eundem agnoſcit quoque [13] *Plinius*, nec non [14] *Stephanus Byz.* Nomen forſan a fluuio Calpa, de quo [15] *Ptolemaeus*, [16] *Strabo*,

1) K. A. p. 458. (331.)
2) L. 1. c. 19.
3) Polyhiſt. c. 43.
4) Verba ſunt *Schol.* et *Apollon.* l. 2. v. 730 et ſeq. Vide ſis etiam *Plin.* N. H. l. 6. c. 1. et *Salmaſ.* Plin. exerc. p. 623. *Annm. Marcell.* l. 22. c. 8. *Spanhem.* numiſm. T. I. p. 263 et ſeq. *Val. Flacc.* l. 4. v. 595 et ſq. K. A. p. 458. (331) n. 2. (ad lin. 11.)
5) K. A. p. 459. (332.)
6) *Arrian.* Peripl. P. E. p. 14.
7) Loco cit.
8) N. H. l. 6. c. 1.
9) L. 4. ex Ponto, el. 10. v. 47.
10) L. 2. v. 726. vbi *Schol.* Λύκος, ποταμὸς ἐμβάλλων τῇ βιθυνίᾳ· μετὰ δὲ διὰ τῆς Μαριανδυνῶν χώρας. Adde ſis *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v 787.
11) K. A. p. 464. (336.) 467. (339.) 473. (344) et ſeq.
12) Peripl. P. E p. 3 et 13. conf. K. A. p. 483. (351, 352.)
13) N. H. l. 6. c. 1.
14) In voce Κάλπαι.
15) L. 5. c. 1.
16) L. 12. p. 818. vbi pro Χάλπας ex *Ptolemaei* l. c. et *Marciani* p. 69 reſcribendum Κάλπας.

et [1] *Marcianus*, accepit. Ο δὲ Κάλπης λιμὴν (verbis [2] *Arriani* vtor) ὁποῖόν τι χωρίον ἐστὶν, καὶ ὁποῖος ὅρμος, καὶ ὅτι πηγὴ ἐν αὐτῷ ψυχρȣ καὶ καθαρȣ̃ ὕδατος, καὶ ὅτι ὕλαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ ξύλων ναυπηγησίμων, καὶ αὗται ἔνθηροι, ταῦτα Ξενοφῶντι τῷ πρεσβυτέρῳ λέλεκται. Sed cum lectu dignissima sint ea, quae de portu hoc memoriae prodidit Xenophon, eius loca modo adpellata velim adeas. De THRACIA autem illa, vbi situs erat Calpes portus, [3] *Eustathius* haec: Ὅτι Θρᾶκες ȣ μόνον Εὐρωπαῖοι, ἀλλὰ καὶ Ασιανοὶ, κατὰ τὴν τȣ̃ Αρριανȣ̃ ἱστορίαν λέγοντος, ὥσπερ Φρύγας καὶ Μυσȣ̀ς, ȣ̃τως δὴ καὶ Θρᾷκας ἐξ Εὐρώπης διαβῆναι εἰς Ασίαν, μετὰ Πατάρȣ τινὸς ἡγεμόνος, ὅτε οἱ Κιμμέριοι τὴν Ασίαν κατέτρεχον· ȣ̃ς ἐκβαλόντες ἐκ Βιθυνίας οἱ Θρᾷκες ᾤκησαν αὐτοί. Vides, opinor, qua de causa THRACES isti a Xenophonte vocantur etiam [4] BITHYNI. Deinde, haud paucis interiectis, pergit *Eustathius*: [5] Ἡρόδοτος δὲ ἱστορεῖ καὶ ὑπὸ τῷ Κροίσῳ Θρᾷκας εἶναί τινας, λέγων ὅτι ὁ Κροῖσος κατεστρέψατο Χάλυβας, Παφλαγόνας, Θρᾶκας, Θυνȣ̀ς, Βιθυνȣ̀ς, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ Ξενοφῶν δὲ οἶδεν Ασιανήν τινα Θρᾴκην ἀρξαμένην ἀπὸ τȣ̃ στόματος τȣ̃ Πόντȣ, μέχρις Ἡρακλείας, ἐπὶ τὰ δεξιὰ εἰσπλέοντι. [6] *Arrianus* etiam istorum Thracum Bithynorum meminit. [7] Idem haec alibi: Μέχρι τȣ̃δε (i. e. vsque ad Parthenium amnem, [8] de quo supra) Θρᾶκες οἱ Βιθυνοὶ νέμονται, ὧν καὶ Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατι εἶεν τῶν κατὰ τὴν Ασίαν, καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν Ελλήνων ὅτι ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἔπαθεν, [9] ἐπειδὴ ἀπεχωρίσθησαν οἱ Αρκάδες ἀπό τε τῆς Χειρισόφȣ καὶ τῆς Ξενοφῶντος μερίδος. Τὰ δὲ ἀπὸ τȣ̃δε ἤδη Παφλαγονία.

[10] Itinere per Thraciam Asiaticam seu Bithynorum agrum facto, ad Chrysopolin sexto demum die ventum est. CHRYSO-

1) Loco cit.
2) Peripl. P. E. p. 13.
3) Ad *Dionys.* v. 322.
4) K. A. p. 474. (345.) vbi vide not. coll. cum p. 466. (338.) 467. (339.) 496 (361.) 512 (374.)
5) Respicit *Herodot.* l. 1. c. 28. Adde eiusd. l. 3. c. 90. et l. 7. c. 75.
6) De exped. l. 1. extr. Adde *Strab.* l. 12. p. 816.
7) Peripl. P. E. p. 14.
8) Diss. p. 18. (31.)
9) Respicit ea, quae exstant K. A. p. 462-466 467 (334-339.)
10) K. A. p. 512. (374 fin. 375.) et seq.

SOPOLIS autem erat oppidum Chalcedoniae; [1] vltra Chalcedona ſeptentrionem verſus, e regione Byzantii, in Bithynia poſitum; ita dictum, ex nonnullorum ſententia, [2] quod ibi Perſae τȣ̃ χρυσȣ̃ ἀπὸ τῶν πόλεων προσιόντος ἀθροισμὸν fecerunt; plures autem ἀπὸ Χρυσȣ̃, vel Χρύσης, παιδὸς Χρυσηΐδος καὶ Αγαμέμνονος, nomen deducunt.

[3] Mox in BYZANTIVM, [4] vrbem in Boſporo ſatis notam, traiiciunt Graeci. [5] Deinde profecti ſunt ad PERINTHVM, [6] vrbem cum portu in Propontide ſitam, latitudine CC paſſuum, continenti adnexam: quam *Heracleam*, auctore [7] *Marcellino*, poſteritas dixit; quamque adeo, [8] eodem *Marcellino* teſte, Hercules conditam Perinthi comitis ſui memoriae dedicauit. [9] *Stephanus* autem Perinthum, non ab Herculis comite, ſed a Perintho Epidaurio, qui cum Oreſte militauerat, accepiſſe nomen perhibet.

[10] Poſtea Seuthae, ([11] is vtique erat Thracum in Europa ſitorum praefectus) qui ſibi imperium in [12] Melandeptas, et Thynos, et Thranipſas, olim patris ipſius imperio ſubiectos, vindicabat, adiunxere ſe Graeci. Iamque ſuſcepto bello adverſus Thracas illos, ſupra Byzantium ſitos, [13] aliis atque aliis nominibus diſtinctos, [14] ad locum, qui DELTA adpellatur, penetrarunt. Id autem nominis locis pluribus (for-

1) *Plin.* N. H. l. 5. c. vlt. *Steph.* Byz. *Amm. Marcell.* l. 22. c. 8. et *Diodor. Sic.* l. 14. p. 261.

2) Etymol. m. et *Steph.* Byz.

3) K. A. p. 516. (378.)

4) *Mela* l. 2. c. 2. *Plin.* N. H. l. 4. c. 11. *Arrian.* Peripl. P. E. p. 12, 25. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 803. *Steph.* Byz. *Strab.* l. 7. p. 492 et ſq. *Amm. Marcell.* l. 22. c. 8. *Ptolem.* l. 3. c. 11.

5) K. A. p. 531. (390) et ſeq.

6) *Plin.* N. H. l. 4. c. 11. *Mela* l. 2. c. 2. *Scylax* p. 28. *Scym.* v. 714.

7) L. 27. c. 4. Adde *Antonini* Itiner. p. 323. et quae ibi notauit Cl. *Weſſel.* et *Ptolem.* l. 3. c. 11.

8) L. 22. c. 8.

9) In voce.

10) K. A. p. 541. (398) et ſq.

11) Ibid. p. 616. (462.)

12) Doctiſſ. *Holſten.* in *Steph.* Byz. pro ΜΕΛΑΝΔΙΑ, χώρα Σικυωνίας, ex MSS. reponendum cenſuit — Σιθωνίας: quomodo vocatur *Thraciae* regio apud *Herodot.* l. 7. c. 122. Cum autem τὰ ἐθνικὰ ſint Μελάνδιος, καὶ Μελανδία, idem *Holſtenius* apud Xenophontem . c. Μελανδέπται in Μελανδίται mutandum putauit. Hanc ſane ſcripturam, quam maluit *Holſtenius*, exhibent MSS. Eton. et reg. Pariſ. Mihi tamen regio, de qua *Stephanus*, minus huc conuenire videtur.

13) *Herodot.* l. 5. c. 3. de Thracibus ſcriptum reliquit, ἐνύματα δὲ πολλὰ ἔχουσι κατὰ χώρας ἕκαστοι. Adde *Mel.* l. 2. c. 2.

14) K. A. p. 568. (421.)

(forsan ἀπὸ τῆς τῷ σχήματος ὁμοιότητος, quae [1] *Stephani Byz.* verba sunt) inditum fuisse docent [2] *Plinius*, [3] *Stephanus* et [4] *Strabo*. His addendus *Eustathius*, cuius [5] apud ὑπομνήματα leguntur haec: Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Ξενοφῶν ἱστορεῖ καὶ τῆς Θράκης τόπον εἶναί τινα Δέλτα καλούμενον.

Caeterum ab itinere Graecorum iam paulum ad loca, quorum etiam meminit [6] Xenophon, Bisanthen, Ganum, Nouum Castellum seu Murum digrediendum est. BISANTHE dicta et Παίδεσον, auctore [7] *Ptolemaeo*, prope mare sita erat, [8] in Thracia. Errasse autem *Stephanum*, qui eam in Macedonia posuit, auctores infra citati demonstrant, atque Cl. etiam [9] *Holstenius* olim monuit. [10] Apud *Plinium* simul reperiuntur *Cipsella*, *Bisanthe*, *Macron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem sinum inter duo maria porrectus murus procurrentem excludit Cherronesum.* Haec parum, opinor, accepit [11] *Surita*; quippe qui putauerit *Bisanthen* a Plinio *Macrontichos* esse dictam. Verum ea, tanquam loca diuersa, recensent [12] *Ptolemaeus* et [13] *Mela*. Quin plura τείχεα hic loci exstitisse scribit etiam [14] *Herodotus*.

Huic proximus est GANVS, quem oppidis quoque Thraciae [15] *Scylax* adnumerat, et fuisse scribit [16] *Plinius*. Ibidem νέον τεῖχος, quod, [17] *Plinium* imitatus, *Nouum Tichos* dixeris. Huius etiam meminit [18] *Scylax*. Vtrum autem vocem τεῖχος verteris *castellum* an *murum*, haud multum interest; cum et [19] *murus* denotet *arcem*, *propugnaculum*.

Iam vero ad Graecos, per [20] Thracum MELINOPHAGORVM agrum Salmydesson vsque progressos, redeamus. De

1) In v. Δέλτα.
2) N. H. l. 3. c. 16.
3) Loco cit.
4) L. 15. p. 1026.
5) In *Dionys.* v. 242.
6) p. 569 (422.)
7) L. 3 c. 11.
8) *Plutarch.* in Alcibiade p. 211. edit. Paris. *Herodotus* l. 7. c. 137. eam in Hellesponto; *Ptolemaeus* l. c. in Propontide collocat. Adde *Mel.* l. 2. c. 2.
9) Not. et castig. in *Steph.* p. 68.
10) N. H. l. 4. c. 11.
11) Ad Antonini Itin. p. 176. edit. *Wessel.*
12) L. 3. c. 11.
13) L. 2. c. 2.
14) L. 6. c. 33.
15) p. 28.
16) N. H. l. 4. c. 11.
17) Loco cit.
18) p. 28.
19) Vide sis quae doctiss. *Wessel.* scripsit ad *Anton.* Itin. p. 446. et ad *Hierocl.* p. 681.
20) Κ. Α p. 571. (424.) Vide sis etiam de nomine p. praeced.

De SALMYDESSO nonnihil variare videntur auctores. [1] *Melae* vrbs erat HALMYDESSOS; eadem apud [2] *Plinium* quoque nominis reperitur scriptura. [3] *Ptolemaeo* dicitur Ἁλμυδισσὸς αἰγιαλός. Est et Σαλμυδησσὸς, inquit [4] *Lycophronis* interpres, πόταμος Θράκης, εἰσβάλλων εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. A *Stephano* scribitur Σαλμυδήτης κόλπος τοῦ Πόντου. [5] Apud *Scymnum* inuenitur αἰγιαλός τις Σαλμυδησσὸς λεγόμενος.

ΕΦ' ἑπτακόσια στάδια, τεναγώδης ἀγαν
Καὶ δυσπρόσορμος ἁλίμενός τε παντελῶς,
Παρατέταται, ταῖς ναυσιν ἐχθρώτατος τόπος.

Cum his velim ea conferas, quae de eodem loco memoriae prodidit [6] Xenophon. Ἀπὸ δὲ Θυνιάδος ([7] *Arriani* verba legis) εἰς Σαλμυδησσὸν, στάδιοι διακόσιοι· τάτε τοῦ χωρίου μνήμην πεποίηται Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος. Sed de nomine et natura loci, vt vt variant exempla, inter se auctores reuera consentiunt: nam et vrbis, inquit doctiss. [8] *Cellarius*, et litoris et sinus commune nomen fuit: vrbe excisa, litoris et sinus nomen apud scriptores posterioris aeui mansit.

[9] Mox lectori occurrit SELYMBRIA: quae [10] *Ptolemaeo* Σηλυβρία vocata est, et in Propontide collocata, [11] *Scymno* auctore — ἐχομένη (*scil.* finitima Perintho) ἡ Σηλυμβρία
Ἣν οἱ Μεγαρεῖς κτίζουσι πρὸν Βυζαντίους,
In Propontide, ait [12] *Mela*, SELYMBRIA, *Perinthus* — similiter [13] *Plinius*. [14] *Scylaci* Σηλυμβρία est πόλις καὶ λιμήν.

Graeci, [15] data commeatui parando prius opera, [16] nauigiis in Lampsacum transierunt LAMPSACVS a [17] *Ptolemaeo*

1) L. 2. c. 2.
2) N. H. l. 4. c. 11.
3) L. 3. c. 11.
4) Ad *Alex.* v. 186.
5) v. 723 et seq. vbi vide annotat. *Hudson.*
6) K. A. p. 571. (424.)
7) Peripl. P. E. extr. vbi legendum, quae ex Xenophonte defumsit. Adde Auctorem anonym. Peripl. P. E. p. 15. *Strab* l. 1. p. 86. *Herodot.* l. 4. c. 93. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 265.
8) Geogr. Ant. l. 2. c. 15.
9) K. A. p. 572. (425.)
10) L. 3. c. 11.
11) v. 714 et seq.
12) L. 2. c. 2.
13) N. H. l. 4. c. 11. His adde K. A. p. 538. (356) n. 2. (ad lin. 11)
14) p. 28 Vide sis e iam *Xenoph.* Hist. Gr. l. 1. p. 256. edit. Steph. (p. 21.) *Amm. Marcell* l. 22. c. 8.
15) K. A. p. 589. (440.)
16) p. 607 (456.)
17) L. 5. c. 2.

maeo in Propontide Mysiae, quae in Hellesponto est, [1] a *Scylace* in Phrygia, collocatur. [2] *Et Hellespontus*, (quae sunt Plinii verba) *septem stadiis Europam ab Asia diuidens, quatuor inter se contrarias vrbes habet; in Europa Callipolin et Seston: et in Asia* Lampsacum *et Abydon.* LAMPSACVS autem ([3] *Melae* modo si creduli simus) *Phocaeis adpellantibus, nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, vbi primum fulsisset, ibi sedem capesserent.* His similia repraesentat auctor Etymol. m.: dissimilia *Stephanus*, cui Λαμψακος πόλις est, κατὰ τὴν Προποντίδα, ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης. Ἐστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτύουσα λεγομένη — Cum hoc autem de nominis origine consentiunt [4] *Polyaenus* et [5] *Plutarchus*; a quibus adducta est etiam causa, cur puellae nomen vrbi fuit impositum. Lampsaco proximum est [6] OPHRYNIVM; in quo, auctore [7] *Strabone*, erat τὸ τοῦ Ἕκτορος ἄλσος ἐν περιφανεῖ τόπῳ. Ab eodem atque etiam [8] *Herodoto*, prope Dardanum ponitur OPHRYNIVM.

[9] Hinc per TROIAM profecti sunt Graeci, et superata Ida, primo ad Antandrum perueniunt; deinde itinere Lydiae propter mare facto, ad Thebes campum. Pro ΤΡΟΙΑΣ autem, quae in vulgatis comparet libris, MSS. Eton. et reg. Paris. exhibent ΤΡΟΑΔΟΣ. Verum, siue vrbem, quae fuit, intellexeris, siue regionem ei vicinam, scriptura recepta loco minime mouenda est. [10] Nam illa tota regio proprie TROIA dicitur; *Ilium*, princeps in eadem vrbs — ἀγλαὸν ἄστυ παλαιγενέων ἡρώων. Adposite ad hanc rem declarandam etiam [11] *Strabo* scripsit: Ἐκ δὴ τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων, εἰκάζουσιν οἱ φροντίσαντες περὶ τούτου πλέον τι πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτην ὑπὸ τοῖς Τρωσὶ γεγονέναι· διῃρμένην

1) p. 35.
2) N. H. l. 4. c. 11.
3) L. 1. c. 19. vbi vide not. 6. Cl. *Gronou.*
4) L. 8. c. 38.
5) Γυναικ. ἀρετ. p. 255. Adde *Amm. Marcell.* l. 22 c. 8.
6) K. A. p. 608. (457.)
7) L. 13. p. 889.
8) L. 7. c. 43. vbi scribitur οφρύνειον.
9) K. A. p. 609. (457.)
10) Vide ibid. not. 2. (ad lin. penult.)
11) L. 13. p. 875. Adde *Steph.* in v. Ἰδη.

μένην μὲν εἰς δυναστείας ἐννία, ὑπὸ δὲ τῷ Περιάμῳ τεταγμένην κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον, καὶ λεγομένην TPOIAN.

Caeterum, IDA, [1] mons TROIAE, (Myſiae etiam ex mente [2] *Melae* Aeolidiſue) *vetere duarum certamine, et iudicio Paridis memoratus, orientem ſolem, aliter quam in aliis terris ſolet adſpici, oſtentat Namque* et caetera apud [3] auctorem legenda. [4] *Is autem mons primo paruis vrbibus adſperſus eſt, — Gremio interiore campus THEBE nomine; ADRAMYTTION, Aſtyram, Chryſam, oppida, eodem quo dicta ſunt ordine adiacentia, continet; in altero latere ANTANDRVM. Duplex cauſa nominis iactatur. Alii Aſcanium, Aeneae filium, cum ibi regnaret, captum a Pelaſgis, ea ſe redemiſſe commemorant: alii ab iis putant conditam, quos ex Andro inſula vis et ſeditio exegerat. Hi ANTANDRVM, quaſi pro* Andro, *illi quaſi pro* viro, *accipi volunt.* At vero ANTANDROS πόλις (ſic vtique *Stephanus*) ὑπὸ τὴν Ἴδην τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος, ἀπὸ Ἀντάνδρου τοῦ στρατηγοῦ Αἰολέως. Sed, quod et de aliis plerumque oppidorum nominibus dici poteſt,

[5] *Nominis in dubio cauſa eſt:* —

Porro, [6] ἀπὸ τοῦ Ἀντάνδρου καὶ τῆς Ἰνδίσης τὸ κάτω ἦν πρότερον μὲν δι' αὐτὴν ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ ΛΥΔΙΑ. Hinc illud MARE LYDIAE, cuius meminit [7] Xenophon. Huc faciunt etiam verba [8] *Strabonis* haec: Τὸ δὲ ΘΗΒΗΣ ΠΕΔΙΟΝ Λυδοὶ ſcil. ἐπώνησαν. Itaque nihil eſt quod ex mente *Leunclauii*, vt ei fauent MSS. Eton. et reg. Pariſ. pro τῆς Λυδίας ſcribamus τῆς Ασίας. In eodem etiam hoc tractu THEBEN eiuſque campum, πλησίον Τροίας, agnoſcunt, praeter [9] *Melam* et [10] *Strabonem* ſupra modo citatos, [11] *Stephanus*, [12] *Herodotus*, [13] *Plinius*.

Inde

1) *Steph.* Byz.

2) L. 1. c. 18.

3) *Mela* l. 1. c. 18. extr. adde *Plin.* N. H. l. 5. c. 30. et *Strabon.* l. 13. p. 875.

4) *Mel.* l. c. Adde *Virgil.* Aen. l. 3. v. 6.

5) *Ouid.* Faſt. l. 3. v. 839.

6) *Scylac.* p. 36. Locus eſt corruptiſſimus, atque ita forſan emendandus: ἀπὸ Ἀντάνδρου καὶ τῆς Ἰδης, καὶ τὸ κάτω, ἦν πρότερον μὲν δὴ αὐτὴ ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ Λυδία. Vide ſis etiam *Voſſ.* et *Palmer.* ad loc.

7) Κ. Α. p. 609. (458)

8) L. 13. p. 877.

9) L. 1. c. 18.

10) L. 13. p. 877, 879.

11) In voce.

12) L. 7. c. 42.

13) N. H. l. 5. c. 30. adde *Liu.* l. 37. c. 19.

[1] Inde per Adramyttium et Certonium, a quibus haud procul erat Atarne, ad Caïci campum, mox et Pergamum, profecti sunt Graeci: ΑΔΡΑΜΥΤΤΕΙΟΝ δὲ (sic vtique apud *Stephanum* et [2] *Herodotum* scribitur) est πόλις τῆς κατὰ Καΐκου Μυσίας· ἡ γραφὴ διχῶς, (inquit *Stephanus*) διὰ τοῦ τ, καὶ διὰ τοῦ δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ, καὶ διὰ δύο· ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχει δίφθογγον, καὶ διὰ δύο, τῷ ι μόνως. Apud [3] *Scylacem* reperitur Ἀδραμύτιον: apud [4] *Strabonem* Ατραμύττιον. In Phrygia maiore [5] *Ptolemaeus* collocat Ἀδραμύττιον. Huic proximum est CERTONIVM, quod apud [6] *Herodotum* Καρήνη adpellari videtur. Sic autem ille de Xerxis exercitu: Ἐποιέετο δὲ τὴν ὁδὸν ἐκ τῆς Λυδίης ὁ στρατὸς ἐπί τε ποταμὸν Κάϊκον καὶ τὴν γῆν Μυσίην· ἀπὸ δὲ Καΐκου ἐρεμεύμενος, Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, διὰ τοῦ Αταρνέος ἐς Καρήνην, πόλιν. Situm eundem, qui in Xenophonteam narrationem satis conuenit, obtinet etiam apud [7] *Plinium* CARENE; quam iuxta *Atarneam* posuit. ATARNEVS autem ([8] nam alio atque alio modo scribitur) est, auctore *Stephano*, πόλις μεταξὺ Μυσίας· καὶ Λυδίας, πλησίον Λεσβου. Porro, CAICI campus ille Mysorum erat, [9] *Herodoto* teste: cui accedit [10] *Strabo*: Η δὲ Μυσία, inquit, κατὰ τὴν μεσόγαιαν ἀπὸ τῆς Ολυμπηνῆς ἐπὶ τὴν Περγαμηνὴν καθήκει καὶ τὸ Καΐκου λεγόμενον πεδίον. Graecos hinc profectos excepit [11] PERGAMVM, oppidum longe clarissimum: quod Mysiae

1) K. A. p. 609. (458.)
2) L. 7. c. 42.
3) p. 36.
4) L. 13. p. 872.
5) L. 5. c. 2. adde *Mel.* l. 1. c. 18. *Plin.* N. H. l. 5. c. 3 a quo *Adramytteos* dicitur; a *Liuio* l. 37. c. 19. *Adramyttenum*.
6) L. 7. c. 42. vbi adfertur etiam ex MSto Κάρνη; *Stephanus* autem exhibet Καρήνη, citato *Herodoto*, in voce.
7) H. N. l. 5. c. 30. Caeterum *Stephanus* ex Theopompo adfert vrbem, nomine Κυτάνιον, μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας: quam, cum eius scriptura minus a Xenophonteo Κεφαισίῳ discedat, forsan hic aliquis libentius intellexerit.
8) *Stephano* est Ατάρνα: *Straboni* l. 13. p. 872 et 904 *Herodoto* l. 7. c. 42. *Scylaci* p. 37 *Aristoteli* πολιτ. l. 2. c. 7. *Isocrati* Panegyr. p. 70. edit. *Steph.* et Nostro *Hist. Gr.* l. 3. Ατάρνεύς: *Plinio* l. c. *Atarnea*, in casu recto.
9) L. 6. c. 28.
10) L. 12. p. 863.
11) K. A. p. 609. (458.)

siae tribuendum docet [1] *Plinius*: cuius plura verba, iis etiam quae infra scripsit [2] Xenophon illustrandis apta, libet adferre: *Supra Aeolida*, inquit, *et partem Troadis, in mediterraneo est, quae vocatur TEVTHRANIA, quam Mysi antiquitus tenuere. Ibi CAICI Samnis iam dictus oritur. Gens ampla per se, etiam cum totum Mysia adpellaretur.* In ea — [3] *HALISERNE — PARTHENIVM — APOLLONIA, longeque clarissimum Asiae PERGAMVM.* — — [4] Mox deinde Xenophon copias ad PARTHENIVM vsque oppidum ducebat; ibique capto Asidate, Pergamum cum suis reuersus est. [5] Parthenii supra meminerat Xenophon: idem etiam in eodem hoc tractu a [6] *Plinio* collocatum vides. Quare, pro ὑπὸ τὸ Παρθενικὸν πόλισμα, quae in libris editis comparere solent, ὑπὸ τὸ Παρθένιον πέλισμα, MSti regii Parisiensis auctoritate nixus, reponi tandem debere censeo.

[7] Iam vero Thymbroni Lacedaemonio, bellum in Tissaphernem et Pharnabazum intendenti, Graeci reduces sese adiunxerunt: atque ita demum finita est expeditio, in quam Cyrus eos eduxerat; quamque, illo mortuo, mensibus quindecim, auctore potissimum et duce Xenophonte, confecerunt.

En autem itineris totius mensura, ipse quam historiae subtexuit [8] Xenophon —

Parasangae	—	—	1150
Stadia	—	—	34255

At

1) *Plin.* N. H. l. 5. c. 30. Adde *Strab.* l. 13. p. 924. Scribitur autem et πέργαμον et πέργαμος. In Phrygia maiore a *Ptolemaeo*, l. 5. c. 2. collocatur πέργαμος. Tu vide sis Diss. huius p. 10. n. 3. et K. A. p. 609. (458. ad lin. 3.) not. 4. vbi pro τῆς Ασίας lege τῆς Λυδίας: sic enim edit. *Ald. Flor. Steph. Leuncl.* In vno tantum exemplari inueni τῆς Ασίας. At lectionem, quam auctori restitui, scil. τῆς Μυσίας, MSS. reg. Paris. et Eton. exhibent. Confer. *Spanhem.* Numism. T. 1. p. 622.

2) K. A. p. 612. (460.)

2) Scribitur et Αλίσαρνα apud *Stephanum* cum spiritu leni; cum aspero, apud Xenoph. Hist. Gr. l. 3. haud longe ab initio, Αλισαρνία: apud *Strab.* l. 14. p. 971. Αλίσαρνα. Adde *Mel.* l. 1. c. 18, *Scylac.* p. 36 et seq. *Strabon.* l. 13. p. 915. *Ptolem.* l. 5. c. 2. *Herodot.* l. 7. c. 42. *Steph.* in v. Τευθρανία.

4) K. A. p. 614. (461.)

5) p. 612. (460.)

6) Loco cit.

7) K. A. p. 615. (462.)

8) K. A. p. 616. (463.)

At vero si dederis, vt [1] alias, parasangis singulis stadia triginta, videbis illico stadiorum augendum esse numerum, atque adeo ex

Parasangis — — 1150 elicienda esse
Stadia — — — 34500.

Ad conciliandas istas inter se mensuras adiumenti nihil subministrant libri manu exarati: [2] imo vero minuendo stadiorum numero dissidium earum augere videntur. Itaque tentare libet an, mutata scriptura loci, nodus expediri possit: a MSto nimirum Etonensi cum absit plane διακόσια, vera lectio in πεντήκοντα πέντε latere, atque adeo locus ita legi debere, videatur, στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, πεντακόσια. Sic vtique stadiorum is exorietur numerus, quem dictae modo parasangae postulant. Attamen, quod dissimulandum non est, si respexeris collegerisque parasangas [3] supra memoratas, scil.

Ab *Epheso* ad locum, vbi pugnatum erat, 535
A pugnae loco ad *Cotyora* — 620

Graecis confectas, pro parasangis illis 1150, quarum Ἀναβάσει extrema reperitur mentio, sese tibi exhibebunt 1155. Quamobrem numeri forsan ita demum sunt in integrum restituendi — παρασάγγαι χίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα πέντε, στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, ἑξακόσια πεντήκοντα. Haud ita praeceps hoc, loco quod a mensurarum istarum inter se discordia laboranti oblatum est, remedium, opinor, habebitur animo si quis secum cogitauerit, [4] id duarum tantum literarum commutatione, et [5] vocis vnius translatione niti. Me quidem minime fugit, mensuras itinerum apud antiquitatis monumenta passim, pro varietate temporum regionumque, variare. Sed inde nullum sane lectioni vulgatae praesidium adferri potest; cum vis mensurarum nominibus eadem

1) Differt. p. 16. (29.)

2) Quippe MS. Eton. pro στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια, διακόσια πεντήκοντα πέντε, repraesentant στάδια μύρια τετρακισχίλια πεντήκοντα πέντε: MS. reg. Paris. itidem — στάδια μύρια etc. libris editis congruenter.

3) Diss. p. 9 et 16. (18 et 29.)

4) Scil. διακόσια in ἑξακόσια.

5) Scil. πέντε, quae stadiis subnecti solet, ad parasangarum numerum.

eadem vbique, apud eundem vtique auctorem (ipse nisi moneat, vt aliter ea atque aliter subinde accipias) tribuenda videatur. Iam vero Xenophonteis parasangis (vti ex collatis inter se nominibus numerisque, [1] supra adductis, constat) stadia contineri solent triginta: proinde, quo numeri inter se cohaereant apte, sic tandem subducendi videntur —

ab Epheso ad Cotyora { *parasangae* 1155
[2] *stadia* — 34650: ex scriptura scilicet, quam auctori restituendam putaui. Verum de illa tuo vtere iudicio: nihil enim impedio.

Quamuis autem tibi dubia forsan adhuc et impedita, [3] tum tempus in itinere conficiendo consumptum, tum iter ipsum et loca peragrata, quaedam obiecerint, id tamen nullo negotio perspicies, auctorem vtique tuae passim consuluisse delectationi simul et vtilitati. [4] De regionibus certe, vrbibus, vicis, fluuiis, inlecta subinde mentione adcurata, facinorum ita distinxit historiam, vt lectionis taedium vsque fallat leuetue, suaui varietate suam orationem ornet, perutili rerum cognitione lectoris animum pascat perfundatque.

1) p. 9 et 16. (18 et 29.)

2) Quae milliarium nostrorum, plus minus, efficient 4331.

3) Vide sis quae viri eruditiss. *Dupin.* Biblioth. vniuers. Histor. c. 29. *Delisle* Diss. saepius laud. et *Rollin* Hist. antiq. T. 4. c. 2. sect. 6. scripsere.

4) *Aristid.* T. 2. p. 511. Κάλλη δὲ προσλαμβάνει ὁ λόγος ἀφελὴς καὶ ἐκ τέπων, ἂν ὅτω τύχῃ, καὶ ἐξ ἄλλων τῶν παρακολουθέντων οἷον, ὅταν πάλιν λέγῃ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα· ὅταν ποταμὸν ἢ ὅθεν ῥεῖ, ἢ ὅσον τὸ εὖρος, ἀεὶ τὰ τοιαῦτα κάλλος προσίθησι τῷ λόγῳ.

SERIES

SERIES

REGVM PERSICORVM

a Cyro Cambyſis F. ad Artaxerxis Mnemonis vſque tempora deducta

Iuxta Calculum *Th. Hutchinſoni.*

I. CYRVS ſeptuagenarius vita functus eſt, poſtquam Perſici et Medici exercitus imperator declaratus eſt 30 annis; poſt captam Babylonem 9; poſt initam monarchiam 7, cum menſe vno aut altero. Anni autem illi nouem, ducto ſcilicet ab anno mundi 3466 initio, deſinunt in annum mundi 3475, ante Chriſtum 525, ante aeram vulgarem 529.

II. CAMBYSES, qui in Cyri patris imperium ſucceſſit, annos regnauit 7, cum menſibus 5. His ſi ſeptem illos menſes, quos, Cambyſe mortuo, in imperio exegit ſiue Smerdis, ſiue Magus quidam Smerdin mentitus, exorientur anni 8, qui in Canone aſtronomico Cambyſi tribuuntur. Obiit anno mundi 3482, ante Chriſtum 518, ante aeram vulgarem 522.

III. DARIVS *Hyſtaſpis* f. imperium deinde adeptus, illud annis adminiſtrauit 36, *ſcil.* ab anno mundi 3482, ad eius annum 3519; ante Chriſtum 48, ante aeram vulgarem 485. Hoc mortuo

IV. XERXES I. rerum potitus, regnauit annos 12: *ſcil.* ab anno mundi 3519, ad eius annum 3531; ante Chriſtum 469, ante aeram vulgarem 473. Ei fraude Artabani occiſo ſuccedit

V. ARTAXERXES *μακρόχειρ* nominatus, cuius regno dantur anni 48; inito *ſcil.* anno mundi 3531, finito 3579: ante Chriſtum 421, ante aeram vulgarem 425. Hoc mortuo

VI. XERXES II. ad vnum duntaxat annum imperio potitus eſt. At SOGDIANO, qui SECVNDIANVS etiam dictus eſt, fratri eius et interfectori, fuit imperium non vltra ſex ſeptemue menſes productum. Necatus ſiquidem eſt ab OCHO fratre, qui poſtea dictus etiam

VII.

VII. DARIVS II. siue NOTHVS, regnauit annos 19: *scil.* ab anno mundi 3581, ad annum 3600; ante Christum 400, ante aeram vulgarem 361. Dario autem morienti succedit

VIII. ARTAXERXES II. siue MNEMON, aduersus quem bellum comparauit frater eius minor natu Cyrus. Regnauit Artaxerxes hic annos 43; *scil.* ab anno mundi 3600 ad annum 3643; ante Christum 357, ante aeram vulgarem 361.

SERIES CHRONOLOGICA
IMPERATORVM PERSICORVM
ad Xenophontis historiam spectantium.

Iuxta Calculum *Dodwellianum*.

EX EDITIONE WELLSIANA.

	Ante Chr. Epoch. vulg.
Cyrus Cambysis Persarum Regis filius (cuius de institutione Xenophon scripsit Libros Octo, *Ol.* 55. 1. ante *Chr.* Epoch. vulg 560.) Croesum et Sardes cepit (*lib. VII. Instit. cap.* 2.) [1] *Ol.* 58. 1, *hoc est*, ante *Chr* Epoch. vulg.	548.
Babylonem cepit, adeoque totius Asiae imperium obtinuit	[2] 539
Post captam Babylonem regnauit annos 9, ideoque in vniuersum 30.	
Cambyses Cyri filius natu maior patri mortuo succedit, *lib. VIII. Instit. p.* 544.	[3] 530
Darius Hystaspis (cui Cyrus Gobryae filiam vxorem dedit, *Instit. lib. VIII. cap.* 4 *sect.* 11. 12.) filius, post Cambysem imperio Persarum potitus est	[4] 522
Xerxes Darii filius regnare coepit	[5] 486

Ar-

1) Vide *Marsham.* sed 59. 1. *Petau.* Ego *Marshamo* potius assentior.

2) Post Ian. 5. *Thoth.* anni *Nab.* 209.

3) Post *Thoth* anni *Nab.* 218. Ian. 3.

4) Addend. ad Diss. *Dodwellianam* de Cycl. p. 906.

5) Annal. *Thucyd.* p. 43.

Artaxerxes Xerxis filius, cognomine Longimanus, regnare coepit [6] 465

Hoc regnante (*viz.* Artaxerxe) bellum Peloponnesiacum coepit [7] 431

Darius, cognomento Nothus, (et Artaxerxi Cyrique cognomine iunioris pater, *lib. I. cap.* 1. §. 1. Ἀναβ.) regnare coepit [8] 424

Artaxerxes, cognomine Mnemon, patri defuncto succedit, *lib. I. cap.* 1 §. 3. Ἀναβ. [9] 405

Cyrus copias ducit aduersus fratrem Artaxerxem in Asiam superiorem, *lib. I. cap* 2. Ἀναβ. [10] 401

Ochus Artaxerxi mortuo succedit [11] 359

Xenophon [12] mortem obiit anno 359, vel superiori *Olymp.* 105. 1. *Laërt.*

6) Annal. *Thucyd.* Ante-*Pelop.* p. 78 etc.

7) Vide Ann. *Thucyd* p. 118.

8) Vide Anu. belli *Pelop.* VII XX.

9) Ante Dec. 2. *Thoth* anni *Nab.* 344. vide *Petau.* doct. temp. X. 29.

10) Vide Chronolog. Xenophont.

11) Post Nou. 21. *Thoth* an. *Nab.* 389. anno Iulian. sup. e Canone astronomic.

12) Vide plura in Apparatu *Dodwelliano* ad Annales *Thucydidis.*

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ [a] ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

ΚΕΦ. α'.

Δαρείῳ [b] καὶ Παρυσάτιδος γίγνονται παῖδες δύο· πρεσβύτερος μὲν [c] Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. ἐπεὶ δὲ ἠσθένει Δαρεῖος, καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, ἐβούλετο τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι.

β'. Ὁ μὲν οὖν πρεσβύτερος παρὼν ἐτύγχανε· Κῦρον δὲ μετεπέμπετο [d] ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν σατράπην ἐποίησε, καὶ

XENOPHONTIS

DE CYRI EXPEDITIONE

HISTORIARVM,

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Darii et Paryſatidis filii duo fuere: quorum natu maior Artaxerxes, minor Cyrus erat. Quum autem Darius aeger vitae ſibi finem adeſſe ſuſpicaretur, filium vtrumque ad ſe venire voluit.

2. Ac maior quidem natu forte tunc aderat; Cyrum arcellit a praefectura, quam ei cum ſatrapae titulo conceſſerat; ſed

a) Expeditio haec a Xenophonte nuncupatur Ἀνάβασις, quia tendebat Cyrus cum ab Aſia maritima (ſeu minori, Dionyſ. Perieg. v. 799.) tum ad imperii Perſici metropolin, hoc eſt, Babylonem. Pari ratione reditus Xenophontis aliorumque Graecorum militum dicitur Κατάβασις Lib. vii. cap. vii. Sect. vii.

b) Darii, cognomento Nothi. Conſule ſeriem Regum Perſicorum.

c) Artaxerxes cognomento Mnemon.

d) Quaenam fuerit haec praefectura liquet ex Hiſtor. Gr. Lib. I. c. 4. §. 1. Κῦρος ἦρξεν πάντων τῶν ἐπὶ θαλάττῃ εἰς.

καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζονται. ἀναβαίνει δ' ὁ Κῦρος, λαβὼν Τισσαφέρνην ὡς φίλον· καὶ τῶν Ἑλλήνων δὲ ἔχων ὁπλίτας ἀνέβη τριακοσίους, ἄρχοντα δὲ αὐτῶν Ξενίαν Παρράσιον.

γ'. Ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε Δαρεῖος, καὶ κατέστη εἰς τὴν βασίλειαν Ἀρταξέρξης, Τισσαφέρνης διαβάλλει τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ. ὁ δὲ πείθεται τε, καὶ συλλαμβάνει Κῦρον, ὡς ἀποκτενῶν. ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν.

δ'. Ὁ δ' ὡς ἀπῆλθε κινδυνεύσας καὶ ἀτιμασθεὶς, βουλεύεται ὅπως μήποτε ἔτι ἔσται ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ' ἢν δύνηται, βασιλεύσει ἀντ' ἐκείνου. Παρύσατις μὲν δὴ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ, φιλοῦσα αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν βασιλεύοντα Ἀρταξέρξην.

ε. Ὅσις δ' ἀφικνεῖτο τῶν παρὰ βασιλέως πρὸς αὐτὸν, πάντας ὅτῳ διατιθεὶς ἀνεπέμπετο, ὡς ἑαυτῷ μᾶλλον φίλος εἶναι, ἢ βασιλεῖ. καὶ τῶν παρ' ἑαυτῷ

sed et praetorem eum designaverat omnium, quicunque ad Castioli planitiem congregari solent. Itaque Cyrus ascendit, Tissapherne tanquam amico sibi adiuncto, cum trecentis gravis armaturae militibus Graecis, quibus Xenias Parrhasius praeerat.

3. Posteaquam Darius vivendi finem fecit, et Artaxerxes regno potitus est; Tissapherenes Cyrum apud fratrem criminatur, quasi is illi insidiaretur. Adhibet ille fidem, et Cyrum, interficiendi consilio, comprehendit: sed matre precibus intercedente liberatur, et ad praefecturam suam remittitur.

4. Is vbi periculo objectus, et affectus contumelia, euasit; consilia init, quo pacto se deinceps e potestate fratris eximeret; atque etiam, si fieri posset, eius loco regno potiretur. Et Parysatis quidem mater a Cyri partibus stetit, quippe quae magis hunc, quam Artaxerxem regem, diligeret.

5. Ipse autem, si quis ad se a rege veniret, eos omnes sic affectos ab se remittebat, vt ei, quam regi, esse amici mallent. Praeterea

* Alias Καταλ. Forte legendum Πακτυλ.

ἑαυτῷ δὲ βαρβάρων ἐπιμελεῖτο, ὡς πολεμεῖν τε ἱκανοὶ εἶησαν, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοιεν αὐτῷ.

ς'. Τὴν δὲ Ἑλληνικὴν δύναμιν ἠθροιζεν, ὡς μάλιστα ἐδύνατο ἐπικρυπτόμενος, ὅπως ὅτι ἀπαρασκευαστότατον λάβοι βασιλέα. ὅτε δ' ἐποιεῖτο τὴν συλλογήν, ὁπόσους εἶχε φύλακας ἐν ταῖς πόλεσι, παρήγγειλε τοῖς φρουράρχοις ἑκάστοις λαμβάνειν ἄνδρας Πελοποννησίους ὅτι πλείστους καὶ βελτίστους, ὡς ἐπιβουλεύοντος Τισσαφέρνους ταῖς πόλεσι. καὶ γὰρ ἦσαν Ἰωνικαὶ πόλεις Τισσαφέρνους τὸ ἀρχαῖον, ἐκ βασιλέως δεδομέναι, τότε δ' ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι, πλὴν Μιλήτου.

ζ'. Ἐν Μιλήτῳ δ' ὁ Τισσαφέρνης πρασθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν. ὁ δὲ Κῦρος ὑπολαβὼν τοὺς φεύγοντας, συλλέξας στράτευμα, ἐπολιόρκει Μίλητον καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ ἐπειρᾶτο κατάγειν τοὺς ἐκπεπτωκότας· αὕτη δ' ἦν ἄλλη πρόφασις ἣν αὐτῷ τοῦ ἀθροίζειν στράτευμα.

ἡ. Πρὸς

ea curabat vt barbari, quos habebat secum, et ad gerendum bellum idonei essent. et ipsum beneuolentia complecterentur.

6. Graecas copias, quam poterat occultissime, cogebat, vt regem imparatissimum offenderet. Quoties igitur delectum haberet eorum militum praesidiariorum, quicunque ei in vrbibus erant, totiès singulis eorum praefectis mandabat, vt e Peloponneso et plurimos et optimos quosque euocarent, quasi Tissaphernes vrbibus insidiaretur. Nam vrbes Ionicae fuerant illae quidem prius Tissapherni a rege traditae, sed hoc tempore omnes, excepta Mileto, ad Cyrum defecerant.

7. Quum enim Tissaphernes Mileti praesensisset, Milesios eandem ad Cyrum defectionem moliri; partim eos occiderat, partim eiecerat. Hos Cyrus in exilium actos quum excepisset, exercitu comparato, terra marique Miletum obsidebat, et eiectos reducere conabatur. Atque haec erat ei causa cogendi militis altera.

η'. Πρὸς δὲ βασιλέα πέμπων, ἠξίᾳ, ἀδελφὸς ὢν αὐτῷ, δοθῆναί οἱ ταύτας τὰς πόλεις μᾶλλον, ἢ Τισσαφέρνην ἄρχειν αὐτῶν· καὶ ἡ μήτηρ συνέπραττεν αὐτῷ ταῦτα· ὥστε βασιλεὺς τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐπιβουλῆς οὐκ ἠσθάνετο, Τισσαφέρνει δὲ ἐνόμιζε πολεμοῦντα αὐτὸν ἀμφὶ τὰ στρατεύματα δαπανᾶν· ὥστε ἀδεὲς ἦν αὐτῶν πολεμούντων. καὶ γὰρ ὁ Κῦρος ἀπέπεμπε τὸς γιγνομένους δασμὸς βασιλεῖ ἐκ τῶν πόλεων, ὧν ὁ Τισσαφέρνης ἐτύγχανεν ἔχων.

θ'. Ἄλλο δὲ στράτευμα συνελέγετο αὐτῷ, ἐν Χερρονήσῳ τῆς καταντιπέρας Ἀβύδου, τόνδε τὸν τρόπον· Κλέαρχος ἦν Λακεδαιμόνιος φυγάς· τούτῳ συγγενόμενος ὁ Κῦρος, ἠγάσθη τε αὐτὸν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ μυρίους Δαρεικούς. ὁ δὲ λαβὼν τὸ χρυσίον, στράτευμα συνελέξεν ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων· καὶ ἐπολέμει, ἐκ Χερρονήσου ὁρμώμενος, τοῖς Θραξὶ τοῖς ὑπὲρ Ἑλλησπόντου οἰκοῦσι, καὶ ὠφέλει τὸς Ἕλληνας· ὥστε καὶ χρήματα συνεβάλλοντο αὐτῷ εἰς τὴν τροφὴν τῶν στρατιωτῶν αἱ Ἑλλησποντιακαὶ πόλεις ἐκοῦσαι.

8. Mittebat et ad regem, atque orabat, vt fratri potius quam Tiſſapherni concedere in eas vrbes imperium vellet: qua in re matris etiam ſtudio adiuuabatur. Itaque accidit, vt rex inſidias ſibi ſtrui non animaduerteret; ſed exiſtimaret Cyrum idcirco copias alere, quia Tiſſapherni bellum faceret: adeoque moleſte non ferret, bellum inter ipſos geri. Nam et Cyrus mittebat tributum regi debitum iis ex vrbibus, quas Tiſſaphernes habuerat.

9. Cogebantur et aliae copiae Cyro in Cherſoneſo, e regione Abydi, idque in hunc modum: Cum Clearcho Lacedaemonio exule congreſſus Cyrus, admiratus eſt hominem, ac decem millia Daricorum nummorum ei donauit. Quo ille auro accepto, copias iiſdem pecuniis cogit, ac progreſſus e Cherſoneſo, Thracibus iis, quibus ſupra Helleſpontum ſedes ſunt, bellum infert. Quae res quia Graecis commodo erat, etiam ſponte ſua ciuitates Helleſponticae pecunias ad alendum hunc militem conferebant.

σαι. τῶτο δ' αὖ ὥτω τρεφόμενον ἐλάνθανεν αὐτῷ τὸ στράτευμα.

ί. Ἀρίσιππος δὲ ὁ Θετταλὸς ἐτύγχανε ξένος ὢν αὐ- 10.
τῷ, καὶ πιεζόμενος ὑπὸ τῶν οἴκοι ἀντισασιωτῶν, ἔρχεται πρὸς τὸν Κῦρον, καὶ αἰτεῖται αὐτὸν εἰς δισχιλίους ξένους, καὶ τριῶν μηνῶν μισθὸν, ὡς ὥτω περιγενόμενος ἂν τῶν ἀντισασιωτῶν. ὁ δὲ Κῦρος δίδωσιν αὐτῷ εἰς τετρακισχιλίους, καὶ ἓξ μηνῶν μισθὸν, καὶ δεῖται αὐτῷ μὴ πρόσθεν καταλῦσαι πρὸς τὺς ἀντισασιώτας, πρὶν ἂν αὐτῷ συμβουλεύσηται. ὥτω δὲ αὖ τὸ ἐν Θετταλίᾳ ἐλάνθανεν αὐτῷ τρεφόμενον στράτευμα.

ιά. Πρόξενον δὲ τὸν Βοιώτιον, φίλον ὄντα αὐτῷ, ἐκέ- 11.
λευσε λαβόντα ἄνδρας ὁτιπλείστους παραγενέσθαι, ὡς ἐπὶ Πεισίδας βουλόμενος στρατεύεσθαι, ὡς πράγματα παρέχοντων Πεισιδῶν τῇ ἑαυτῷ χώρᾳ. Σοφαίνετον δὲ τὸν Στυμφάλιον, καὶ Σωκράτην τὸν Ἀχαιὸν, ξένους ὄντας καὶ τούτους, ἐκέλευσεν ἄνδρας λαβόντας ἐλθεῖν ὁτιπλείστους, ὡς πολεμήσων

ferebent. Quapropter et hae copiae Cyro clam alebantur.

10. Ariſtippus vero Theſſalus, hoſpes Cyri, quum domi factione aduerſaria premeretur, venit ad eum, externoſque milites ab eo circiter bis mille, cum trium menſium ſtipendio petit; quod ſe hoc pacto facile ſuperiorem inimicis fore conſideret. Huic Cyrus ad quatuor millia conceſſit, et in ſex menſes ſtipendium; quum illud etiam peteret, vt prius cum aduerſariae factionis hominibus non tranſigeret, quam ſecum conſilia communicaſſet. Atque hoc modo clam in Theſſalia quoque exercitus ei alebatur.

11. Etiam Proxenum Boeotium, hominem amicum, cum quanto poſſet maximo militum numero venire iuſſit; quaſi vellet aduerſus Piſidas agrum ipſius infeſtantes, exercitum ducere. Sophaenetum quoque Stymphalium, et Socratem Achaeum, hoſpites itidem ſuos, cum quanta maxima poſſent manu venire iuſſit, quaſi cum Mileſiis exu-

μήσων Τισσαφέρνη σὺν τοῖς φυγάσι τῶν Μιλησίων. καὶ ἐποίουν ἅτως ἔτοι.

ΚΕΦ. β'.

Ἐπεὶ δ' ἐδόκει αὐτῷ ἤδη πορεύεσθαι ἄνω, τὴν μὲν πρόφασιν ἐποιεῖτο, ὡς Πεισίδας βαλόμενος ἐκβαλεῖν παντάπασιν ἐκ τῆς χώρας· καὶ ἀθροίζει ὡς ἐπὶ τάτας τό, τε βαρβαρικὸν καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἐνταῦθα στράτευμα· καὶ παραγγέλλει τῷ τε Κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα· καὶ τῷ Ἀριστίππῳ, συναλλαγέντι πρὸς τὰς οἴκοι, ἀποπέμψαι πρὸς ἑαυτὸν ὃ εἶχε στράτευμα· καὶ Ξενίᾳ τῷ Ἀρκάδι, ὃς αὐτῷ προειστήκει τῶ ἐν ταῖς πόλεσι ξενικῶ, ἥκειν παρήγγειλε, λαβόντα τὰς ἄνδρας, πλὴν ὁπόσοι ἱκανοὶ εἶησαν τὰς ἀκροπόλεις φυλάττειν.

β'. Ἐκάλεσε δὲ καὶ τὰς Μίλητον πολιορκοῦντας, καὶ τὰς φυγάδας ἐκέλευσε σὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι, ὑποσχόμενος αὐτοῖς, εἰ καλῶς καταπράξειεν ἐφ' ἃ ἐστρατεύετο, μὴ πρόσθεν παύσασθαι, πρὶν αὐτὰς καταγάγοι οἴκαδε. οἱ

libus Tiſſaphernem oppugnare vellet. Ac hi quidem ita faciebant.

CAP. II.

Cyrus quum in ſuperiorem Aſiam mouere ſtatuiſſet, cauſſam belli eam prae ſe ferebat, quaſi Piſidas vellet omnino ex regione ſua ejicere. Itaque aduerſus hos ſimulat ſe barbaricas et Graecas copias cogere, Clearchoque denuntiat, vt cum exercitu, quem haberet, ad ſe pergeret; et Ariſtippo, vt poſteaquam tranſegiſſet cum ciuibus, copias ſuas ad ſe mitteret: Xeniae Arcadi, qui praeerat copiis exteris, quas in ciuitatibus alebat, imperat vt ad ſe cum ſuis veniret, relictis iis, qui tuendis arcibus ſatis eſſent.

2. Arceſſiuit et illos, qui Miletum obſidebant, ipſoſque Milesios exules expeditioni adeſſe iuſſit; pollicitus ſe, ſi bellum, quod tunc ſuſciperet, ex ſententia conficeretur, non conquieturum prius, quam eos domum reduxiſſet. Parebant illi

οἱ δὲ ἡδέως ἐπείθοντο· (ἐπίστευον γὰρ αὐτῷ) καὶ λαβόντες τὰ ὅπλα, προσήεσαν εἰς Σάρδεις.

γ. Ξενίας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῶν πόλεων λαβὼν παρεγένετο εἰς Σάρδεις, ὁπλίτας εἰς τετρακισχιλίους· Πρόξενος δὲ παρῆν ἔχων ὁπλίτας μὲν εἰς πεντακοσίους καὶ χιλίους, γυμνήτας δὲ πεντακοσίους· Σοφαίνετος δὲ ὁ Στυμφάλιος, ὁπλίτας ἔχων χιλίους· Σωκράτης δὲ ὁ Ἀχαιὸς, ὁπλίτας ἔχων ὡς πεντακοσίους· Πασίων δὲ ὁ Μεγαρεὺς εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας παρεγένετο. ἦν δὲ καὶ ἄτος καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρατευομένων. 3

δ. Οὗτοι μὲν εἰς Σάρδεις αὐτῷ ἀφίκοντο. Τισσαφέρνης δὲ κατανοήσας ταῦτα, καὶ μείζονα ἡγησάμενος εἶναι, ἢ ὡς ἐπὶ Πεισίδας, τὴν παρασκευὴν, πορεύεται ὡς βασιλέα ἢ ἐδύνατο τάχιστα, ἱππέας ἔχων ὡς πεντακοσίους. 4

ε. Καὶ βασιλεὺς μὲν δὴ ἐπεὶ ἤκουσε παρὰ Τισσαφέρνους τὸν Κύρῳ στόλον, ἀντιπαρεσκευάζετο. Κῦρος δὲ ἔχων ὃς εἶπον, ὡρμᾶτο ἀπὸ Σάρδεων· καὶ ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυδίας, σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσι καὶ δύο, ἐπὶ τὸν Μαί- 5

illi perlubenter, quippe qui Cyro fidem haberent; ac sumtis armis Sardes accesserunt.

3. Eodem Xenias, cum iis qui ex vrbibus colligebantur, quatuor fere peditum grauis armaturae millibus venit: Proxenus, cum grauis armaturae militibus mille quingentis, et quingentis expeditis: Sophaenetus Stymphalius, cum gravis armaturae mille: Socrates Achaeus, cum grauis armaturae circiter quingentis: Pasion Megarensis cum septingentis fere venit. Erat autem hic cum Socrate de illorum numero, qui Miletum oppugnabant.

4. Atque hi quidem Sardes ad Cyrum veniebant. Quae Tissaphernes quum animaduertisset, apparatum maiorem arbitratus, quam qui aduersus Pisidas institueretur; quam celerrime poterat, cum quingentis equitibus ad regem contendit.

5. Rex posteaquam de exercitu Cyri ex Tissapherne cognouit, et ipse ad bellum se parat. Cyrus cum iis, quas dixi, copiis Sardibus mouet, et per Lydiam tertiis castris, parasangas viginti duas progressus, ad

Μαίανδρον ποταμόν. τάτε τὸ εὖρος δύο πλέθρα· γέφυρα δὲ ἐπῆν ἐζευγμένη πλοίοις ἑπτά.

ε'. Τᾶτον διαβὰς, ἐξελαύνει διὰ Φρυγίας σαβμὸν ἕνα, παρασάγγας ὀκτὼ, εἰς Κολοσσέας, πολιν οἰκεμενην, εὐδαίμονα καὶ μεγάλην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμερας ἑπτά. καὶ ἦκει Μένων ὁ Θετταλὸς, ἔχων ὁπλίτας χιλιους, καὶ πελτασὰς πεντακοσίους, Δόλοπας καὶ Αἰνιᾶνας καὶ Ολυνθίους.

ς'. Εντεῦθεν ἐξελαύνει σαθμὸς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Κελαινὰς, τῆς Φρυγίας πόλιν οἰκεμενην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα Κύρω βασίλεια ἦν, καὶ παράδεισος μέγας, ἀγρίων θηρίων πλήρης, ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππε, ὁπότε γυμνάσαι βέλτιτο ἑαυτόν τε καὶ τὸς ἵππες. διὰ μέσε δὲ τᾶ παραδείσε ῥεῖ ὁ Μαίανδρος ποταμός. αἱ δὲ πηγαὶ αὐτᾶ εἰσὶν ἐκ τῶν βασιλείων· ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς Κελαινῶν πόλεως.

ζ'. Εσι δὲ καὶ μεγάλε βασιλέως βασίλεια ἐν Κελαιναῖς ἐρυμνὰ, ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τᾶ Μαρσύε ποταμᾶ, ὑπὸ τῇ

Maeandrum fluuium peruenit. Is latitudinem duûm plethrorum habet, et ponte, quem nauigia feptem fuſtinebant, erat iunctus.

6. Hunc quum traieciſſet, per Phrygiam caſtris vnis, paraſangis octo confectis, Coloſſas venit, vrbem incolis frequentem, magnam et opulentam. Heic dies feptem quum ſubſtitiſſet, Menon Theſſalus cum mille grauis armaturae peditibus venit, cetratis quingentis, qui Dolopes, et Aeniaenſes, et Olynthii erant.

7. Inde caſtris tertiis, paraſangas viginti pergit Celaenas, vrbem Phrygiae, frequentem incolis, magnam, opulentam. Erat heic Cyro regia, et ingens hortus, refertus feris belluis, quas eques ipſe infectabatur, ſi quando ſeipſum et equos exercere vellet. Medium hortum Maeander fluuius perlabitur, cuius fontes ex ipſa regia oriuntur. Amnis ipſe etiam per Celaenas oppidum fluit.

8. Eſt et magni regis munita Celaenis regia, ad Marſyae fluminis fontes, ſub arce. Labitur

τῇ ἀκροπόλει· ῥεῖ δὲ καὶ ὗτος διὰ τῆς πολέως, καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Μαίανδρον. τῦ δὲ Μαρσύα τὸ εὖρος ἐστὶν εἴκοσι καὶ πέντε ποδῶν· ἐνταῦθα λέγεται Ἀπόλλων ἐκδεῖραι Μαρσύαν, νικήσας ἐρίζοντά οἱ περὶ σοφίας, καὶ τὸ δέρμα κρεμάσαι ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅθεν αἱ πηγαί· διὰ δὲ τῦτο ὁ ποταμὸς καλεῖται Μαρσύας.

θ'. Ἐνταῦθα Ξέρξης, ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ ἀπεχώρει, λέγεται οἰκοδομῆσαι ταῦτά τε τὰ βασίλεια, καὶ τὴν Κελαινῶν ἀκρόπολιν. ἐνταῦθα ἔμεινε Κῦρος ἡμέρας τριάκοντα, καὶ ἦκε Κλέαρχος ὁ Λακεδαιμόνιος, Φυγὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους, καὶ πελταστὰς Θρᾷκας ὀκτακοσίους, καὶ τοξότας Κρῆτας διακοσίους. ἅμα δὲ καὶ * Σωσίας παρῆν ὁ Συρακόσιος, ἔχων ὁπλίτας ** χιλίους· καὶ Σοφαίνετος ὁ Ἀρκὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους. ἐνταῦθα Κῦρος ἐξέτασιν καὶ ἀριθμὸν τῶν Ἑλλήνων ἐποιήσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐγένοντο οἱ σύμπαντες, ὁπλῖται μὲν μύριοι καὶ χίλιοι, πελταστὰὶ δὲ ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους.

ι. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς

Labitur hic quoque per vrbem, et in Maeandrum sese exonerat, et quinque ac viginti pedum latitudinem habet. Heic Apollo Marsyam victum ab se, dicitur excoriasse, quum is de sapientia cum ipso contenderet; ac in antro cutem suspendisse, ex quo sunt amnis fontes. Ea causa est, cur fluuius Marsyae nomen habet.

9. Hoc loco Xerxes, quum pugna victus retrocederet e Graecia, regiam hanc, et Celaenarum arcem, extruxisse dicitur. Cyrus heic triginta dies manssit, intra quos Clearchus Lacedaemonius exul cum peditibus mille grauis armaturae, et octingentis cetratis e Thracia, ducentisque sagittariis Cretensibus ad eum venit. Aderat et Solias Syracusanus cum mille grauis armaturae militibus: et cum totidem Sophaenetus Arcas. Heic Cyrus Graecum in horto militem recensuit, atque in vniuersum censa sunt armaturae grauis militum vndecim millia, cetratorum fere duo.

10. Inde castris alteris, parasangas decem progreditur ad

A 5 oppidum

* Al. Σωκράτης.

** Al. τριακοσίους.

εἰς Πέλτας, πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς, ἐν αἷς Ξενίας ὁ Ἀρκὰς τὰ Λύκαια ἔθυσε, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε· τὰ δὲ ἆθλα ἦσαν φλεγγίδες χρυσαῖ· ἐθεώρει δὲ τὸν ἀγῶνα καὶ Κῦρος. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δώδεκα, εἰς Κεραμῶν ἀγορὰν, πόλιν οἰκουμένην, ἐσχάτην ἐν τῇ Μυσίᾳ χώρᾳ.

ια'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας τριάκοντα, εἰς Καΰστρου πεδίον, πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας πέντε· καὶ τοῖς στρατιώταις ὤφειλετο μισθὸς, πλέον ἢ τριῶν μηνῶν. καὶ πολλάκις ἰόντες ἐπὶ τὰς θύρας, ἀπῄτουν. ὁ δὲ, ἐλπίδας λέγων δώσειν, καὶ δῆλος ἦν ἀνιώμενος. ἃ γὰρ ἦν πρὸς τῷ Κύρῳ τρόπα, ἔχοντα μὴ ἀποδιδόναι.

ιβ'. Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται Ἐπύαξα, ἡ Συεννέσιος γυνὴ τοῦ Κιλίκων βασιλέως, παρὰ Κῦρον, καὶ ἔλεγετο Κύρῳ δῶναι χρήματα πολλά. τῇ δὲ στρατιᾷ τότε ἀπέδωκε Κῦρος μισθὸν τεττάρων μηνῶν. εἶχε δὲ ἡ Κίλισσα καὶ φύλακας

oppidum incolis frequens Peltas, vbi dies tres commoratus est; quibus Arcas ille Xenias Lupercalia, institutis sacrificiis et ludis, celebrauit: victoribus praemia erant aureae strigiles. Ludos etiam Cyrus ipse spectabat. Hinc pergit alteris castris, duodecim parasangas, ad Forum Ceramorum, vrbem incolis frequentem, vltimam terrae Myliae.

11. Inde castris tribus, triginta parasangas, ad Caystri campum procedit, vrbem frequentem. Ibi dies quinque commoratus est: et quum militi trimestre stipendium, atque eo maius deberetur, frequens ille postulatum hoc ad portas aderat. Cyrus autem non nisi spem vsque proposuit, neque sollicitudinem animi dissimulare potuit. Nec enim erat is Cyri mos, vt, quoties haberet stipendia, ea non daret.

12. Interim Epyaxa, Syennesis Cilicum regis vxor, ad Cyrum venit, quae illi magnam pecuniae vim dare ferebatur. Itaque tunc exercitui Cyrus salarium quatuor mensium persoluit. Habebat secum haec femina

κας περὶ αὐτὴν Κίλικας, καὶ Ασπενδίους. ἐλέγετο δὲ Κῦρον καὶ συγγίνεσθαι τῇ Κιλίσσῃ.

ιγ'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, * εἰς Θύμβριον, πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἦν παρὰ τὴν ὁδὸν κρήνη ἡ Μίδου καλουμένη, τῶν Φρυγῶν βασιλέως, ἐφ' ἧ λέγεται Μίδας f τὸν Σάτυρον θηρεῦσαι, οἴνῳ κεράσας αὐτήν.

ιδ'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Τυριαῖον πόλιν οἰκουμένην. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς. καὶ λέγεται δεηθῆναι ἡ Κίλισσα Κύρου ἐπιδεῖξαι τὸ στράτευμα ἑαυτῇ. βουλόμενος δὲ ἐπιδεῖξαι, ἐξέτασιν ποιεῖται ἐν τῷ πεδίῳ τῶν Ελλήνων καὶ τῶν βαρβάρων.

ιέ. Ἐκέλευσε δὲ τοὺς Ελληνας, ὡς νόμος αὐτοῖς, εἰς μάχην ὅτω ταχθῆναι καὶ σῆναι, συντάξαι δὲ ἕκαστον τοὺς ἑαυτοῦ. ἐτάχθησαν δὲ ἐπὶ τεττάρων· εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν Μένων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τὸ δ' εὐώνυμον Κλέαρχος καὶ οἱ ἐκείνου, τὸ δὲ μέσον οἱ ἄλλοι στρατηγοί.

ις'.

mina Cilicum et Aſpendiorum ſatellitum comitatum, ac Cyrus conſueſcere cum ea dicebatur.

13. Inde caſtris alteris, paraſangas decem progreditur ad oppidum frequens, cui nomen Thymbrium. Heic propter viam fons erat, qui Midae Phrygum regis fons dicebatur, et ad quem Midas Satyrum illum venatus eſſe fertur, quum fontem vino miſcuiſſet.

14. Hinc caſtris alteris, paraſangas decem pergit ad frequens oppidum Tyriaeum, quo loco triduum manſit: rogaſſeque Cyrum Ciliciae regina perhibetur, vt ſibi exercitum oſtenderet: quod quum ille facere cogitaret, tam Graecos quam barbaros in campo luſtrabat.

15. Graecis autem mandabat, vt more ſuo ad pugnam inſtructi ſtarent, ac quiſque ſuos diſponeret. Itaque in quaternos diſpoſiti ſunt; et dextrum quidem Menon cum ſuis obtinebat. laevum cum ſuis Clearchus, in medio caeteri duces erant.

15. Cy-

* Al. θυμβρείαν.

f) Intellige Silenum. De fonte Midae conſule Pauſaniam in Atticis, vnde conſtat in editionibus nonnullis male legi οἴνῳ κεράσας αὐτόν.

ις'. Εθεώρει δὴ ὁ Κῦρος πρῶτον μὲν τὰς βαρβάρους, (οἱ δὲ παρήλαυνον τεταγμένοι κατ' ἴλας καὶ κατὰ τάξεις·) εἶτα δὲ τὰς Ἑλληνας, παρελαύνων ἐφ' ἅρματος, καὶ ἡ Κίλισσα ἐφ' ἁρμαμάξης. εἶχον δὲ πάντες κράνη χαλκᾶ, καὶ χιτῶνας φοινικοῦς, καὶ κνημῖδας, καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκπεπαθαρμένας.

ιζ'. Ἐπεὶ δὲ πάντας παρήλασε, στήσας τὸ ἅρμα πρὸ τῆς φάλαγγος μέσης, πέμψας Πίγρητα τὸν ἑρμηνέα παρὰ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἐκέλευσε προβαλέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἐπιχωρῆσαι ὅλην τὴν φάλαγγα. οἱ δὲ ταῦτα πρόσεπον τοῖς στρατιώταις· καὶ ἐπεὶ ἐσάλπιγξε, προβαλλόμενοι τὰ ὅπλα ἐπῆσαν. ἐκ δὲ τούτου θᾶττον προϊόντων σὺν κραυγῇ, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου δρόμος ἐγένετο τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὰς σκηνάς.

ιη'. Τῶν δὲ βαρβάρων φόβος πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις, καὶ ἥτε Κίλισσα ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης· καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς, καταλιποντες τὰ ὤνια ἔφευγον. οἱ δ' Ἕλληνες σὺν γέλωτι ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἦλθον. ἡ δὲ Κίλισσα ἰδοῦσα τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν τάξιν τοῦ στρατεύματος, ἐθαύμαζε·

16. Cyrus primum barbaros ſpectabat, qui in turmas et cohortes inſtructi progrediebantur: deinde Graecos, quos ipſe in curru praeteruehebatur, Ciliſſa vero in carpento. Habebant autem omnes aereas galeas, et tunicas puniceas, et ocreas, et ſcuta deterſa.

17. Quum praeteruectus omnes eſſet, currum ante phalangem mediam ſiſtit. ac Pigrete interprete ad Graecorum duces miſſo, mandat; vt arma obverterent, totamque phalangem promouerent. Atque illi quidem militibus haec denuntiabant. Vbi claſſicum cecinisſet, armis obuerſis, procedebant: quumque celerius cum clamore progrederentur, vltro milites ad tabernacula curſu ſe conferebant.

18. Barbari vero cum alii terrebantur, tum Ciliſſa fugiebat e carpento, et turba forenſis, relictis rebus venalibus, itidem eſt dilapſa, Graecis cum riſu ad tabernacula ſe recipientibus. Ciliſſa ſplendorem atque ordinem copiarum, quem viderat, admirabatur.

μαζε· Κῦρος δὲ ἥδη, τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τὰς βαρβάρους φόβον ἰδών.

ιθ. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὰς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Ἰκόνιον, τῆς Φρυγίας πόλιν ἐσχάτην. ἐνταῦθα ἔμεινε τρεῖς ἡμέρας· ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυκαονίας, σταθμὰς πέντε, παρασάγγας τριάκοντα. ταύτην τὴν χώραν ἐπέτρεψε διαρπάσαι τοῖς Ἕλλησιν, ὡς πολεμίαν οὖσαν.

κ'. Ἐντεῦθεν ὁ Κῦρος τὴν Κίλισσαν εἰς Κιλικίαν ἀποπέμπει τὴν ταχίστην ὁδόν, καὶ συνεπεψεν αὐτῇ στρατιώτας, ὡς Μένων εἶχε, καὶ αὐτὸν Μένωνα τὸν Θεσσαλόν. Κῦρος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐξελαύνει διὰ Καππαδοκίας, σταθμὰς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσι καὶ πέντε, πρὸς Δάναν, πόλιν οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς, ἐν αἷς Κῦρος ἀπεκτεινεν ἄνδρα Πέρσην, Μεγαφέρνην, Φοινικικὴν βασιλειον, καὶ ἕτερόν τινα τῶν ὑπάρχων δυνάσην, αἰτιασάμενος ἐπιβουλεύειν αὐτῷ.

κα'. Ἐν-

batur. Cyrus vero magnam voluptatem cepit, quum barbaris metum a Graecis iniectum cerneret.

19. Inde castris tribus, viginti parasangas progreditur, ad vltimam Phrygiae vrbem Iconium. Heic triduum commoratus, per Lycaoniam castris quinque, triginta parasangas progreditur. Huius regionis agrum Graecis diripiendum concessit, quod hostilis esset.

20. Hinc Cyrus in Ciliciam via breuissima Cilissam, adiunctis ei militibus Menonis, et ipso etiam Menone Thessalo, dimittit. Cum caeteris per Cappadociam castris quatuor, viginti et quinque parasangas progreditur ad frequentem incolis vrbem, eandemque tum amplam, tum opulentam, Danam. Heic triduum substitit: et interea Megaphernem, hominem Persam, regium purpurae tinctorem, et alium quendam magnae inter praefectos potentiae, insidiarum ab ipsis sibi structarum titulo interfecit.

21. Hinc

κά. Ἐντεῦθεν ἐπειρῶντο ἐσβάλλειν εἰς τὴν Κιλικίαν. ἡ δὲ εἰσβολὴ ἦν ὁδὸς ἁμαξιτὸς, ὀρθία ἰσχυρῶς, καὶ ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι, εἴ τις ἐκώλυεν. ἐλέγετο δὲ καὶ Συέννεσιν εἶναι ἐπὶ τῶν ἄκρων, φυλάττοντα τὴν εἰσβολήν. διὸ ὃ ἔμεινεν ἡμέραν ἐν τῷ πεδίῳ. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἦκεν ἄγγελος, λέγων, ὅτι λελοιπὼς εἴη Συέννεσις τὰ ἄκρα, ἐπεὶ ἤθετο τό, τε Μένωνος στράτευμα, ὅτι ἐν Κιλικίᾳ εἴη εἴσω τῶν ὀρέων, καὶ ὅτι τριήρεις ἥκοι περιπλέουσας ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν Τάμων ἔχοντα, τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτῷ Κύρῳ.

κβ'. Κῦρος δὲ ἀνέβη ἐπὶ τὰ ὄρη, ἀδένος κωλύοντος, καὶ εἶδε * τὰς σκηνὰς, ἃ ἐφύλαττον οἱ Κίλικες. ἐντεῦθεν δὲ κατέβαινεν εἰς πεδίον μέγα, καλὸν καὶ ἐπίῤῥυτον, καὶ δένδρων παντοδαπῶν ἔμπλεων καὶ ἀμπέλων· πολὺ δὲ καὶ σήσαμον καὶ μελίνην καὶ κέγχρον καὶ πυρὸς καὶ κριθὰς φέρει. ὄρος δ' αὐτὸ περιέχει ὀχυρὸν καὶ ὑψηλὸν πάντῃ ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν.

κγ'. Καταβὰς δὲ διὰ τούτου τοῦ πεδίου, ἦλασε σταθμοὺς τέσ-

21. Hinc in Ciliciam irrumpere conabantur. Verum qua irrumpendum erat, via est plaustro tantum pervia, praeceps admodum, et exercitui non penetrabilis, si quis arceat. Et Syennesis aditum summis in iugis custodire ferebatur: quae causa fuit, cur in planitie diem unum subsisteret. Postridie nuntius venit, qui reliquisse vertices Syennesim renuntiabat, postcaquam animaduertisset, Menonis copias cis montes in Cilicia esse, ac Tamon audisset cum Lacedaemoniorum etiam ipsius Cyri triremibus in Ciliciam ex Ionia nauigare.

22. Cyrus, nemine prohibente, montes conscendit, et conspectis tabernaculis, in quibus Cilices iuga custodiuerant, magnam in planitiem descendit, eamque amoenam et irriguam, omnis generis arboribus ac vitibus plenam, sesamique, panici, milii, tritici, hordei feracem. Hanc mons vndique munitus et arduus a mari ad mare amplectitur.

23. Quum descendisset per istam planitiem quatuor castris, parasangas

* Forte melius, cum Mureto: εἶλε, *cepit tabernacula.*

τέσσαρας, παρασάγγας πέντε καὶ εἴκοσιν, εἰς Ταρσοὺς, πόλιν τῆς Κιλικίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Συεννέσιος βασίλεια, τῶ Κιλίκων βασιλέως· διὰ μέσης δὲ τῆς πόλεως ῥεῖ ποταμὸς, Κύδνος ὄνομα, εὖρος δύο πλέθρων.

κδ'. Ταύτην τὴν πόλιν ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες, μετὰ Συεννέσιος, * εἰς χωρίον ὀχυρὸν ἐπὶ τὰ ὄρη, πλὴν οἱ τὰ καπηλεῖα ἔχοντες. ἔμειναν δὲ καὶ οἱ παρὰ τὴν θάλατταν οἰκοῦντες ἐν Σόλοις καὶ ἐν Ισσοῖς.

κέ. Επύαξα δὲ, ἡ Συεννέσιος γυνὴ, πρότερα Κύρῳ πέντε ἡμέρας, εἰς Ταρσοὺς ἀφίκετο. ἐν δὲ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ὀρῶν τῶν εἰς τὸ πεδίον, δύο λόχοι τῶ Μένωνος στρατεύματος ἀπώλοντο· οἱ μὲν ἔφασαν ἁρπάζοντάς τι κατακοπῆναι ὑπὸ τῶν Κιλίκων· οἱ δὲ, ὑπολειφθέντας, καὶ ἀδυναμένους εὑρεῖν τὸ ἄλλο στράτευμα, ἀδὲ τὰς ὁδοὺς, εἶτα πλανωμένους ἀπολέσθαι. ἦσαν δὲ ὅτοι ἑκατὸν ὁπλῖται.

κς'. Οἱ δ' ἄλλοι ἐπειδὴ ἦκον, τήν τε πόλιν τοὺς Ταρσοὺς διήρ-

paraſangas quinque et viginti progreſſus, Tarſum venit, amplam Ciliciae opulentamque vrbem. Heic regia Syennefis Cilicum regis erat: ac per vrbem mediam fluuius labitur, cui nomen Cydnus, duûm plethrorum latitudine.

24. Hac ex vrbe incolae, vna cum Syennefi, munitum ad locum in montes diſceſſerunt; exceptis iis, qui ſtabula cauponaſque tenerent. Nec illi fuga dilapſi erant, qui propter mare Solos et Iſſos oppida inhabitabant.

25. Epyaxa quidem, Syennefis vxor, quinque ante Cyrum diebus Tarſum venerat; quae dum montes ad planitiem tendentes ſuperaret, duo de Menonis exercitu cunei periere: quos aiebant alii quadam in direptione a Cilicibus fuiſſe caeſos: alii, relictos a tergo, quum reperire copias caeteras, et vias non pollent, ſic deinde palantes periiſſe. Et erant hi grauis armaturae milites centum.

26. Reliqui, poſteaquam Tarſum venere, diripiunt vrbem, ira

* Legendum cenſet Leuncl. ἐκ χωρ. ὀχ. φυγόντες, πλὴν οἱ.

διήρπασαν, διὰ τὸν ὄλεθρον τῶν συστρατιωτῶν ὀργιζόμενοι, καὶ τὰ βασίλεια τὰ ἐν αὐτῇ. Κῦρος δὲ, ἐπεὶ εἰσήλασεν εἰς τὴν πόλιν, μετεπέμπετο Συέννεσιν πρὸς ἑαυτόν. ὁ δὲ ὅτε πρότερον ἐδεήθη τινὸς αὐτοῦ ἐλθεῖν ἔφη, ὅτε τότε Κύρῳ ἰέναι ἤθελε· πρὶν ἡ γυνὴ αὐτὸν ἔπεισε, καὶ πίστεις ἔλαβε.

27 κζ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεὶ συνεγένοντο ἀλλήλοις, Συέννεσις μὲν Κύρῳ ἔδωκε χρήματα πολλὰ εἰς τὴν στρατιὰν, Κῦρος δ' ἐκείνῳ δῶρα, ἃ νομίζεται παρὰ βασιλεῦσι τίμια, ἵππον χρυσοχάλινον, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ ψέλλια, καὶ ἀκινάκην χρυσοῦν, καὶ στολὴν Περσικὴν, καὶ τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζεσθαι· τὰ δὲ ἡρπασμένα ἀνδράποδα, ἤν τι ἐντυγχάνωσιν, ἀπολαμβάνειν.

ΚΕΦ. γ'.

1 Ἐνταῦθ' ἔμεινε Κῦρος καὶ ἡ στρατιὰ ἡμέρας εἴκοσιν. οἱ γὰρ στρατιῶται οὐκ ἔφασαν ἰέναι τὸ πρόσω.

ira propter commilitonum cladem accensi, ipsamque cum vrbe regiam. Cyrus vrbem ingressus eques, Syennesim ad se arcessit. Ille, quod ne antehac quidem se potentioris alicuius in manus venisse diceret, venire tum quoque prius ad Cyrum recusabat; quam suasu vxoris adductus esset, et fidem ab Cyro accepisset.

27. Post haec congressi quum essent, Syennesis Cyro ingentem pro exercitu pecuniam donat, et Cyrus illi vicissim ea munera, quae magni sunt apud reges pretii; nimirum fraenis aureis insignem equum, et torquem aureum, et armillas, et acinacem aureum, cum vestitu persico. Praeterea non amplius agrum direptum iri, ac direpta mancipia, siquibi in ea incidisset, recepturum.

CAP. III.

Hoc Cyrus cum exercitu dies viginti substitit, quod negarent se milites vlterius per-

sed

σω. ὑπόπτευον γὰρ ἤδη ἐπὶ βασιλέα ἰέναι, μισθωθῆναι δὲ οὐκ ἐπὶ τούτῳ ἔφασαν. πρῶτος δὲ Κλέαρχος τὸν αὑτοῦ στρατιώτας ἐβιάζετο ἰέναι. οἱ δὲ αὐτόν τε ἐβαλλον, καὶ τὰ ὑποζύγια τὰ ἐκείνου, ἐπεὶ ἤρξατο προϊέναι.

β'. Κλέαρχος δὲ τότε μὲν μικρὸν ἐξέφυγε τὸ μὴ καταπετρωθῆναι, ὕστερον δὲ, ἐπεὶ ἔγνω ὅτι οὐ δυνήσεται βιάσασθαι, συνήγαγεν ἐκκλησίαν τῶν αὑτοῦ στρατιωτῶν· καὶ πρῶτον μὲν ἐδάκρυε πολὺν χρόνον ἐτώς· οἱ δὲ ὁρῶντες ἐθαύμαζον, καὶ ἐσιώπων, εἶτα ἔλεξε τοιάδε·

γ'. "Ἄνδρες στρατιῶται, μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασιν. ἐμοὶ γὰρ Κῦρος ξένος ἐγένετο, καί με φεύγοντα ἐκ τῆς πατρίδος τά τε ἄλλα ἐτίμησε, καὶ μυρίους ἔδωκε Δαρεικούς· οὓς ἐγὼ λαβὼν, οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην ἐμοί, ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων.

δ'. Καὶ πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς Θρᾷκας ἐπολέμησα,

cturos. Iam enim ſuſpicabantur, contra regem ſe duci, adverſus quem ſtipendio ſe conductos negabant. Clearchus primus ſuos vi propellere, vt pergerent, volebat. At illi tum in ipſum procedere incipientem, tum in ipſius iumenta, lapides coniiciunt.

2. Quo factum, vt parum abeſſet, quin lapidibus obrueretur. Tandem quum vi ſe nihil perfecturum animaduerteret, militem ſuum ad concionem vocat; ac primum diu multis cum lacrumis ſlebat: quod quidem illi quum cernerent, cum ſilentio mirabantur, deinde in hunc modum eſt loquutus.

3. Ne vobis mirum ſit, milites, me praeſentem rerum ſtatum grauiter moleſteque ferre. Cyrus enim hoſpitii ius mecum iniit, meque exulantem a patria cum aliis ornauit honoribus, tum Daricorum nummûm decem millibus donauit. Eos poſteaquam accepi, non in commodum meum, nec voluptatem meam verti, ſed in vos expendi.

4. Ac primum quidem Thraci-

μησα, καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἐτιμωρούμην μεθ' ὑμῶν, ἐκ τῆς Χερρονήσου αὐτοὺς ἐξελαύνων, βουλομένους ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Ἕλληνας τὴν γῆν. ἐπειδὴ δὲ Κῦρος ἐκάλει, λαβὼν ὑμᾶς ἐπορευόμην, ἵνα, εἴ τι δέοιτο, ὠφελοίην αὐτὸν, ἀνθ' ὧν εὖ ἔπαθον ὑπ' ἐκείνου.

ε'. Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐ βούλεσθε συμπορεύεσθαι, ἀνάγκη δέ μοι ἢ ὑμᾶς προδόντα τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι, ἢ πρὸς ἐκεῖνον ψευσάμενον μεθ' ὑμῶν εἶναι. εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω, οὐκ οἶδα· αἱρήσομαι δ' ἔν γε ὑμᾶς, καὶ σὺν ὑμῖν ὅ, τι ἂν δέῃ, πείσομαι· καὶ ὅποτ' ἐρεῖ ὠδεῖς, ὡς ἐγὼ Ἕλληνας ἀγαγὼν εἰς τοὺς βαρβάρους, προδοὺς τοὺς Ἕλληνας, τὴν τῶν βαρβάρων φιλίαν εἱλόμην.

ς'. Ἀλλὰ ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμοὶ οὐκ ἐθέλετε πείθεσθαι, ὧδε ἕπεσθαι, ἐγὼ σὺν ὑμῖν ἕψομαι, καὶ ὅ, τι ἂν δέῃ, πείσομαι. νομίζω γὰρ ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα, καὶ φίλους, καὶ συμμάχους, καὶ σὺν ὑμῖν μὲν ἂν εἶναι τίμιος, ὅπου ἐὰν ὦ· ὑμῶν

bus bellum intuli, et vobiscum eos, Graeciae cauſſa ſuſcepta, ſum vltus. Nam quum Graecis colonis Cherſoneſum eripere vellent, ego hoc ipſo eos agro expuli. Poſteaquam deinde me Cyrus arceſſiuit, vobiſcum ad eum veni, vt pro ipſius in me beneficiis ei, ſi ita vſus poſceret, commodarem.

5. Nunc quum vos nobiſcum hoc iter ſuſcipere non velitis, ac me neceſſe ſit vel vobis deſertis amicitia Cyri vti, vel ſpem illius fruſtratum, vobiſcum eſſe: tametſi haud ſcio, an iuſte facturus ſim, nec ne; vos quidem certe praeferam, vobiſcum, quidquid opus erit, feram. Nec vnquam quiſquam dicturus eſt, me poſtea quam Graecos barbaricum in ſolum abduxerim, deſertis ipſis amicitiam barbarorum amplexum eſſe:

6. Sed quia vobis morem mihi gerere, ac me ſequi non lubet, ſequar ego vos, ac quidquid ferendum erit, feram. Vos ego mihi patriam, vos amicos, vos ſocios duco; vobiſcum, vbicunque fuero, honoratum me fore exiſtimo:

a vobis

ὑμῶν δ' ἐρημωθεὶς, οὐκ ἂν ἱκανὸς εἶναι οἶμαι ὅτ' ἂν φίλοι ὠφελῆσαι, ὅτ' ἂν ἐχθροὶ ἀλεξήσασθαι, ὡς ἐμοῦ ὄντος ὅπη ἂν καὶ ὑμεῖς, ὅτῳ τὴν γνώμην ἔχετε.„

ζ'. Ταῦτα εἶπεν· οἱ δὲ στρατιῶται, οἵ τε αὐτῷ ἐκείνῳ, καὶ οἱ ἄλλοι, ταῦτα ἀκούσαντες, ὅτι ὁ Θαίη παρὰ βασιλέα πορεύεσθαι, ἐπῄνεσαν· παρὰ δὲ Ξενίου καὶ Πασίωνος πλείους ἢ δισχίλιοι, λαβόντες τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκευοφόρα, ἐστρατοπεδεύσαντο παρὰ Κλεάρχῳ.

η'. Κῦρος δὲ τούτοις ἀπορῶν τε καὶ λυπούμενος, μετεπέμπετο τὸν Κλέαρχον. ὁ δ' ἰέναι μὲν οὐκ ἤθελε, λάθρᾳ δὲ τῶν στρατιωτῶν πέμπων αὐτῷ ἀγγελον, ἔλεγε θαῤῥεῖν, ὡς κατασησομένων τούτων εἰς τὸ δέον· μεταπεμπέσθαι δ' ἐκέλευεν αὐτὸν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐᾷ ἰέναι.

θ'. Μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν τοὺς αὐτῷ στρατιώτας, καὶ τοὺς προσελθόντας αὐτῷ, καὶ τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον, ἔλεξε τοιάδε. "Ἄνδρες στρατιῶται, τὰ μὲν

a vobis si destitutus sim, neque vel amico quidquam afferre me commodi posse arbitror, vel hostem vlcisci. Quamobrem ea vos esse in sententia debetis, iturum me, quocunque vos perrexeritis.

7. Haec ille ait. Quae quum et ipsius et caeteri milites audiissent; laudarunt id quod diceret, aduersus regem se non proficisci. A Xenia quidem, ac Pasione, plures duobus millibus, sumtis armis et impedimentis, in Clearchi castra transierunt.

8. Cyrus ob haec inops consilii et moestus, Clearchum ad se vocabat. Is iturum se quidem negabat, sed clam tamen militibus misso ad ipsum nuntio, praesenti vt animo sit, hortatur. Nam fore, vt haec ita, vti expediat, componantur: se modo iterum arcesseret, quantumuis se venturum negaret.

9. Post haec conuocatis in concionem militibus, tam suis quam qui ad ipsum se contulerant, atque etiam ex aliis, cuicunque liberet, huiusmodi orationem habuit: „Ea nos, mei milites, polli-

μὲν δὴ Κύρῳ δηλονότι ὅτως ἔχει πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἐκεῖνον. ὅτε γὰρ ἡμεῖς ἔτι ἐκείνῳ στρατιῶται, ἐπεί γε ἁ συνεπόμεθα αὐτῷ· ὅτε ἐκεῖνος ἡμῖν ἔτι μισθοδότης.

ι. Οτι μέντοι ἀδικεῖσθαι νομίζει ὑφ' ἡμῶν, οἶδα· ὥστε καὶ μεταπεμπομένῳ αὐτῷ, ἂν ἐθέλω ἐλθεῖν, τὸ μὲν μέγιστον, αἰσχυνόμενος, ὅτι σύνοιδα ἐμαυτῷ πάντα ἐψευσμένος αὐτόν· ἔπειτα δὲ καὶ δεδιὼς, μὴ λαβών με δίκην ἐπιθῇ, ὧν νομίζει ὑπ' ἐμοῦ ἠδικῆσθαι.

ια'. Εμοὶ δὲν δοκεῖ ἔχ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλὰ βουλεύεσθαι ὅ, τι χρὴ ποιεῖν ἐκ τούτων. καὶ εἴτε μένομεν δὲν, σκεπτέον μοι δοκεῖ εἶναι, ὅπως ἀσφαλέστατα ἀπιώμεν, καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια ἕξομεν. ἄνευ γὰρ τούτων ὅτε στρατηγὸς, ὅτε ἰδιώτης ὄφελος οὐδέν.

ιβ'. Ο δὲ ἀνὴρ πολλοῦ μὲν ἄξιος φίλος, ᾧ ἂν φίλος ᾖ· χα-

ceri nobis de Cyro iam debemus, quae sibi de nobis ipse pollicetur. Nam neque nos amplius Cyri milites sumus, quum ipsum non sequamur; neque nobis ille stipendium numerat.

10. Scio equidem illum existimare, iniurios nos in ipsum esse; quo fit vt, tametsi me arcessat, venire tamen nolim; maxime, quia pudet me mihimet esse conscium, deceptum illum a me prorsus esse. Deinde metuo, ne si me comprehenderit, ob ea me multet, quae a me per iniuriam existimat in se commissa.

11. Quamobrem nobis hoc tempore minime dormiendum arbitror, ne nos ipsos negligamus: sed deliberandum, quid deinceps facturi simus. Ac si quidem hoc manebimus, considerandum existimo, quo pacto quam tutissime mansuri simus: sin discedendum videtur, quo pacto quam minimo cum periculo discesserimus, etiam a commeatu satis instructi. Nam absque hoc sit, nec imperatoris, nec priuati militis vsus vllus fuerit.

12. Et Cyrus, cui quidem amicus est, quantiuis est amicus pretii:

χαλεπώτατος δ' ἐχθρὸς, ᾧ ἂν πολέμιος ᾖ. ἔτι δὲ δύναμιν ἔχει καὶ πεζὴν, καὶ ἱππικὴν, καὶ ναυτικὴν, ἣν πάντες ὁμοίως ὁρῶμέν τε καὶ ἐπισάμεθα. καὶ γὰρ ὑδὲ πόρρω δοκῶμέν μοι αὐτῶ καθέζεσθαι· ὥστε ὥρα λέγειν ὅ, τι τις γιγνώσκει ἄριστον εἶναι.„

ιγ'. Ταῦτ' εἰπὼν, ἐπαύσατο. ἐκ δὲ τούτου ἀνίσαντο οἱ μὲν ἐκ τῶ αὐτομάτου, λέξοντες ἃ ἐγίγνωσκον, οἱ δὲ, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἐγκέλευσοι, ἐπιδεικνύντες οἷα εἴη ἀπορία, ἄνευ τῆς Κύρου γνώμης, καὶ μένειν καὶ ἀπιέναι. 13.

ιδ'. Εἷς δὲ δὴ εἶπε, προσποιούμενος σπεύδειν ὡς τάχιστα πορεύεσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, στρατηγὸς μὲν ἑλέσθαι ἄλλους ὡς τάχιστα, εἰ μὴ βούλεται Κλέαρχος ἀπάγειν· τὰ δ' ἐπιτήδεια ἀγοράζεσθαι, (ἡ δ' ἀγορὰ ἦν ἐν τῷ βαρβαρικῷ στρατεύματι) καὶ συσκευάζεσθαι. ἐλθόντας δὲ Κῦρον αἰτεῖν πλοῖα, ὡς ἀποπλέοιεν· ἐὰν δὲ μὴ διδῷ ταῦτα, ἡγεμόνα αἰτεῖν Κῦρον, 14.

tii: grauiſſimus autem hoſtis illi, cum quo inimicitias exercet. Praeterea copias et pedeſtres, et equeſtres, et nauales habet, quas nos omnes pariter et videmus et nouimus. Nam non longe mihi ab ipſo videmur conſidere. Quapropter tempus eſt iudicandi, quod quiſque factu optimum eſſe ſtatuit.

13. Haec loquutus, dicendi finem fecit. Deinceps ſurgebant alii quidem ſua ſponte, ſententiam ſuam expoſituri; alii iuſſu Clearchi, quanta difficultas futura eſſet, demonſtrabant; ſi praeter Cyri voluntatem vel manere, vel diſcedere vellent.

14. Unus quidam properationem ſimulans, vt quamprimum Graeciam verſus iter faceret, ait quam primum deligendos eſſe praetores alios, ſi Clearchus ipſos recuſaret abducere: commeatum emendum eſſe, (et erat barbarorum in exercitu rerum venalium forum) ac vaſa colligenda. Eundum deinde ad Cyrum, petitum nauigia, quibus auehérentur. Quod ſi ea non daret, poſtulandum ab

Κῦρον, ὅτις ὡς διὰ φιλίας τῆς χώρας ἀπάξει. ἐὰν δὲ μηδὲ ἡγεμόνα διδῷ, συντάττεσθαι τὴν ταχίστην· πέμψαι δὲ καὶ προκαταλήψομένους τὰ ἄκρα, ὅπως μὴ * φθάσωσι μήτε ὁ Κῦρος, μήτε οἱ Κίλικες καταλαβόντες, ὧν πολλὰς καὶ πολλὰ χρήματα ἔχομεν ἠρπακότες.

15. Οὗτος μὲν δὴ τοιαῦτα εἶπε· μετὰ δὲ τοῦτον Κλέαρχος εἶπε τοσοῦτον· Ὡς μὲν στρατηγήσοντα ἐμὲ ταύτην τὴν στρατηγίαν, μηδεὶς ὑμῶν λεγέτω· (πολλὰ γὰρ ἐνορῶ, δι' ἃ ἐμοὶ τοῦτο οὐ ποιητέον·) ὡς δὲ τῷ ἀνδρὶ, ὃν ἂν ἕλησθε, πείσομαι ἢ δυνατὸν μάλιστα· ἵνα εἰδῆτε, ὅτι καὶ ἄρχεσθαι ἐπιστάμαι, ὥς τις καὶ ἄλλος μάλιστα ἀνθρώπων.„

16. Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος ἀνέστη, ἐπιδεικνὺς μὲν τὴν εὐήθειαν τοῦ τὰ πλοῖα αἰτεῖν κελεύοντος, ὥσπερ πάλιν σόλον Κύρῳ μὴ ποιεμένῳ, ἐπιδεικνὺς δὲ ὡς εὔηθες εἴη, ἡγεμόνα αἰτεῖν παρὰ τούτου, ᾧ λυμαινόμεθα τὴν πρᾶξιν. εἰ δέ

Cyro ducem esse, qui per regionem pacatam eos abduceret. Quod si ne ducem quidem daret, quamprimum strucndam esse aciem, ac mittendos, qui montium vertices antecaperent: vt nec Cyrus nos anteuertat occupandis hisce iugis, nec Cilices, quorum permultos habemus, multis cum opibus abreptos.

15. Huiusmodi fuit illius hominis oratio: Post quem Clearchus tantum dixit: Nemo vestrûm dicat mihi de imperatorio munere suscipiendo, quod permulta videam, quamobrem id fieri per me [non debeat; sed vt ei, quem vos delegeritis, pro viribus obtemperem: quo videatis, me alterius imperio parendi scientia, nemini mortalium cedere.

16. Post hunc surrexit alius, qui partim eius stoliditatem commonstrabat, qui poscendas naues esse dixerat a Cyro, velut expeditionem aliam deinceps non suscepturo; partim commonstrabat, quam stultum esset, ducem ab eo petere, cuius nos institutum ad nihilum redigimus. Quod si

* Al. βλάψωσι.

δέ τι καὶ τῷ ἡγεμόνι πιστεύσομεν, ᾧ ἂν Κῦρος δῷ, τί κωλύει καὶ τὰ ἄκρα ἡμῖν πελεύειν Κῦρον προκαταλαμβάνειν;

ιϛ'. Ἐγὼ γὰρ οἰκοίην μὲν ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν, 17.
ἃ ἡμῖν δοίη, μὴ ἡμᾶς αὐταῖς ταῖς τριήρεσι καταδύσῃ· φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι, ᾧ ἂν δοίη, ἕπεσθαι, μὴ ἡμᾶς ἀγάγοι, ὅθεν ἂχ οἷόν τε ἔσαι ἐξελθεῖν. βουλοίμην δ' ἄν, ἀκοντος ἀπιὼν Κύρου, λαθὼν αὐτὸν ἀπελθεῖν. ὃ δ' δυνατόν ἐστιν.

ιή. Ἀλλ' ἔγωγε φημὶ, ταῦτα μὲν φλυαρίας εἶναι· 18.
δοκεῖ δέ μοι, ἀνδρας ἐλθόντας πρὸς Κῦρον (οἵτινες ἐπιτήδειοι) σὺν Κλεάρχῳ, ἐρωτᾶν ἐκεῖνον, τί βέλεται ἡμῖν χρήσασθαι. κἂν μὲν ἡ ἡ πρᾶξις παραπλησία, οἵαπερ καὶ πρότερον ἐχρῆτο τοῖς ξένοις, ἕπεσθαι καὶ ἡμᾶς, καὶ μὴ κακίους εἶναι τῶν πρόσθεν τότω συναβάντων.

ιθ'. Ἐὰν δὲ μείζων ἡ πρᾶξις τῆς πρόσθεν φαίνηται, 19.
καὶ ἐπιπονωτέρα, καὶ ἐπικινδυνωτέρα, ἀξιῶν ἢ πείσαντα ἡμᾶς

si duci fidem habebimus, quem nobis Cyrus dederit, quid vetat quo minus etiam vertices ipsos nobis occupari ab Cyro iubeamus?

17. Equidem naues conscendere, quos ille nobis dederit, plane reformidauero, ne cum ipsis nos triremibus demergat. Itidem sequi ducem metuero, quem ille nobis adiunxerit; ne nos eo ducat, vnde non sit exeundi facultas. Malim inuito Cyro clam discedere, sed hoc fieri nequit.

18. Quamobrem has equidem nugas esse censeo. Quin potius arbitror, debere nonnullos homines idoneos vna cum Clearcho Cyrum conuenire, qui de ipso quaerant, quam ad rem nostra vti opera velit. Quod si nihil a nobis aliud quam a conductitiis militibus antehac petet; sequamur censeo, nec iis ignauiores simus, qui prius iter hoc cum ipso susceperunt.

19. Sin erit res maior quam prior illa, grauiorisque tum laboris tum periculi; petamus vt vel nos suam in sententiam pertractos secum ducat, vel ipse nostram

ἡμᾶς ἄγειν, ἢ πειθέντα πρὸς Φιλίαν ἀφιέναι· ἅτω γὰρ καὶ ἑπόμενοι ἂν φίλοι αὐτῷ καὶ πρόθυμοι ἑποίμεθα, καὶ ἀπιόντες, ἀσφαλῶς ἂν ἀποίημεν· ὅ, τι δ' ἂν πρὸς ταῦτα λέγῃ, ἀπαγγεῖλαι δεῦρο· ἡμᾶς δὲ ἀκέσαντας πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι.„

κ'. Ἐδοξε δὲ ταῦτα· καὶ ἄνδρας ἑλόμενοι σὺν Κλεάρχῳ πέμπουσιν, οἳ ἠρώτων Κῦρον τὰ δόξαντα τῇ στρατιᾷ. ὁ δ' ἀπεκρίνατο, ὅτι ἀκέοι * Ἀβροκόμαν, ἐχθρὸν ἄνδρα, ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ εἶναι, ἀπέχοντα δώδεκα σταθμούς. πρὸς τοῦτον ἔφη βούλεσθαι ἐλθεῖν· κἂν μὲν ᾖ ἐκεῖ, τὴν δίκην ἔφη χρῄζειν ἐπιθεῖναι αὐτῷ· ἢν δὲ φεύγῃ, ἡμεῖς ἐκεῖ πρὸς ταῦτα βουλευσόμεθα.

κα'. Ἀκέσαντες δὲ ταῦτα οἱ αἱρετοὶ, ἀναγγέλλουσι τοῖς στρατιώταις. τοῖς δὲ ὑποψία μὲν ἦν, ὅτι ἄγει πρὸς βασιλέα, ὅμως δὲ ἐδόκει ἕπεσθαι· προσαιτοῦσι δὲ μισθὸν ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι

stram in sententiam concedens, in regionem pacatam nos dimittat. Sic enim fiet vt, siue sequamur ipsum, amicis et alacribus animis sequuturi simus: siue discedamus, tuto simus discessuri. Quidquid ad haec responderit, huc renuntiandum censeo; quod vbi nos audierimus, nostra ad id consilia facile accommodabimus.

20. Hac sententia comprobata, lectos homines cum Clearcho mittunt, qui Cyrum de iis, quae decreuerat exercitus, interrogabant. Respondebat ille, Audire se, hostem

21. Haec audita militibus illi delecti renuntiant. Milites vero, licet suspicarentur, Cyrum aduersus regem ducere; tamen sequendum decernebant. Quumque stipendium amplius poscerent, Cyrus se salarii pristini sesquiplum daturum

* Al. Ἀκρεκίμα.

πᾶσι δώσειν ἃ πρότερον ἔφερον, ἀντὶ Δαρεικῶν τρία ἡμιδαρεικὰ τὸν μηνὸς τῷ στρατιώτῃ. ὅτι δ' ἐπὶ βασιλέα ἄγοι, ἐνταῦθ' ἤκουεν ἀδείς, ἐν γε τῷ φανερῷ.

ΚΕΦ. δ'.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸς δύο, παρασάγγας δέκα, ἐπὶ τὸν Φάρον ποταμόν, ἃ ἦν τὸ εὖρος τρία πλέθρα. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, ἐπὶ τὸν Πύραμον ποταμόν, ἃ τὸ εὖρος στάδιον. ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸς δύο, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, εἰς Ἰσσούς, τῆς Κιλικίας ἐσχάτην πόλιν, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα.

β'. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· καὶ Κύρῳ παρῆσαν ἐκ Πελοποννήσου νῆες τριάκοντα καὶ πέντε, καὶ ἐπὶ ταύταις ναύαρχος Πυθαγόρας Λακεδαιμόνιος. ἦγεῖτο δ' αὐτῶν Ταμὼς Αἰγύπτιος ἐξ Ἐφέσου, ἔχων ναῦς ἑτέρας Κύρου πέντε καὶ εἴκοσιν, αἷς ἐπολιόρκει Μίλητον, ὅτι

daturum omnibus pollicetur, nimirum pro nummo Darico tres dimidiatos Daricos menstruos in singulos milites. Duci autem ipsos aduersus regem, ne quidem ibi quisquam audivit publice.

CAP. IV.

Hinc castris alteris, decem parasangas, ad Pharum flumen pergit, cuius est trium plethrorum latitudo. Inde castris vnis, parasangas quinque progreditur, ad Pyramum fluuium, cuius aequat latitudo stadium. Inde castris secundis, xv parasangas progressus, Issos, vrbem extremam Ciliciae, maritimam, frequentem incolis, amplam et opulentam, venit.

2. Heic dies tres subsitit, quibus ad Cyrum ex Peloponneso xxxv naues venere, quarum erat nauarchus Pythagoras Lacedaemonius. Dux earum inde vsque ab Epheso Tamos Aegyptius erat, qui naues etiam alias Cyri xxv adducebat, quibus Miletum obsederat;

 quod

* Al. ψάρον· fortassis rectius Hutchinsonus Σάρον.

ὅτι Τισσαφέρνη φίλη ἦν, καὶ συνεπολέμει Κύρῳ πρὸς αὐτόν.

γ'. Παρῆν δὲ καὶ Χειρίσοφος ὁ Λακεδαιμόνιος ἐπὶ τῶν νεῶν, μετάπεμπτος ὑπὸ Κύρου, ἑπτακοσίους ἔχων ὁπλίτας, ὧν ἐστρατήγει παρὰ Κύρῳ. αἱ δὲ νῆες ὅρμουν παρὰ τὴν Κύρου σκηνήν. ἐνταῦθα καὶ οἱ παρ' Ἀβροκόμα μισθοφόροι Ἕλληνες ἀποστάντες ἦλθον παρὰ Κῦρον, τετρακόσιοι ὁπλῖται, καὶ συνεστρατεύοντο ἐπὶ βασιλέα.

δ'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, ἐπὶ πύλας τῆς Κιλικίας καὶ τῆς Συρίας. ἦσαν δὲ ταῦτα δύο τείχη, καὶ τὸ μὲν ἔσωθεν, πρὸ τῆς Κιλικίας, Συέννεσις εἶχε καὶ Κιλίκων φυλακή· τὸ δ' ἔξω, τὸ πρὸ τῆς Συρίας, βασιλέως ἐλέγετο φυλακὴ φυλάττειν. διὰ μέσου δὲ τούτων ῥεῖ ποταμός, * Κέρσος ὄνομα, εὖρος πλέθρου. ἅπαν δὲ τὸ μεσον τῶν τειχῶν ἦσαν σάδιοι τρεῖς· καὶ παρελθεῖν οὐκ ἦν βίᾳ. ἦν γὰρ ἡ πάροδος στενή, καὶ τὰ τείχη εἰς τὴν θάλατταν καθήκοντα, ὕπερθεν δὲ ἦσαν πέτραι

quod vrbs ea Tiſſapherni faverat, aduerſus quem cum Cyro Tamos bellum gerebat.

3. Aderat item iis in nauibus Cheriſophus Lacedaemonius, euocatus a Cyro, cum hoc grauis armaturae militibus, quorum apud Cyrum dux erat. Naues ipſae propter Cyri tentorium appulerunt. Hoc loco etiam ſtipendiarii Graeci cccc grauis armaturae, qui Abrocomae militabant, ab eo deſiciunt, et contra regem ſigna Cyri ſequuntur.

4. Hinc vnius itinere diei, parafangas quinque conficit, ad portas vſque tum Ciliciae, tum Syriae. Erant hae, duo caſtella: quorum citerius obuerſum Ciliciae, Syennefis ac Cilicum praeſidium tenebat: vlterius, obuerſum Syriae, dicebatur regis praeſidium cuſtodire. Medio inter haec loco Cerſus amnis fluit, latitudine plethri. Totum vero ſpatium inter caſtella medium, trium erat ſtadiorum, neque tranſiri vi poterat. Nam tranſitus angustus erat, ac muri ad mare pertinebant, et ſaxa deſuper

* Al. Κάρσος.

πέτραι ἠλίβατοι. ἐπὶ δὲ τοῖς τείχεσιν ἀμφοτέροις ἐφειςήκεσαν πύλαι.

ε΄. Ταύτης ἕνεκα τῆς παρόδȣ Κῦρος τὰς ναῦς μετεπέμψατο, ὅπως ὁπλίτας ἀποβιβάσειεν εἴσω καὶ ἔξω τῶν πυλῶν, καὶ βιασάμενοι τȣ̀ς πολεμίȣς παρέλθοιεν, εἰ φυλάττοιεν ἐπὶ ταῖς Συρίαις πύλαις· ὅπερ ᾠετο ποιήσειν τὸν Αβροκόμαν ὁ Κῦρος, ἔχοντα πολὺ ςράτευμα. Αβροκόμας δὲ ȣ̀ τȣ̃το ἐποιήσατο, ἀλλ' ἐπεὶ ἤκȣε Κῦρον, ἐν Κιλικίᾳ ὄντα, ἀναςρέψας ἐκ Φοινίκης παρὰ βασιλέα ἀπήλαυνεν, ἔχων, ὡς ἐλέγετο, τριάκοντα μυριάδας ςρατιᾶς.

ς΄. Εντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ Συρίας ςαθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, εἰς Μυρίανδρον, πόλιν οἰκȣμένην ὑπὸ Φοινίκων, ἐν τῇ θαλάττῃ. ἐμπόριον δ' ἦν τὸ χωρίον, καὶ ὥρμȣν αὐτόθι ὁλκάδες πολλαί.

ζ΄. Ενταῦθ' ἔμειναν ἡμέρας ἑπτὰ· καὶ Ξενίας ὁ Αρκὰς ςρατηγὸς, καὶ Πασίων ὁ Μεγαρεὺς, ἐμβάντες εἰς πλοῖον, καὶ τὰ πλείςȣ ἄξια ἐνθέμενοι, ἀπέπλευσαν

desuper erant inaccessa. Supra castellum vtrumque fauces illae siue portae prominebant.

5. Hic erat ille transitus, cuius caussa naues Cyrus adduci iusserat; quo transmissis citra et vltra portas grauis armaturae peditibus, atque hostibus loco pulsis, transire possent, si quos forte Syriacas portas praesidio tuentes reperissent. Nam hoc facturum Abrocomam Cyrus, instructum magnis copiis, arbitrabatur. Non tamen hoc fecit Abrocomas, sed quod Cyrum in Cilicia esse audierat, relicta Phoenicia, perrexit ad regem cum trecentis hominum millibus, quemadmodum quidem ferebatur.

6. Inde per Syriam vnius itinere diei, parasangas quinque confecit, Myriandrum vsque Phoenicum vrbem maritimam. Hic locus emporium erat, quo tunc onerariae naues permultae appulerant.

7. Heic ac septimum vsque diem substiterunt: et dux ille Xenias ex Arcadia, cum Pasione Megarensi, conscensa naui, et in eam maximi pretii rebus impositis.

σαν (ὡς μέντοι πλείοσιν ἐδόκει) φιλοτιμηθέντες, ὅτι τὰς στρατιώτας αὐτῶν παρὰ Κλέαρχον ἀπελθόντας, ὡς ἀπιόντας εἰς τὴν Ἑλλάδα πάλιν, καὶ ἃ πρὸς βασιλέα, εἶα Κῦρος τὸν Κλέαρχον ἔχειν. ἐπεὶ δ' ἦν ἦσαν ἀφανεῖς, διῆλθεν ὁ λόγος, ὅτι διώκει αὐτὰς Κῦρος τριήρεσι. καὶ οἱ μὲν εὔχοντο ὡς δολίας ὄντας αὐτὰς ληφθῆναι· οἱ δ' ᾤκτειρον εἰ ἁλώσοιντο.

η'. Κῦρος δὲ συγκαλέσας τὰς στρατηγὰς, εἶπεν· Ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων· ἀλλ' εὖγε μέντοι ἐπισάθωσαν, ὅτι ἅτε ἀποδεδράκασιν· (οἶδα γὰρ ὅπη εἴχονται) ἅτε ἀποπεφεύγασιν· ἔχω γὰρ τριήρεις, ὥστε ἑλεῖν τὸ ἐκείνων πλοῖον. ἀλλὰ μὰ τὰς Θεὰς, ἀκ ἐγωγε αὐτὰς διώξω, οὐδὲ ἐρεῖ οὐδεὶς, ὡς ἐγὼ, ἕως μὲν ἂν παρῇ τις, χρῶμαι· ἐπειδὰν δὲ ἀπιέναι βάλητα, συλλαβὼν καὶ αὐτὰς κακῶς ποιῶ, καὶ τὰ χρήματα ἀποσυλῶ. ἀλλὰ ἰόντων ἂν, εἰδότες ὅτι κακίας εἰσὶ περὶ ἡμᾶς, ἢ ἡμεῖς περὶ ἐκείνας. καί τοι

tis, diſceſſerunt: aemulatione ducti, quemadmodum complurib̃us videbatur, quod milites ſuos, qui ad Clearchum ſe contulerant, quaſi qui eſſent in Graeciam redituri, ac non adverſus regem perrecturi, penes Clearchum manere Cyrus permitteret. Quum prorſus ex hominum ſe conſpectu ſubduxiſſent, rumor eſt ditus, quaſi triremibus eos Cyrus perſequeretur; et nonnulli optabant, vt, quia fraude mala egiſſent, caperentur: alii, ne caperentur, ex commiſeratione metuebant.

8. Cyrus autem, collectis ducibus, ait: Deſeruere ſnos Xenias et Paſion; verum certo ſciant, nec clam ſe fugiſſe, quum egomet, quo ſeceſſerint, norim; nec effugiſſe, quum mihi triremes ſint, quibus ipſorum nauigium capere poſſum. Sed ego ipſos profecto non perſequar, neque quiſquam dicturus eſt, me hominum opera, dum adſunt, vti; poſteaquam abire voluerint, comprehenſos et laedere, et fortunis ſuis ſpoliare. Abeant vero, ac ſe ſciant iniquius nobiscum, quam nos cum ipſis agere.

Nam

τοι ἔχω γε αὐτῶν καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας, ἐν Τράλλεσι φρουρούμενα. ἀλλ' ὧδε τούτων κηδήσονται, ἀλλ' ἀπολήψονται, τῆς πρόσθεν ἕνεκα περὶ ἐμὲ ἀρετῆς.„

θ'. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἶπεν· οἱ δ' Ἕλληνες, εἴ τις καὶ ἀθυμότερος ἦν πρὸς τὴν ἀνάβασιν, ἀκούσαντες τὴν Κύρου ἀρετὴν, ἥδιον καὶ προθυμότερον συνεπορεύοντο. μετὰ δὲ ταῦτα Κῦρος ἐξελαύνει σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσιν, ἐπὶ τὸν Χάλον ποταμὸν, ὄντα τὸ εὖρος πλέθρου, πλήρη δ' ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων, ὧδε τὰς περιστερᾶς. αἱ δὲ κῶμαι ἐν αἷς ἐσκήνουν, Παρυσάτιδος ἦσαν, * εἰς ζωὴν δεδομέναι.

ι'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς πέντε, παρασάγγας τριάκοντα, ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ ** Δαράδακος ποταμοῦ, οὗ τὸ εὖρος πλέθρου. ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Βελέσιος βασίλεια, τοῦ Συρίας ἄρξαντος, καὶ παράδεισος πάνυ μέγας καὶ καλὸς, ἔχων πάντα, ὅσα ὥρᾳ φύεται. Κῦρος

Nam equidem ipsorum et liberos et vxores Trallibus praesidio septos habeo, quibus ipsis etiam non carebunt, sed virtuti erga me pristinae condonabuntur.

9. Haec Cyrus ait. At e Graecis, si qui erant minus ad expeditionem alacri animo, perspecta ipsius virtute, lubentius et alacrius eum sequebantur. Post haec Cyrus castris quartis, parasangas viginti ad Chalum fluvium, cuius erat vnius plethri latitudo, progreditur. Erat is magnis manuetisque piscibus refertus, quos Syri pro Diis habebant, neque laedi eos patiebantur, sicuti ne columbas quidem. Vici, in quibus castra metabantur, Paryssatidi erant ad vitae sumtus attributi.

10. Hinc castris quintis, parasangas triginta, ad Daradacis fluvii fontes pergit, cuius erat vnius plethri latitudo. Heic Belesis erat regia, qui Syriae cum imperio praefuerat, et ingens admodum eleganſque hortus, quo continebantur omnia, quaecunque anni tempora proferum.

* Alii malunt εἰς ζώνην.

** Al. Δάρδητος.

Κῦρος δ' αὐτὸν ἐξέκοψε, καὶ τὰ βασίλεια κατέκαυσεν.

ια'. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, ὄντα τὸ εὖρος τεττάρων σταδίων. καὶ πόλις αὐτόθι ᾠκεῖτο, μεγάλη καὶ εὐδαίμων, Θάψακος ὀνόματι. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας πέντε· καὶ Κῦρος μεταπεμψάμενος τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἔλεγεν, ὅτι ἡ ὁδὸς ἐστοιτο πρὸς βασιλέα μέγαν, εἰς Βαβυλῶνα, καὶ κελεύει αὐτοὺς λέγειν ταῦτα τοῖς στρατιώταις, καὶ ἀναπείθειν ἕπεσθαι.

ιβ'. Οἱ δὲ, ποιήσαντες ἐκκλησίαν, ἀπήγγελλον ταῦτα· οἱ δὲ στρατιῶται ἐχαλεπαινον τοῖς στρατηγοῖς, καὶ ἔφασαν αὐτοὺς πάλαι ταῦτα εἰδότας κρύπτειν. καὶ οὐκ ἐθέλοιεν ἰέναι, ἂν μή τις αὐτοῖς χρήματα διδῷ, ὥσπερ καὶ τοῖς προτέροις μετὰ Κύρου ἀναβᾶσι παρὰ τὸν πατέρα τὸν Κύρου, καὶ ταῦτα, οὐκ ἐπὶ μάχην ἰόντων, ἀλλὰ καλοῦντος τοῦ πατρὸς Κῦρον.

ιγ'. Ταῦτα οἱ στρατηγοὶ ἀπήγγελλον, ὁ δ' ὑπέσχετο ἀνδρὶ ἑκάστῳ δώσειν πέντε ἀργυρίου μνᾶς, ἐπὰν εἰς

runt. Hunc Cyrus excidit, et regiam cremauit.

11. Inde caſtris tertiis, paraſangas quindecim, ad Euphratem fluuium procedit, cuius erat quatuor ſtadiorum latitudo. Ibi urbs ampla et locuples erat, cui nomen Thapſacus. Heic dies quinque ſunt commorati, et Cyrus arceſſitis Graecorum ducibus, iter hoc inſtitui Babylonem aiebat aduerſus magnum regem, idque tum diei militibus iubet, tum perſuaderi eisdem, vt ſequerentur.

12. Illi, coacta concione, quum haec renuntiarent, milites ducibus ſuccenſebant, et aiebant haec ipſos dudum perſpecta habuiſſe, atque occultaſſe. Negabant itidem progreſſuros ſe, niſi data pecunia, quae illis Graecis data fuiſſet, qui cum Cyro ad patrem prius iter fecerant; praeſertim quum illi nullam ad pugnam exiiſſent, ſed patre Cyrum arceſſente.

13. Haec Cyro renuntiant duces, qui ſe in ſingulos daturum minas argenti quinque pollicen-

tur.

εἰς Βαβυλῶνα ἥκωσι, καὶ τὸν μισθὸν ἐντελῆ, μέχρις ἂν καταστήσῃ τὰς Ἕλληνας εἰς Ἰωνίαν πάλιν. τὸ μὲν δὴ πολὺ τῶν Ἑλληνικῶν ἅτως ἐπείσθη. Μένων δὲ, πρὶν δῆλον εἶναι τί ποιήσουσιν οἱ ἄλλοι στρατιῶται, πότερον ἕψονται Κύρῳ, ἢ ὅ, συνέλεξε τὸ αὑτῶν στράτευμα χωρὶς τῶν ἄλλων καὶ ἔλεξε τάδε·

ιδ'. "Ἄνδρες, ἐὰν ἐμοὶ πειθῆτε, ἅτε κινδυνεύ- 14
σαντες, ἅτε πονήσαντες τῶν ἄλλων πλέον προτιμήσεσθε στρατιωτῶν ὑπὸ Κύρου. τί ἂν κελεύω ποιῆσαι; νῦν δεῖται Κῦρος ἑπεσθαι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ βασιλέα. ἐγὼ ἂν φημὶ ἡμᾶς χρῆναι διαβῆναι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, πρὶν δῆλον εἶναι, ἔ, τι οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἀποκρινοῦνται Κύρῳ. ἢν μὲν γὰρ ψηφίσωνται 15
ἕπεσθαι, ὑμεῖς δόξετε αἴτιοι εἶναι, ἄρξαντες τοῦ διαβαίνειν, καὶ ὡς προθυμοτάτοις ὑμῖν ἔσται χάριν εἴσεται Κῦρος, καὶ ἀποδώσει· (ἐπίσταται δ' εἴ τις καὶ ἄλλος·) ἢν δ' ἀποψηφίσωνται οἱ ἄλλοι, ἄπιμεν μὲν πάν-

tur, quamprimum Babylonem veniſſent; itemque ſtipendium integrum, tamdiu, donec ipſos in Ioniam reduxiſſet. Huic conditioni bona Graecorum pars acquieuit. Menon autem prius quam pateret, quid milites caeteri facturi eſſent, ſequuturine Cyrum, an non; copias ſuas ſeorſum cogit, et hac eos oratione compellat.

14. Si mihi parueritis, milites, nullo nec periculo, nec labore veſtro conſequemini, vt maiori vos Cyrus honore, quam caeteros milites, afficiat. Quid ergo faciundum cenſeo? Rogat nunc Cyrus, vt aduerſus regem ſe Graeci ſequantur. Ego vero aio debere nos Euphratem fluuium traiicere, prius quam quid reliqui Graeci reſponſuri Cyro ſint, conſiet. Quod ſi decreuerint, ſequendum eſſe; vos illi totius rei auctores extitiſſe videbimini, a quibus traiiciendi factum fuerit initium: atque adeo gratiam vobis Cyrus, vt gratificandi ſibi ſtudioſiſſimis, habebit ac referet; quod quidem, ſi quiſquam alius, ipſe certe facere nouit. Sin caeteri ſecus ſtatuerint, vniuerſi

πάντες εἰς τοὔμπαλιν· ὑμῖν δ' ὡς μόνοις πειθομένοις, πιστοτάτοις χρήσεται καὶ εἰς φρούρια καὶ εἰς λοχαγίας, καὶ ἄλλου οὗ τινος ἂν δέησθε, οἶδα ὅτι ὡς φίλου τεύξεσθε Κύρου.

ιέ. Ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπείθοντο, καὶ διέβησαν, πρὶν τοὺς ἄλλους ἀποκρίνασθαι. Κῦρος δ' ἐπεὶ ᾔσθετο διαβεβηκότας, ἥσθη τε, καὶ τῷ στρατεύματι πέμψας Γλοῦν, εἶπεν· "Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες, ἤδη ἡμᾶς ἐπαινῶ. ὅπως δὲ καὶ ὑμεῖς ἐμὲ ἐπαινέσητε, ἐμοὶ μελήσει, ἢ μηκέτι με Κῦρον νομίζετε.,,

ιϛ'. Οἱ μὲν δὴ στρατιῶται, ἐν ἐλπίσι μεγάλαις ὄντες, εὔχοντο αὐτὸν εὐτυχῆσαι· Μένωνι δὲ καὶ δῶρα ἐλέγετο πέμψαι μεγαλοπρεπῆ. ταῦτα δὲ ποιήσας, διεβαινε· συνείπετο δὲ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτῷ ἅπαν, καὶ τῶν διαβαινόντων τὸν ποταμὸν οὐδεὶς ἐβρέχθη ἀνωτέρω τῶν μασθῶν ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ.

ιζ. Οἱ δὲ Θαψακηνοὶ ἔλεγον, ὅτι οὐ πώποθ' οὗτος ὁ ποταμὸς

versi quidem domum reuertemur; sed vos tamen, vt solos dicto audientes, fidissimorum loco habebit, et ad praesidia, et ad praefecturas cohortium, ac si quidem aliud etiam quid fuerit, quod requiretis, scio vos ab Cyro, vestri studioso, impetraturos.

15. Quae quum illi audissent, obtemperabant; ac prius, quam alii responderent, traiiciebant. Quos vbi Cyrus transmisisse animaduerteret, magnam voluptatem cepit, ac statim ad eas copias Glun cum his verbis misit: Equidem vos iam laudo, verum vt vos vicissim me laudetis, mihi curae erit, aut pro Cyro me non amplius habebitis.

16. Milites magna spe concepta, fausta feliciaque ipsi omnia precabantur. Menoni etiam magnifica munera misisse ferebatur. Quibus peractis, et ipse transmittebat, et vniuersus eum exercitus sequebatur; ac nemo ex iis, qui amnem traiiciebant, supra mamillas madefactus fuit.

17. Affirmabant Thapsaceni, nunquam alias id flumen pedibus

ταμὸς διαβατὸς γένοιτο πεζῇ, εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ πλοίοις· ἃ τότε Ἀβροκόμας προϊὼν κατέκαυσεν, ἵνα μὴ Κῦρος διαβῇ. ἐοικέναι δὲ θεῖον εἶναι, καὶ σαφῶς ὑπουργῆσαι τὸν ποταμὸν Κύρῳ, ὡς βασιλεύσοντι.

ιή. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Συρίας σταθμοὺς ἐνέα, παρασάγγας πεντήκοντα, καὶ ἀφικνεῖται πρὸς τὸν Ἀράξην ποταμόν. ἐνταῦθα ἦσαν κῶμαι πολλαί, μεσταὶ σίτου καὶ οἴνου. ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσαντο. 17.

ΚΕΦ. ε'.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Ἀραβίας, τὴν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, σταθμοὺς ἑπτὰ πέντε, παρασάγγας τριάκοντα καὶ πέντε. ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ ἦν μὲν ἡ γῆ πεδίον, ἅπαν ὁμαλὸν ὥσπερ θάλαττα, ἀψινθίου δὲ πλῆρες. εἰ δέ τι καὶ ἄλλο ἐνῆν ὕλης ἢ καλάμου, ἅπαντα ἦσαν εὐώδη, ὥσπερ ἀρώματα. 1.

β'. Δένδρον δ' οὐδὲν ἐνῆν· θηρία δὲ, πλεῖστοι μὲν οἱ ἄγριοι ὄνοι,

bus tranſmiſſum fuiſſe, quam hoc tempore: quippe quod nauigiis tantum traiiciatur, quae praecedens ante ipſos Abrocomas exuſſerat, ne Cyrus traiiceret. Res quidem ipſa diuinitus accidere viſa eſt, quaſi fluuius ipſe Cyro regnaturo cederet.

18. Deinceps per Syriam progreditur caſtris IX, paraſangas L, et ad Araxem fluuium peruenium. Heic vici multi erant, frumento et vino referti. Quamobrem triduum ibidem haerent, et commeatum comparant.

CAP. V.

Hinc per Arabiam, quum Euphratem haberet ad dextram, caſtris quinque, paraſangas XXXV per ſolitudinem conficit. Hoc loco planities tota maris inſtar aequabilis erat, abſinthio plena. Si quid aliud habebat vel fruticeti, vel arundinum, ea vero vniuerſa inſtar aromatum erant fragrantia.

2. Arbor quidem certe nulla erat. Ex feris habebat ſyluestres

ὄνοι, ὰκ ὀλίγαι δὲ στρθοὶ αἱ μεγάλαι· ἐνῆσαν δὲ καὶ ὠτίδες καὶ δορκάδες. ταῦτα δὲ τὰ θηρία οἱ ἱππεῖς ἐδίωκον ἐνίοτε. καὶ οἱ μὲν ὄνοι, ἐπεί τις διώκοι, προδραμόντες ἀνεισήκεσαν· (πολὺ γὰρ τῶ ἵππω θᾶττον ἔτρεχον) καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ὁ ἵππος, ταυτὰ ἐποίουν. ὥστε ὰκ ἦν λαβεῖν, εἰ μὴ διαστάντες οἱ ἱππεῖς θηρῶεν διαδεχόμενοι τοῖς ἵπποις. τὰ δὲ κρέα τῶν ἁλισκομένων ἦν παραπλήσια τοῖς ἐλαφείοις, ἀπαλώτερα δέ.

ni? qui quum iureiurando vosmet obligaueritis, eosdem vos nobiscum et amicos et hostes ducturos, iam cum Tissapherne, homine omnium impiissimo et vaferrimo, nos etiam proditis; ac posteaquam eos, quibus sacramento confirmabatis, vos plane periisse †, cum nobis vniuersis deseruistis, iam cum hostibus etiam aduersus nos venitis? Ad quae Ariaeus: Atqui Clearchus, inquit, antea deprehensus est, Tissapherni, et Orontae, et nobis omnibus, qui cum ipsis eramus, insidias moliri.

13. Heic Xenophon ait: Si ergo Clearchus praeter religionem iurisiurandi foedera rupit, merito poenas dedit. Iustum est enim, periuros interire. At Proxenum et Menonem, qui bene de vobis promeriti, ac duces nostri sunt, nobis huc remittite. Manifestum est enim, eos, quia vtrisque amici sunt, conaturos, tam vobis quam nobis id dare consilii, quod optimum facto fuerit. Ad quae barbari, quum diu colloquuti inter se essent, nullo responso dato, discesserunt.

† Al. *quibus dedistis iusiurandum, perdidistis.*

ΚΕΦ. ε'.

Οἱ μὲν δὴ στρατηγοὶ ὅτω ληφθέντες, ἀνήχθησαν ὡς βασιλέα, καὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς ἐτελεύτησαν. εἷς μὲν αὐτῶν Κλέαρχος, ὁμολογουμένως ἐκ πάντων τῶν ἐμπείρως αὐτῷ ἐχόντων, δόξας γενέσθαι ἀνὴρ καὶ πολεμικὸς καὶ φιλοπόλεμος ἐσχάτως.

β'. Καὶ γὰρ δὴ ἕως μὲν πόλεμος ἦν τοῖς Λακεδαιμονίοις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, παρέμεινεν. ἐπεὶ δ' εἰρήνη ἐγένετο, πείσας τὴν αὑτῷ πόλιν, ὡς οἱ Θρᾷκες ἀδικοῦσι τοὺς Ἕλληνας· καὶ διαπραξάμενος ὡς ἐδύνατο παρὰ τῶν Ἐφόρων, ἐξέπλει ὡς πολεμήσων τοῖς ὑπὲρ Χερρονήσου καὶ Περίνθου Θραξίν. ἐπεὶ δὲ μεταγνόντες πως οἱ Ἔφοροι, ἤδη ἔξω ὄντος αὐτοῦ, ἀποστρέφειν αὐτὸν ἐπειρῶντο ἐξ Ἰσθμοῦ, ἐνταῦθα οὐκέτι πείθεται, ἀλλ' ᾤχετο πλέων εἰς Ἑλλήσποντον. ἐκ τούτου καὶ ἐθανατώθη

CAP. VI.

Duces quidem ipsi, hoc pacto comprehensi, ad regem deducti sunt, et capitibus abscissis vitae finem fecerunt. Ex eis Clearchus omnium consensu, qui usu eum norant, visus est fuisse vir et peritus rerum bellicarum, et earundem supra modum cupidus.

2. Etenim quamdiu bellum inter se Lacedaemonii et Athenienses gerebant, non deseruit suos: pace constituta, ciuibus suis persuasit, Thraces aduersus Graecos iniurios esse; neque ab Ephoris, quanto poterat conatu, impetrata, classem Thracibus iis, qui supra Chersonesum et Perinthum sedes habent, bellum illaturus eduxit. Posteaquam vero Ephori, mutata quodammodo sententia, quum iam domo profectus esset, ex Isthmo reuocare ipsum niterentur; non iam amplius obtemperauit, sed nauigare in Hellespontum perrexit. Ex eo factum, vt Spartani magistratus

ϑη ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Σπάρτῳ τελῶν, ὡς ἀπειϑῶν.

γ'. Ηδη δὲ φυγὰς ὢν ἔρχεται πρὸς Κῦρον, καὶ ὁποίοις μὲν λόγοις ἔπεισε Κῦρον, ἀλλαχῆ γέγραπται· ἐίδωσι δ' αὐτῷ Κῦρος μυρίας Δαρεικάς. ὁ δὲ λαβὼν, οὐκ ἐπὶ ῥαθυμίαν ἐτράπετο, ἀλλ' ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων συλλέξας στράτευμα, ἐπολέμει τοῖς Θραξί· καὶ μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ ἀπὸ τούτου ἔφερε, καὶ ἦγεν αὐτούς· καὶ πολεμῶν διεγένετο, μέχρις οὗ Κῦρος ἐδεήθη τοῦ στρατεύματος. τότε δ' ἀπῆλθεν, ὡς σὺν ἐκείνῳ αὖ πολεμήσων.

δ'. Ταῦτα δὴ φιλοπολέμου δοκεῖ ἀνδρὸς ἔργα εἶναι, ὅστις, ἐξὸν μὲν εἰρήνην ἔχειν ἄνευ αἰσχύνης, καὶ βλάβης, αἱρεῖται πολεμεῖν· ἐξὸν δὲ ῥαθυμεῖν, βούλεται πονεῖν ὥστε πολεμεῖν· ἐξὸν δὲ χρήματα ἔχειν ἀκινδύνως, αἱρεῖται πολεμῶν μείονα ταῦτα ποιεῖν. ἐκεῖνος δὲ, ὥσπερ εἰς παιδικὰ, ἢ εἰς ἄλλην

gistratus hominem morti addicerent, quasi qui parere noluisset.

3. Quapropter in exilio quum ageret, Cyrum accedit, quem cuiusmodi rationibus sibi conciliauerit, alibi perscriptum a nobis est. Cyrus quidem ei Daricorum nummorum ccIoo quum donasset, non ille, auro accepto, secordiae se dedit; sed collectis hac pecunia copiis, Thracibus bellum intulit, quos et proelio vicit, et deinceps populatus est, continuato adversus eos bello, donec Cyrus exercitu eius egeret. Tunc enim discessit e Thracia, vt qui vna cum Cyro ad bellum gerendum se coniuncturus esset.

4. Haec igitur satis apparet opera fuisse hominis ad belli studia propensi, qui cum citra ignominiam et detrimentum suum pacem colere posset, bellum gerere malebat: quum secordiae se dare posset, labores suscipere malebat, vt bello interesset: quum extra omne periculum in re lauta esse posset, potius fortunas suas deminuendas bellicis sumtibus statuebat. Quapropter in bellum pecunias

λην τινα ἡδονὴν, ἤθελε διαπαναῦ εἰς πόλεμον. οὕτω μὲν Φιλοπόλεμος ἦν.

ε. Πολεμικὸς δὲ αὖ ταύτῃ εἶναι ἐδόκει, ὅτι φιλοκίνδυνός τε ἦν, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἄγων ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς φρόνιμος, ὡς οἱ παρόντες παντα χῇ πάντες ὡμολόγουν. καὶ ἀρχικὸς δὲ ἐλέγετο εἶναι, ὡς δυνατὸν, ἐκ τοιούτου τρόπου, οἷον καὶ ἐκεῖνος εἶχεν. ἱκανὸς μὲν γὰρ, ὥς τις καὶ ἄλλος, φροντίζειν ἦν, ὅπως ἕξει ἡ στρατιὰ αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια, καὶ παρασκευάζειν ταῦτα. ἱκανὸς δὲ καὶ ἐμποιῆσαι τοῖς παροῦσιν, ὡς οὐκ ἀπιστέον * εἴη Κλεάρχῳ.

ς'. Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐκ τοῦ χαλεπὸς εἶναι. Καὶ γὰρ ὀργῆν συγνὸς ἦν, καὶ τῇ φωνῇ τραχὺς, ἐκόλαζέ τε αἰσὶ ἰσχυρῶς, καὶ ὀργῇ ἐνίοτε, ὥστε καὶ αὐτῷ μεταμέλειν ἔδ' ἔστε. καὶ γνώμῃ δὲ ἐκόλαζεν. ἀκολάστου γὰρ στρατεύματος οὐδὲν ἡγεῖτο ὄφελος εἶναι. Ἀλλὰ καὶ λέγειν αὐ-

erogabat, atque si eas in amores et voluptates alias expenderet. Tantum in eo belli studium erat.

5. Peritus autem bellicarum rerum fuisse visus est ex eo, quod pericula non reformidaret, et noctu dieque in hostem duceret, inque rebus formidolosis prudens esset: quemadmodum ii, qui cum eo fuerunt, omnes vbique falli sunt. Praeterea imperandi artem egregie tenere dicebatur, pro illo ingenio, quo ipso praeditus erat. Nam si quis alius, Clearchus certe procurare poterat, vt exercitus a commeatu instructus esset, ac eundem compararet. Idem militum animis hoc ipsum indere poterat, vt imperium Clearchi minime detrectandum statuerent.

6. Atque hoc acerba duritie sua consequebatur. Nam et tristis erat in eius vultu severitas, et asperitas in voce. Semper puniebat grauiter, nonnunquam iracunde, vt etiam aliquando ipsum supplicii poeniteret. Sed tamen etiam certo animi iudicio poenas sumebat. Nam exercitus impuniti nullum esse putabat vsum. Quin dicere solitum

* Al. ἀπιστίου eodem sensu.

αὐτὸν ἔφασαν, ὡς δέοι τὸν στρατιώτην φοβεῖσθαι μᾶλλον τὸν ἄρχοντα, ἢ τὰς πολεμίας, εἰ μέλλοι ἢ φυλακὰς φυλάξειν, ἢ φίλων ἀφέξεσθαι, * μὴ ἀπροφασίστως ἰέναι πρὸς τὰς πολεμίας.„

ζ'. Ἐν μὲν δὴ τοῖς δεινοῖς ἤθελον αὐτῷ ἀκούειν σφόδρα, καὶ οὐκ ἄλλον ἠρῶντο οἱ στρατιῶται. καὶ γὰρ τὸ εὐγνὸν τότε φαιδρὸν αὐτῷ ἐν τοῖς προσώποις ἔφασαν φαίνεσθαι, καὶ τὸ χαλεπὸν, ἐῤῥωμένον πρὸς τὰς πολεμίας ἐδόκει εἶναι. ὥστε σωτήριον καὶ οὐκέτι χαλεπὸν ἐφαίνετο. ὅτε δ' ἔξω τῶν δεινῶν γένοιντο, καὶ ἐξείη πρὸς ἄλλους ἀρχομένους ἀπιέναι, πολλοὶ αὐτὸν ἀπέλειπον. τὸ γὰρ ἐπιχαρὲς οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν. ὥστε διέκειντο πρὸς αὐτὸν οἱ στρατιῶται ὥσπερ παῖδες πρὸς διδάσκαλον. καὶ γὰρ ἦν φιλίᾳ μὲν καὶ εὐνοίᾳ ἑπομένως οὐδέ ποτ' εἶχεν· οἵτινες δὲ ἢ ὑπὸ πόλεως τεταγμένοι, ἢ

solitum aiunt, militem metuere magis imperatorem debere, quam hostem; si quidem vel excubias recte sit obiturus, vel abstinenter in amicos se gesturus, vel sine recusatione perrecturus in hostem.

7. In periculosis quidem rebus milites admodum ipsius orationem expetebant, neque quemquam alium ei praeferebant. Nam pro severitate illa tristi, aiebant tum quandam hilaritatem ex eius vultu relucere, et acerbitas videbatur aliquid habere roboris adversus hostem. Quo fiebat, vt non iam amplius acerbitas illa molesta, sed esse salutaris existimaretur. Verum posteaquam periculis liberati erant, et iam ad aliorum imperia conferendi se potestatem habebant, complures eum relinquebant. Nam suauitas in eo morum nulla erat, sed semper esse grauis ac saeuus pergebat. Denique militum erat is erga Clearchum animus, qui puerorum est erga magistrum. Quippe nunquam eum sequuti sunt propter quandam erga ipsum beneuolentiam et amorem. Qui autem vel a republica ipsi erant

* Al. ἢ pro μή.

ἢ ὑπὸ τῶ δεῖσθαι, ἢ ἄλλη τινὶ ἀνάγκη κατεχόμενοι παρείησαν αὐτῷ, σφόδρα πειθομένοις ἐχρῆτο.

ἡ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἤρξαντο νικᾶν σὺν αὐτῷ τὰς πολεμίας, μεγάλα ἤδη ἦν τὰ χρήσιμα ποιοῦντα εἶναι τὰς σὺν αὐτῷ στρατιώτας. τό, τε γὰρ πρὸς τὰς πολεμίας θαῤῥαλέως ἔχειν παρῆν, καὶ τὸ τὴν παρ' ἐκείνῳ τιμωρίαν φοβεῖσθαι, αὐτὰς εὐτάκτας ἐποίει. τοιοῦτος μὲν δὴ ἄρχων ἦν· ἄρχεσθαι δ' ὑπ' ἄλλων ὁ μάλα ἐθέλειν ἐλέγετο. ἦν δὲ, ὅτε ἐτελεύτα, ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη.

θ'. Πρόξενος δὲ ὁ Βοιώτιος, εὐθὺς μὲν μειράκιον ὢν, ἐπεθύμει γενέσθαι ἀνὴρ τὰ μεγάλα πράττειν ἱκανός, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν ἔδωκε Γοργίᾳ ἀργύριον τῷ Λεοντίνῳ. ἐπεὶ δὲ συνεγένετο ἐκείνῳ, ἱκανὸς ἤδη νομίσας εἶναι καὶ ἄρχειν, καὶ, φίλος ὢν τοῖς πρώτοις, μὴ ἡττᾶσθαι εὐεργετῶν, ἦλθεν εἰς ταύτας τὰς σὺν Κύρῳ πράξεις, καὶ ᾤετο κτήσεσθαι ἐκ τούτων

erant attributi, vel egerent, vel neceſſitate quadam alia coacti aderant: hos admodum in officio continere poterat.

8. Poſteaquam vero milites etiam hoſtes vincere vna cum ipſo coeperunt, tum vero deinde permulta ipſi ſuppetebant, quibus milites ſuos frugi redderet. Nam et praeſentibus aduerſus hoſtes animis erant, et quia ſupplicia ducis metuerent, magis obſeruantes ordinis. Huiuſmodi Clearchus imperator extitit. Caeterum alterius imperio non lubenter parere ferebatur. Annum agebat, quum migraret e vita, circiter quinquageſimum.

9. Proxenus autem Boeotius, mox inde a prima aetate, in eum virum euadere cupiebat, qui magnis rebus gerendis idoneus eſſet. Qua cupiditate ductus, Georgiae Leontino mercedem dedit; cuius vbi conſuetudine vſus eſſet, ac ſe iam idoneum arbitraretur, qui in alios imperium obtineret, atque etiam ſic principibus viris amicus eſſet, vt beneficiis ſuperari ſe non pateretur: his Cyri negotiis ſeſe implicauit, paraturumque de iis

clarum

τάτων ὄνομα μέγα, καὶ δύναμιν μεγάλην, καὶ χρήματα πολλά. τάτων δ' ἐπιθυμῶν, σφόδρα ἐνδηλον αὖ καὶ τοῦτο εἶχεν, ὅτι τάτων οὐδὲν ἂν θέλοι κτᾶσθαι μετὰ ἀδικίας, ἀλλὰ σὺν τῷ δικαίῳ καὶ καλῷ ὥστο δεῖν τούτων τυγχάνειν, ἄνευ δὲ τάτων μή.

ί. Ἄρχειν δὲ καλῶν μὲν καὶ ἀγαθῶν ἱκανὸς ἦν· ἐ μέντοι ἀδ' αἰδῶ τοῖς στρατιώταις ἑαυτὸ ἄτε φόβον ἱκανὸς ἐμποιήσαι, ἀλλὰ καὶ ἠσχύνετο μᾶλλον τὰς στρατιώτας, ἢ οἱ ἀρχόμενοι ἐκεῖνον, καὶ φοβούμενος μᾶλλον ἦν φανερὸς τὸ ἀπεχθάνεσθαι τοῖς στρατιώταις, ἢ οἱ στρατιῶται, τὸ ἀπιστεῖν ἐκείῳ. ὥστο δὲ ἀρκεῖν πρὸς τὸ ἀρχικὸν εἶναι καὶ δοκεῖν, τὸν μὲν καλῶς ποιοῦντα ἐπαινεῖν, τὸν δὲ ἀδικοῦντα μὴ ἐπαινεῖν. τοιγαρῶν αὐτῷ οἱ μὲν καλοὶ κἀγαθοὶ τῶν συνόντων εὖνοι ἦσαν, οἱ δ' ἀδίκοι ἐπεβούλευον, ὡς εὐμεταχειρίστῳ ὄντι. ὅτε δὲ ἀπέθνησκεν, ἦν ἐτῶν ὡς τριάκοντα.

ιά. Μένων δὲ ὁ Θετταλὸς δῆλος ἦν ἐπιθυμῶν μὲν

clarum se nomen, et potentiam insignem, et fortunas amplas existimabat. Quas res quamquam expeteret, tamen palam animaduerti poterat, nolle ipsum quidquam horum per iniuriam apisci: sed cum iustitia et rationibus honestis, non sine his, consequenda putabat.

10. Caeterum imperare poterat ille quidem bonis et egregiis militibus, sed tamen pudorem vel motum incutere suis haud poterat, sed magis subiectos imperio suo reuerebatur, quam illi ipsum; magisque metuere palam animadvertebatur, ne militum odium incurreret, quam metuerent milites, ne parum ei parerent. Idem existimabat, ad hoc, vt imperandi peritus et esset et videretur, sufficere; si honeste se gerentem collaudaret, iniustum non laudaret. Enimuero praeclari et egregii milites, qui cum ipso viuebant, propenso erant in ipsum animo: iniusti tanquam ei, qui circumueniri facile posset, insidiabantur. Annum agebat trigesimum fere, quum mortem obiret.

11. Menon Thessalus ingen-

tem

μὲν πλάτει ἰσχυρῶς, ἐπιθυμῶν δὲ ἄρχειν, ὅπως πλείω λαμβάνοι· ἐπιθυμῶν δὲ τιμᾶσθαι, ἵνα πλείω κερδάνοι. Φίλος τ' ἐβούλετο εἶναι τοῖς μεγίστου δυναμένοις, ἵνα ἀδικῶν μὴ δίδοιη δίκην. ἐπὶ δὲ τὸ κατεργάζεσθαι, ὧν ἐπιθυμοίη, συντομωτάτην ὁδὸν ᾤετο εἶναι διὰ τὸ ἐπιορκεῖν τε, καὶ ψεύδεσθαι, καὶ ἐξαπατᾶν. τὸ δὲ ἁπλῶν τε καὶ ἀληθὲς, τὸ αὐτὸ τῷ ἠλιθίῳ εἶναι.

12 ιβ'. Στέργων δὲ φανερὸς μὲν ἦν οὐδένα, ὕτῳ δὲ φαίη φίλος εἶναι, τούτῳ ἔνδηλος ἦν ἐπιβουλεύων. καὶ πολεμίοις μὲν οὐδενὸς κατεγέλα, τῶν δὲ συμμάχων πάντων ὡς καταγελῶν αἰεὶ διελέγετο. καὶ τοῖς μὲν τῶν πολεμίων κτήμασιν οὐκ ἐπεβούλευε. (χαλεπὸν γὰρ ᾤετο εἶναι τὰ τῶν φυλαττομένων λαμβάνειν) τὰ δὲ τῶν φίλων μόνος ᾤετο εἰδέναι ὅτι ῥᾷστον ἀφύλακτα λαμβάνειν.

13 ιγ'. Καὶ ὅσους μὲν ἠπίστησε καὶ ἀδίκησε, ὡς εὖ ὡπλισμένους ἐφοβεῖτο· τοῖς δ' ὁσίοις καὶ ἀληθείαν ἀσκοῦσι

tem opum cupiditatem aperte prae se ferebat, et non minus imperii cupidus erat, vt plura consequeretur; et esse in honore volebat, vt plus lucri faceret. Potentissimis quibusque amicus esse volebat, vt iniuriarum poenas non daret. Viam maxime compendiariam arbitrabatur esse ad efficiendum ea quae concupisceret, si peieraret, et mentiretur, et falleret. Simplicem et candidum esse, pro eo ducebat, atque si quis sit stupidus.

12. Neminem ex animo diligebat: ac si cui amicum se profiteretur, ei palam insidiabatur. Hostem nullum irridebat, verum de iis, quibuscum esset, ita semper loquebatur, vt quos haberet ludibrio. Itidem bonis hostium non insidiabatur, quod difficile putabat esse, facultates eorum, qui sibi cauerent, consequi; sed amicorum res, quia non admodum seruantur solus intelligere videri volebat, captu facillimas esse.

13. Quoscunque periuros et iniustos esse animaduerteret, quasi satis munitos formidabat: religionis ac pietatis studiosis, tanquam

ἀσκῆσιν, ὡς ἀνάνδροις ἐπειρᾶτο χρῆσθαι. ὥσπερ δέ τις ἀγάλλεται ἐπὶ θεοσεβείᾳ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ δικαιότητι, ἕτω καὶ Μένων ἠγάλλετο τῷ ἐξαπατᾶν δύνασθαι, τῷ πλάσασθαι ψευδῆ, τῷ φίλους διαγελᾶν, τὸν δὲ μὴ παιγνιῶδες. γον, ἀπαίδευτον ἐνόμιζεν εἶναι. καὶ παρ' οἷς μὲν ἐπεχείρει ἐρωτεύειν φιλίᾳ, διαβάλλων τὰς πρώτας, τούτους ὥστο δεῖν κτήσασθαι.

ιδ'. Τὸ δὲ πειθομένους τὰς στρατιώτας παρέχεσθαι, ἐκ τοῦ συναδικεῖν αὐτοῖς ἐμηχανᾶτο. τιμᾶσθαι δὲ καὶ θεραπεύεσθαι ἠξίου, ἐπιδεικνύμενος ὅτι πλεῖστα δύναιτο καὶ ἐθέλοι ἂν ἀδικεῖν. εὐεργεσίαν δὲ κατέλεγεν, ὁπότε τις αὐτὸν ἀφίστατο, ὅτι χρώμενος αὐτῷ οὐκ ἀπώλεσεν αὐτόν, καὶ τὰ μὲν δὴ ἀφανῆ ἔξεστι περὶ αὐτοῦ ψεύδεσθαι. ἃ δὲ πάντες ἴσασι, τάδ' ἐστί.

ιε'. Παρὰ Ἀριστίππῳ μὲν, ἔτι ὡραῖος ὢν, στρατηγεῖν διεπράξατο τῶν ξένων. Ἀριαίῳ δὲ βαρβάρῳ ὄντι,

tanquam minime virilibus pro libidine vtebatur. Et quemadmodum alius quispiam propter pietatem erga Deum, veritatem, iustitiam gestit; sic Menon iactabat se, quod circumscribere posset alios, quod mendacia fingere, quod amicos irridere. Si quis vafer non esset, eum rudem et imperitum esse censebat. Apud quos in amicitia loco volebat esse principe, hos sibi conciliandos putabat, criminationibus illorum qui principes apud eos essent.

14. Iniuriarum societate milites sibi obsequentes reddebat. Affici se honore atque coli propterea volebat, quod demonstraret, et posse, et velle se plurimum iniuriae inferre. Illis, qui ab se defecissent, obiiciebat hoc beneficii loco; quod id temporis, quum ipsorum vteretur opera, non eos perdidisset. Ac obscura quidem, ficta videri possunt; quae autem norunt omnes, haec sunt.

15. Apud Aristippum, forma et aetate adhuc commendatus, stipendiariorum praeturam impetrauit. Idem Ariaeo, barbaro homini,

τι, ὅτι μειρακίοις καλοῖς ἥδετο, οἰκειότατος ἔτι ὡραίος ὢν ἐγένετο. αὐτὸς δὲ παιδικὰ εἶχε Θαρύπαν, ἀγένειος ὢν γενειῶντά.

ιε'. Ἀποθνησκόντων δὲ τῶν στρατηγῶν, ὅτι ἐστράτευσαν ἐπὶ βασιλέα σὺν Κύρῳ, τὰ αὐτὰ πεποιηκὼς ἀπέθανε. μετὰ δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον στρατηγῶν, τιμωρηθεὶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, ἀχ ὥσπερ Κλέαρχος καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλάς, ὅσπερ κάλλιστος θανάτων ἐδόκει εἶναι. ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτὸν, ὡς πονηρὸς, λέγεται τελευτῆς τυχεῖν.

ιζ'. Ἀγίας δὲ ὁ Ἀρκὰς, καὶ Σωκράτης ὁ Ἀχαιὸς καὶ τούτω ἀπεθανέτην. τούτων δὲ οὐδεὶς οὐθ' ὡς ἐν πολέμω κακῶν κατεγέλα, οὔτ' ἐς φιλίαν αὐτοὺς ἐμέμφετο. ἦσάν τε ἄμφω ἀμφὶ * τετταράκοντα ἔτη ἀπὸ γενεᾶς.

ΞΕΝΟ-

homini, eodem in aetatis flore, maxime familiaris fuit, quod ille formosis adulescentibus delectabatur. Ipse imberbis adhuc, Tharypam barbescentem in deliciis habebat.

16. Quum autem duces Graeci necarentur, propterea quod aduersus regem cum Cyro expeditionem fuscepcrant, quanquam eadem culpa teneretur, non tamen est interfectus. Sed necatis iam ducibus caeteris, et ipse a rege mortis poena multatus est, non ille quidem, vt Clearchus, et duces caeteri, quibus praecisa sunt capita, quae mors esse videbatur honestissima; sed vt homo conscleratus, anno toto excruciatus vinus, tandem expirasse dicitur.

17. Sunt et Agias ille Arcas, et Socrates Achaeus interfecti, quos nemo vnquam vt ignauos in bello irrisit, vel in amicitia colenda reprehendit. Vterque XL aetatis annos fere habebat.

ΧΕΝΟ-

*. Al. τὰ πέντε καὶ τριάκοντα.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

Ὅσα μὲν δὴ ἐν τῇ ἀναβάσει * μετὰ Κύρου οἱ Ἕλληνες ἔπραξαν μέχρι τῆς μάχης, καὶ ὅσα (ἐπεὶ Κῦρος ἐτελεύτησεν) ἐγένετο, ἀπιόντων τῶν Ἑλλήνων σὺν Τισσαφέρνει ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται.

β'. Ἐπεὶ δὲ οἵ τε στρατηγοὶ συνειλημμένοι ἦσαν, καὶ τῶν λοχαγῶν καὶ στρατιωτῶν οἱ συνεπόμενοι ἀπολώλεσαν, ἐν

XENOPHONTIS

DE CYRI EXPEDITIONE

HISTORIARVM,

LIBER TERTIVS.

CAP. I.

Quae Graeci in expeditione cum Cyro ad pugnam vſque geſſerint, quaeque poſt obitum Cyri acciderint, diſcedentibus ipſis per inducias cum Tiſſapherne, ſuperiore libro eſt expoſitum.

2. Poſteaquam vero duces comprehenſi erant, et qui eos ſequuti fuerant praefecti cohortium atque milites periiſſent: magnis

* Al. ἀναβάσει τῇ μετὰ.

ἐν πολλῇ δὴ ἀπορίᾳ ἦσαν οἱ Ελληνες, ἐνθυμούμενοι ὅτι ἐπὶ ταῖς βασιλέως θύραις ἦσαν, κύκλῳ δ' αὐτοῖς πάντη πολλὰ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις πολέμιαι ἦσαν, ἀγορὰν δὲ οὐδεὶς ἔτι παρέξειν ἔμελλεν, ἀπεῖχον δὲ τῆς Ελλάδος πλέον ἢ μύρια ςάδια, ἡγεμὼν δ' οὐδεὶς τῆς ὁδοῦ ἦν, ποταμοὶ δὲ διεῖργον ἀδιάβατοι ἐν μέσῳ τῆς οἴκαδε ὁδοῦ, προδεδώκασι δὲ αὐτοὺς καὶ οἱ σὺν Κύρῳ ἀναβάντες βάρβαροι, μόνοι δὲ καταλελειμμένοι ἦσαν, οὐδὲ ἱππέα οὐδένα σύμμαχον ἔχοντες· ὥς' εὔδηλον ἦν, ὅτι νικῶντες μὲν οὐδ' ἂν ἕνα * Φεύγοντα κατακαίνοιεν, ἡττηθέντων δὲ αὐτῶν οὐδεὶς ἂν λειφθείη.

γ'. Ταῦτα ἐννοούμενοι, καὶ ἀθύμως ἔχοντες, ὀλίγοι μὲν αὐτῶν εἰς τὴν ἑσπέραν σίτου ἐγεύσαντο, ὀλίγοι δὲ πυρὰν ** ἔκαυσαν, ἐπὶ δὲ τὰ ὅπλα πολλοὶ οὐκ ἦλθον ταύτῃ τῇ νυκτί. ἀνεπαύετο δὲ ὅπου ἐτύγχανεν ἕκαςος, οὐ δυνάμενοι καθεύδειν ὑπὸ λύπης, καὶ πόθου πατρίδων, γονέων,

magnis rerum difficultatibus Graeci vrgebantur, quum se prope a porta regis abesse cogitarent: multas vndique tum nationes, tum vrbis infestas esse: annonam neminem deinceps suppeditaturum: se a Graecia stadiis amplius cc100 abesse: ducem itineris desiderari: fluuios medio in itinere patriam versus complures se arcere, qui transiri vado non possent: proditos se ab illis etiam barbaris esse, qui cum Cyro in Asiam ascenderant: solos iam relictos esse, ac nullas habere copias auxiliarias equestres: vnde manifesto pateret, neque si vincerent, vel vnum fugientem interfecturos: et si vincerentur, ne vnum quidem viuum relictum iri.

3. Haec quum apud animos suos expenderent, ac moerore afficerentur; pauci sub vesperam cibum cepere, pauci accenderunt ignes, multis ea nocte ne quidem ad armatos ordines accedentibus. Quisque requieti se illo dabat loco, in quem forte fortuna incidisset, quum prae animi aegritudine, ac desiderio patriae, parentum, vxorum,

* Desiderari videtur in aliis edd. φεύγοντα,

** Al. πυρὰ.

νέων, γυναικῶν, παίδων, ὃς ἄ ποτε ἐνόμιζον ὅτι ὄψεσθαι.

δ'. Οὕτω μὲν διακειμένοι πάντες ἀνεπαύοντο. ἦν δέ τις ἐν τῇ στρατιᾷ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος, ὃς ὅτε στρατηγὸς, ὅτε λοχαγὸς, ὅτε στρατιώτης ὢν συνηκολούθει, ἀλλὰ Πρόξενος αὐτὸν μετεπέμψατο οἴκοθεν, ξένος ὢν ἀρχαῖος· ὑπισχνεῖτο δὲ αὐτῷ, εἰ ἔλθοι, φίλον Κύρῳ ποιήσειν, ὃν αὐτὸς ἔφη κρείττω ἑαυτῷ νομίζειν τῆς πατρίδος.

ε. Ο μέντοι Ξενοφῶν ἀναγνὺς τὴν ἐπιστολὴν, ἀνακοινᾶται Σωκράτει τῷ Ἀθηναίῳ περὶ τῆς πορείας. καὶ ὁ Σωκράτης ὑποπτεύσας, μή τι πρὸς τῆς πόλεως οἱ ὑπαίτιον εἴη Κύρῳ φίλον γενέσθαι, ὅτι ἐδόκει ὁ Κῦρος προθύμως τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ τὰς Ἀθήνας συμπολεμῆσαι, συμβουλεύει τῷ Ξενοφῶντι, ἐλθόντι εἰς Δελφοὺς ἀνακοινῶσαι τῷ Θεῷ περὶ τῆς πορείας. ἐλθὼν δὲ ὁ Ξενοφῶν ἐπήρετο τὸν Ἀπόλλω, τίνι ἂν θεῶν θύων καὶ εὐχόμενος

rum, liberum, quos nunquam se deinceps visuros arbitrabantur, somnum nullum caperent.

4. His illi tum animis omnes quiescebant. Erat autem quidam in exercitu Xenophon Atheniensis, qui neque ducis, neque cohortis alicuius praefecti, neque militis nomine sequutus agmen erat: sed e patria Proxenus ipsum euocarat, cum iam olim erat hospitii iure coniunctus. Pollicebatur hic ei, si ad se veniret, amicitiam illi se cum Cyro conciliaturum, quem ipse sibi vtiliorem videri, quam patriam, diceret.

5. Hanc epistolam quum Xenophon legisset, de hoc itinere suo Socratem Atheniensem consulit. Socrates veritus ne suos apud ciues ei fraudi amicitia cum Cyro iuncta foret, quia Cyrus alacriter Lacedaemonios in eo bello iuuerat, quod aduersus Athenienses illi gesserant: hoc dat Xenophonti consilii, vt Delphos profectus, Deum illum de itinere consuleret. Eo quum Xenophon profectus esset, Apollinem interrogat, cui Deum rem sacram faceret, quem comprecaretur, vt iter, quod

μενος κάλλιστ' ἂν καὶ ἄριστα ἔλθοι τὴν ὁδὸν, ἣν ἐπινοεῖ, καὶ καλῶς πράξας σωθείη. καὶ ἀνεῖλεν αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων, Θεοῖς οἷς ἔδει θύειν.

ς'. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ἦλθε, λέγει τὴν μαντείαν τῷ Σωκράτει. ὁ δ' ἀκούσας ἠτιᾶτο αὐτὸν, ὅτι ἃ τοῦτο πρότερον ἠρώτα, πότερον λῴον αὐτῷ εἴη πορεύεσθαι, ἢ μένειν, ἀλλ' αὐτὸς κρίνας ἰτέον εἶναι, τοῦτο ἐπυνθάνετο, ὅπως ἂν κάλλιστα πορευθείη. ἐπεὶ μέντοι ὅτως ἦρε, ταῦτ', (ἔφη) χρὴ ποιεῖν, ὅσα ὁ Θεὸς ἐκέλευσεν.

ζ'. Ὁ μὲν δὴ Ξενοφῶν ὅτω θυσάμενος οἷς ἀνεῖλεν ὁ Θεὸς, ἐξέπλει, καὶ καταλαμβάνει ἐν Σάρδεσι Πρόξενον καὶ Κῦρον, μέλλοντας ἤδη ὁρμᾶν τὴν ἄνω ὁδόν. καὶ συνεσάθη Κύρῳ. προθυμουμένου δὲ τοῦ Προξένου, καὶ ὁ Κῦρος συμπροθυμεῖτο, μεῖναι αὐτόν. εἶπε δὲ, ὅτι, ἐπειδὰν τάχιστα ἡ στρατεία λήξῃ, εὐθὺς ἀποπέμψει αὐτόν. ἐλέγετο δὲ ὁ στόλος εἶναι εἰς Πεισίδας.

ἡ. Ἐστρα-

apud animum inſtituiſſet, pulcherrime ac honeſtiſſime perficeret, reque praeclare geſta ſalvus rediret. Reſpondit ei per oraculum Apollo, Diis ſacrificaret, quibus id deberetur.

6. Athenas reuerſus, oraculum Socrati aperit. Qui quum illud audiiſſet, reprehendit in eo, quod non ante omnia quaeſiiſſet, vtrum ſibi conſultius eſſet, iter hoc ſuſcipere, an manere domi: ſed quum ipſe prius ſtatuiſſet, eundum eſſe, interrogaſſet; quo pacto quam pulcherrime profectionem inſtitueret. Sed quando ita quaeſiiſti, ait, faciunda ſunt, quae Deus imperauit.

7. Quare Xenophon Diis illis quum ſacrificaſſet, quos Apollo per oraculum ſignificarat, nauem conſcendit, ac Sardibus Proxenum et Cyrum aſſequitur, qui iamiam aſcenſuri in Aſiam erant, ſtatimque Cyro commendatur. Quumque contenderet Proxenus, vt ſecum maneret; vna Cyrus magno ſtudio idem contendebat. Addebat, ſe eum ſtatim poſt expeditionem ablegaturum. Expeditio ipſa ferebatur aduerſus Piſidas inſtitui.

S. Hoc

ἡ. Ἐστρατεύετο μὲν δὴ, ὅτως ἐξαπατηθεὶς, ὐχ ὑπὸ τῦ Προξένυ· ὁ γὰρ ἤδει τὴν ἐπὶ βασιλέα ὁρμήν, κὸ ἄλλος ὐδεὶς τῶν Ἑλλήνων, πλὴν Κλεάρχυ. ἐπεὶ μέντοι εἰς Κιλικίαν ἦλθον, σαφὲς πᾶσιν ἐδόκει εἶναι, ὅτι ὁ τόλος εἴη ἐπὶ βασιλέα. Φοβύμενοι δὲ τὴν ὁδὸν, καὶ ἀκοντες, ὅμως οἱ πολλοὶ δι' αἰσχύνην καὶ ἀλλήλων καὶ Κύρυ συνηκολύθησαν· ὧν εἰς καὶ Ξενοφῶν ἦν.

θ'. Ἐπεὶ δ' ἀπορία ἦν, ἐλυπεῖτο μὲν σὺν τοῖς ἄλλοις, καὶ ὐκ ἐδύνατο καθεύδειν. μικρὸν δὲ ὕπνυ λαχὼν, εἶδεν ὄναρ· ἔδοξεν αὐτῷ, βροντῆς γενομένης, σκηπτὸς πεσεῖν εἰς τὴν πατρῴαν οἰκίαν, καὶ ἐκ τύτυ λάμπεσθαι πᾶσαν. περίφοβος δ' εὐθὺς ἀνηγέρθη, καὶ τὸ ὄναρ πῇ μὲν ἔκρινεν ἀγαθὸν, (ὅτι ἐν πόνοις ὢν καὶ κινδύνοις φῶς μέγα ἐκ Διὸς ἰδεῖν ἔδοξε) πῇ δὲ καὶ ἐφοβεῖτο, (ὅτι ἀπὸ Διὸς μὲν βασιλέως τὸ ὄναρ ἐδόκει αὐτῷ εἶναι, κύκλῳ δ' ἐδόκει λάμπεσθαι τὸ πῦρ) μὴ ὐ δύναιτο ἐκ τῆς χώ-

8. Hoc modo Xenophon militiae dat nomen, deceptus ille quidem, sed non a Proxeno. Nam is aduersus regem quidquam moliri Cyrum ignorabat, quemadmodum et Graeci caeteri, extra vnum Clearchum. Verum vbi in Ciliciam peruentum esset, perspicuum vniuersis esse videbatur, aduersus regem arma capi. Ac tum quidem plerique, tametsi hoc iter formidarent, et inuiti suspiciperent; partim tamen mutua, partim Cyri reuerentia retenti, vna sequebantur. Eorum vnus erat Xenophon.

9. Quum autem haec rerum difficultas esset, moestus quidem ille cum caeteris, dormire non poterat: sed tamen paullum consopitus, somnium vidit. Videbatur ei telum fulminis in domum paternam deferri, ac mox vniuersam coruscare. Prae metu confestim excitatus est e somno, atque ipsum insomnium partim faustum iudicabat; (quod quum laboribus et periculis premeretur, magnam lucem a Ioue ortam videre visus esset) partim (quod somnium hoc a Ioue rege profectum putaret, et quod visus esset ignis vndique lucere) metuebat, ne extra ditio-

χώρας ἐξελθεῖν τῆς βασιλέως, ἀλλ' εἴργοιτο πάντοθεν ὑπό τινων ἀπορίων.

ι. Οποῖόν τι μὲν δή ἐστι τὸ τοιοῦτον ὄναρ ἰδεῖν, ἔξεστι σκοπεῖν ἐκ τῶν συμβάντων μετὰ τὸ ὄναρ. γίγνεται γὰρ τάδε εὐθύς, ἐπειδὴ ἀνηγέρθη. πρῶτον μὲν ἔννοια αὐτῷ ἐμπίπτει, τί κατάκειμαι; ἡ δὲ νὺξ προβαίνει· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ εἰκὸς τὸς πολεμίους ἥξειν. εἰ δὲ γενησόμεθα ἐπὶ βασιλεῖ, τί ἐμποδὼν, μὴ ἐχὶ πάντα μὲν τὰ χαλεπώτατα ἐπιόντας, πάντα δὲ τὰ δεινότατα παθόντας, ὑβριζομένους ἀποθανεῖν; ὅπως δὲ ἀμυνούμεθα, ἐδεὶς παρασκευάζεται, οὐδ' ἐπιμελεῖται, ἀλλὰ κατακείμεθα, ὥσπερ ἐξὸν ἡσυχίαν ἄγειν. ἐγὼ δ' ἂν τὸν ἐκ ποίας πόλεως στρατὸν * προσδοκῶ ταῦτα πράξειν; ποίαν δ' ἡλικίαν ἐμαυτῷ ἐλθεῖν ἀναμένω; ἐγὼ γὰρ ἐγωγ' ἔτι πρεσβύτερος ἔσομαι, ἐὰν τήμερον προδῶ ἐμαυτὸν τοῖς πολεμίοις.

ιά. Ἐκ τούτου ἀνίσταται, καὶ συγκαλεῖ τὸς Προξένου πρῶτον λοχαγούς. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἔλεξεν· Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες

nem regis quadere non poſſet, ſed vndique difficultatibus quibuſdam praepediretur.

10. Caeterum quale fuerit hoc ſomnium, animaduertere de euentis licet. Nam ſtatim haec acciderunt: Poſteaquam excitatus eſſet, primum coepit ipſe ſecum cogitare: Quid heic iaceo? nox progreditur, et quamprimum illuxerit, conſentaneum eſt, hoſtes aduentûros. Quod ſi regis in poteſtatem deuenerimus, quid prohibet, quominus grauiſſima quaeque aſpiciamur, et in primis terribilia perpetiamur, et contumeliis affecti necemur? Quo pacto nosmet tutari debeamus, ad id ſe nemo comparat, neque res vlli curae eſt: ſed heic ita iacemus, quaſi nobis otioſis eſſe liceat. Atenim quanam ex vrbe ducem haec facturum expecto? quam aetatem mihimet ipſi venturam opperior? nec enim maturiorem ad aetatem perueniam, ſi hoſtibus hodie me dediderо.

11. Poſt haec ſurgit, et primum conuocatis Proxeni cohortium praefectis, ait: Equidem,

* Plerique malunt στρατηγόν.

δρες λοχαγοὶ, ὅτε καθεύδειν δύναμαι, (ὥσπερ, οἶμαι, ὑμεῖς) ὅτε κατακεῖσθαι ἔτι, ὁρῶν ἐν οἷοις ἐσμεν. οἱ μὲν γὰρ δὴ πολέμιοι δηλονότι ἃ πρότερον πρὸς ἡμᾶς τὸν πόλεμον ἐξέφηναν, πρὶν ἐνόμισαν τὰ ἑαυτῶν καλῶς παρασκευάσθαι. ἡμῶν δ' ἁδεὶς ἁδὲ ἀντεπιμελεῖται, ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα.

ιβ'. Καὶ μὴν εἰ ὑφησόμεθα, καὶ ἐπὶ βασιλεῖ γενησόμεθα, τί οἰόμεθα πείσεσθαι; ὃς καὶ τῷ ὁμομητρίῳ καὶ ὁμοπατρίῳ ἀδελφῷ, καὶ τεθνηκότος ἤδη, ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα ἀνεσταύρωσεν. ἡμᾶς δὲ, εἰς κηδεμόνων μὲν ἁδεὶς πάρεστιν, ἐστρατεύσαμεν δ' ἐπ' αὐτὸν, ὡς δῆλον ἀντὶ βασιλέως ποιήσαντες, καὶ ἀποκτενοῦντες, εἰ δυναίμεθα, τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν; ἆρ' ἂν ἐπίπαν * ἔλθοι, ὡς ἡμᾶς τὰ αἴσχιστα αἰκισάμενος, πᾶσιν ἀνθρώποις φόβον παράσχῃ τῷ στρατεῦσαι ποτὲ ἐφ' ἑαυτόν; ἀλλ' ὅπως τοι μὴ ἐπ' ἐκείνῳ γενησόμεθα, πάντα ποιητέον.

ιγ'. Ἐγὼ

dem, praefecti cohortium, neque dormire poſſum, quod et vobis vſuuenire arbitror; neque facere amplius; dum qui rerum, in quibus verſamur, ſtatus ſit, video. Nimirum hoſtes non prius bellum nobis aperte denuntiarunt, quam res ſuas bene comparatas eſſe putarent. At ex aduerſo, noſtrûm nemini curae eſt, vt quam praeclariſſime in certamen deſcendamus.

12. Atqui ſi nos ſummittemus, et regi in poteſtatem trademus; quid tandem nobis euenturum exiſtimamus? quum is tum germani, tum vterini fratris, eiuſque iam interfecti et caput abſciſſum, et manum, palo ſuffixerit. Nobis vero, quibus nullus adeſt, de nobis ſollicitus, qui aduerſus ipſum arma cepimus, qui pro rege ſeruum facere voluimus, atque etiam occidere, ſi licuiſſet, quid euenturum exiſtimamus? An non omnino venit, vt, poſteaquam nos indigniſſimis modis excepérit, vniuerſis hominibus terrorem incutiat, ne aliquando aduerſus ipſum arma capiant? Enimuero ne in eius poteſtate ſimus, quiduis faciendum.

I 4 13. Equi-

* Al. disiunctim ἐπὶ πᾶν, et vertunt: *omni adgredietur via*, vt etc.

ιγ'. Ἐγὼ μὲν ἔν, ἔστ' ἂν μὲν αἱ σπονδαὶ ἦσαν, ὅποτε ἐπαυόμην ἡμᾶς μὲν οἰκτείρων, βασιλέα δὲ καὶ τὰς σὺν αὐτῷ μακαρίζων, διαθεώμενος αὐτῶν ὅσην μὲν χώραν καὶ οἵαν ἔχοιεν, ὡς δὲ ἄφθονα τὰ ἐπιτήδεια, ὅσας δὲ θεράποντας, ὅτα δὲ κτήνη, χρυσόν δὲ, ἐσθῆτα δέ. τὰ δ' αὖ τῶν στρατιωτῶν ὁπότε ἐνθυμοίμην, ὅτι τῶν μὲν ἀγαθῶν πάντων ὁδενὸς ἡμῖν μετείη, εἰ μὴ περιαιμεθα, ὅτε δὲ ὠνησόμεθα, ἤδειν ὅτι * ὀλίγας ἐχοντας, ἄλλως δέ πως πορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια, ἢ ὠνεμένας, ὅρκας ἤδη κατέχοντας ἡμᾶς· ταῦτ' ἔν λογιζόμενος ἐνίοτε, τὰς σπονδὰς μᾶλλον ἐφοβέμην, ἢ νῦν τὸν πόλεμον.

ιδ'. Ἐπεὶ μέντοι ἐκεῖνοι ἔλυσαν τὰς σπονδὰς, λελύσθαι μὲν δοκεῖ καὶ ἡ ἐκείνων ὕβρις, καὶ ἡ ἡμετέρα ὑποψία. ἐν μέσῳ γὰρ ἤδη κεῖται ταῦτα τὰ ἀγαθὰ, ἆθλα, ὁπότεροι ἂν ἡμῶν ἄνδρες ἀμείνονες ὦσιν. ἀγωνοθέται δ' οἱ Θεοί εἰσιν, οἳ σὺν ἡμῖν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐσονται. ὅτοι μὲν γὰρ αὐ-

13. Equidem quamdiu durabant induciae, nunquam non noſtram fortem deplorabam, regemque cum ſuis felicem praedicabam; quum conſiderarem, qualem et quantam ipſi regionem haberent, quam commeatus copiam, quot famulos, quot iumenta, quantum auri, quantum veſtium. E diuerſo ſi militum noſtrorum conditionem meo cum animo expenderem, nullius videlicet boni copiam nobis eſſe, niſi pretio redimeremus, quod quidem ipſum paucos habere ſcirem: ac ſi rationem aliam parandi commeatus, extra emtionem, vſurparemus, futurum, vt foederis religione prohiberemur: haec igitur nonnunquam mecum ipſe reputans, magis tum foedera, quam modo bellum metuebam.

14. Verum poſteaquam foedera ipſi violarunt, arbitror et ipſorum inſolentiam, et ſuſpicionem noſtram finem habere. Nam ea nunc bona, tanquam praemia illorum, qui fortiter vtrinque ſe geſſerint, in medio propoſita ſunt. Ipſi Dii certaminis ſunt praeſides, qui quidem a partibus noſtris, ceu par eſt, ſtabunt.

* Al. ὅτι ὀλίγας.

αὐτὰς ἐπιωρκήκασιν. ἡμεῖς δὲ, πολλὰ ὁρῶντες ἀγαθὰ, σφῶν αὐτῶν ἀπειχόμεθα, διὰ τὰς τῶν Θεῶν ὅρκους. ὥστε ἐξεῖναι μοι δοκεῖ ἰέναι ἐπὶ τὸν ἀγῶνα πολὺ σὺν φρονήματι μείζονι, ἢ τούτοις.

ιέ. Ἔτι δὲ ἔχομεν σώματα ἱκανώτερα τούτων καὶ ψύχη, καὶ θάλπη, καὶ πόνους φέρειν· ἔχομέν τε καὶ ψυχὰς σὺν τοῖς Θεοῖς ἀμείνονας. οἱ δὲ ἄνδρες καὶ τρωτοὶ καὶ θνητοὶ μᾶλλον ἡμῶν, ἢν οἱ Θεοὶ, ὥσπερ τοπρόσθεν, νίκην ἡμῖν διδῶσιν. ἀλλ' ἴσως γὰρ καὶ ἄλλοι ταῦτα ἐνθυμῆνται.

ιϛ'. Πρὸς τῶν Θεῶν, μὴ ἀναμένωμεν ἄλλους ἐφ' ἡμᾶς ἐλθεῖν, παρακαλοῦντας ἐπὶ τὰ κάλλιστα ἔργα, ἀλλ' ἡμεῖς ἄρξωμεν τοῦ ἐξορμῆσαι καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὴν ἀρετήν. Φάνητε τῶν λοχαγῶν ἄριστοι, καὶ τῶν στρατηγῶν ἀξιοστρατηγότεροι. κἀγὼ δὲ, εἰ μὲν ὑμεῖς ἐθέλετε ἐξορμᾶν ἐπὶ ταῦτα, ἕπεσθαι ὑμῖν βούλομαι εἰ

bunt. Nam hi peierarunt, nos quum multa bona videremus, firmiter ab eis abſtinuimus, idque propter illa, quae Diis teſtibus erant praeſtita, ſacramenta. Quo fit, vt iure me multo maiori cum ſpiritu quam hos, ad certamen deſcenſurum exiſtimem.

15. Praeterea nobis corpora ſunt, quae multo magis, quam illorum corpora, ad frigora, calores, labores perferendos valeant. Itidem animi noſtri, Deum beneficio, generoſiores. Milites ipſi, facilius quam nos, et vulneribus et caedibus peribunt; ſi quidem Dii victoriam nobis ita, vt antehac, dederint. Verum haec fortaſſis etiam aliis in mentem veniunt.

16. Per Deos immortales, non expectemus, donec ad nos alii veniant, qui nos ad facinora praeclariſſima cohortentur; ſed ipſimet auctores aliis ſimus, vt et ipſi ad virtutem ſemet excitent. Exhibete vos tales, qui inter cohortium praefectos praeſtantiſſimi ſint, et inter duces imperatorio munere digniſſimi. Equidem ſi vos ad haec alacriter ducetis, lubens vos ſe-

εἰ δὲ ὑμεῖς τάττετέ με ἡγεῖσθαι, ἀδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι ἐρύκειν ἀπ' ἐμαυτοῦ τὰ κακά.,,

ιζ'. Ὁ μὲν ταῦτα ἔλεξεν. οἱ δὲ λοχαγοὶ ἀκούσαντες ταῦτα, ἡγεῖσθαι ἐκέλευον ἅπαντες· πλὴν Ἀπολλωνίδης τις ἦν, βοιωτιάζων τῇ φωνῇ. ἔτος δ' εἶπεν, ὅτι φλυαροίη, ὅστις λέγοι ἀλλως πως σωτηρίας ἂν τυχεῖν, ἢ βασιλέα πείσας, εἰ δύναιτο, καὶ ἅμα ἤρχετο λέγειν τὰς ἀπορείας. ὁ μέντοι Ξενοφῶν μεταξὺ ὑπολαβὼν, ἔλεξεν ὧδε·

ιή. Ὦ θαυμασιώτατε ἄνθρωπε, σύ γε οὐδ' ὁρῶν γιγνώσκεις, οὐδ' ἀκούων μέμνησαι. ἐν ταυτῷ γε μέντοι ἦθα τούτοις, ὅτε βασιλεὺς, ἐπεὶ Κῦρος ἀπεθανε, μέγα φρονήσας ἐπὶ τούτῳ, πέμπων ἐκέλευε παραδιδόναι τὰ ὅπλα· ἐπειδὴ δὲ ἡμεῖς οὐ παρεδόντες, ἀλλ' ἐξωπλισμένοι ἐλθόντες παρεσκευήσαμεν αὐτῷ, τί ἂν ἐποίησε πρέσβεις πέμπων,

quar: si me ducis munere fungi iubetis, aetatis excusatione nequaquam vtar, sed adolescentiae vigorem ad propulsandum mala mihi profuturum arbitrabor.

17. Haec fuit eius oratio: quam posteaquam praefecti cohortium audiissent; vniuersi censebant huic ducis munus esse tribuendum. Vnus erat Apollonides, Boeoticum quid sonans, qui aiebat nugari eos, qui alia ratione dicerent ipsos salutem consequi posse, quam si Rex persuaderetur, modo id fieri posset: simul difficultates explicare incipiebat. Cuius sermone interrupto, Xenophon inquit:

18. Vir admiratione dignissime, tu neque quod vides, intelligis; neque quod audis, memoria tenes. Nimirum aeque tu, atque hi, praesens adfuisti; quum Rex, Cyro interfecto, eam ipsam ob caussam magnos spiritus gerens, ad nos mitteret, atque arma posceret. Verum quum nos ea non modo non traderemus, sed etiam armati propter ipsius tabernacula castra locaremus, quid non ille per legatos ad nos nuntios fecit?

quum

σπονδὰς αἰτῶν, καὶ παρέχων τὰ ἐπιτήδεια, ἔστ' ἂν σπονδῶν ἔτυχεν;

ιθ'. Επεὶ δ' αὖ οἱ στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ, ὥσπερ δὴ καὶ σὺ κελεύεις, εἰς λόγους αὐτοῖς ἄνευ ὅπλων ἦλθον, πιστεύσαντες ταῖς σπονδαῖς, οὐ νῦν ἐκεῖνοι παιόμενοι, κεντούμενοι, ὑβριζόμενοι, οὐδ' ἀποθανεῖν οἱ τλήμονες δύνανται, καὶ μάλ' (οἶμαι) ἐρῶντες τούτου; ἃ σὺ πάντα εἰδὼς, τοὺς μὲν ἀμύνεσθαι κελεύοντας φλυαροῖν φῄς, πείθειν δὲ πάλιν κελεύεις ἰόντας;

κ'. Εμοὶ δὲ, ὦ ἄνδρες, δοκεῖ, τὸν ἄνθρωπον τοῦτον μήτε προσίεσθαι εἰς ταυτὸ ἡμῖν αὐτοῖς, ἀφελομένους τε τὴν λοχαγίαν, σκεύη ἀναθέντας, ὡς τοιούτῳ χρῆσθαι. οὗτος γὰρ καὶ τὴν πατρίδα καταισχύνει, καὶ πᾶσαν τὴν Ελλάδα, ὅτι Ελλην ὤν, τοιοῦτός ἐστιν.,,

κά. Εντεῦθεν ὑπολαβὼν Αγασίας Στυμφάλιος, εἶπεν. ἀλλὰ τούτῳ γε οὔτε τῆς Βοιωτίας προσήκει οὐδὲν, οὔτε τῆς Ελλάδος παντάπασιν. ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον,

quum et foedus ipse peteret, et suppeditaret commeatum, donec tandem foedus a nobis impetraret?

19. Posteaquam vero duces ac praefecti cohortium, quemadmodum tu quoque fieri iam vis, foederibus freti, colloquutum ad eos inermes venerunt; annon plagis, vulneribus, iniuriis atrocibus affecti, ne mortem quidem oppetere miseri possunt, quod quidem imprimis, vt arbitror, expetunt? Haec omnia quum tu noris, illos tamen, qui ad defensionem milites hortantur, nugari dicis, ac rursum nobis hostes adeundos ais, vt eos persuadeamus?

20. Ego vero, commilitones, existimo nobis hunc hominem posthac in communitatem hanc nostram admittendum non esse, ademtaque praefectura cohortis, impedimentis esse onerandum. Nam et patriae dedecus affert, et vniuersae Graeciae; quum, natione Graecus, ita se gerat.

21. Et Agasias Stymphalius: Huic vero, inquit, nihil omnino neque cum Boeotia, neque Græcia commune est. Nam vidi vtramque

εἶδον, ὥσπερ Λυδὸν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον· καὶ εἶχεν ἕτως.

κβ'. Τοῦτον μὲν ἔν ἀπήλασαν· οἱ δ' ἄλλοι παρὰ τὰς τάξεις ἰόντες, ὅπᾳ μὲν στρατηγὸς σῶος εἴη, τὸν στρατηγὸν παρεκάλουν. ὁπόθεν δὲ οἴχοιτο, τὸν ὑποστράτηγον. ὅπᾳ δὲ λοχαγὸς σῶος εἴη, τὸν λοχαγόν. ἐπεὶ δὲ πάντες συνῆλθον, εἰς τὸ πρόσθεν τῶν ὅπλων ἐκαθέζοντο· καὶ ἐγένοντο οἱ συνελθόντες στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ ἀμφὶ τοὺς ἑκατόν. ὅτε δὲ ταῦτα ἦν, σχεδὸν ἦσαν μέσαι νύκτες.

κγ'. Ἐνταῦθα Ἱερώνυμος Ἠλεῖος, πρεσβύτατος ὢν τῶν Προξένου λοχαγῶν, ἤρξατο λέγειν ὧδε· Ἡμῖν, ὦ ἄνδρες στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ, ὁρῶσι τὰ παρόντα ἔδοξε καὶ αὐτοῖς συνελθεῖν, καὶ ὑμᾶς παρακαλέσαι, ὅπως βουλευσαίμεθα, εἴ τι δυναίμεθα, ἀγαθόν. λέξον δ' ἔφη, καὶ σὺ ὦ Ξενοφῶν, ἅπερ καὶ πρὸς ἡμᾶς.

κδ'. Ἐκ τούτου λέγει τάδε Ξενοφῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἅπαντες ἐπισταίμεθα, ὅτι βασιλεὺς καὶ Τισσαφέρνης, ὃς μὲν

vtramque aurem ei, perinde ac Lydo, perforatam esse. Quod quidem ita reuera erat.

22. Quare quum hominem abegissent, caeteri per ordines incedentes; vbicunque praetor saluus esset, praetorem euocabant; vbi ille periisset, propraetorem; vbi praefectus cohortis superstes erat, cohortis praefectum. Quum omnes conuenissent, prima in acie consederunt, et erant duces ac praefecti cohortium, qui conuenerant, fere centum. Media prope nocte res gerebatur.

23. Atque heic Hieronymus Eleus, inter Proxeni cohortium praefectos natu maximus; in hunc modum dicere coepit: Visum est nobis, duces, ac vos praefecti cohortium, praesentem rerum nostrarum statum intuentibus, conuenire ac vos accessere; vt deliberemus, ecquid inuenire consilii nobis vtilis possimus. Etiam vero tu Xenophon, ait, ea dicito, quae ad nos modo dicebas.

24. Tum ille: Nouimus omnes, inquit, Regem et Tissaphernem, ex nobis eos quos potuerunt,

μὲν ἐδυνήθησαν, συνειλήφασιν ὑμῶν, τοῖς δ' ἄλλοις δηλονότι * ἐπιβουλεύσουσιν, ὡς, ἢν δύνωνται, ἀπολέσωσιν. ἡμῖν δέ γ' οἶμαι πάντα ποιητέα, ὡς μήποτ' ἐπὶ τοῖς βαρβάροις γενόμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον, ἢν δυνώμεθα, ἐκεῖνοι ἐφ' ἡμῖν.

κέ. Εὖ τοίνυν ἐπίσασθε, ὅτι ὑμεῖς τοσοῦτοι ὄντες ὅσοι νῦν συνεληλύθατε, μέγιστον ἔχετε καιρόν. οἱ γὰρ στρατιῶται ἅτοι πάντες πρὸς ὑμᾶς ἀποβλέπουσι. κἂν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσιν ἀθυμοῦντας, πάντες κακοὶ ἔσονται· ἢν δὲ ὑμεῖς αὐτοί τε παρασκευαζόμενοι φανεροὶ ἦτε ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῆτε, εὖ ἴστε, ὅτι ἕψονται ὑμῖν, καὶ πειράσονται μιμεῖσθαι.

κϛ'. Ἴσως δέ τοι καὶ δίκαιόν ἐστιν ὑμᾶς διαφέρειν τι τούτων. ὑμεῖς γὰρ ἐστὲ στρατηγοί, ὑμεῖς ταξίαρχοι καὶ λοχαγοί. καὶ ὅτε εἰρήνη ἦν, ὑμεῖς καὶ χρήμασι καὶ τιμαῖς τούτων ἐπλεονεκτῆτε· καὶ νῦν τοίνυν, ἐπὶ πόλεμός ἐστιν, ἀξιοῦν δεῖ ὑμᾶς αὐτοὺς ἀμείνους τε τῶ πλήθους εἶναι, καὶ προβουλεύειν τούτων, καὶ προπονεῖν, ἤν πῃ δέῃ.

κζ. Καὶ

tuerint, comprehendisse: caeteris haud dubie insidiantur, vt, si quidem possint, nos interimant. Ego vero faciundum quiduis arbitror, nè vnquam barbarorum in potestatem veniamus: sed illi potius, si fieri possit, nostra sint in potestate.

25. Quamobrem scire vos volo, plurimum in vobis esse situm †, quotquot sane iam conuenistis. Nam hi milites vniuersi vos intuentur: quos si fractos animis esse viderint, omnes desides erunt: sin et vos in oculis omnium contra hostes parare se animaduertent, et caeteros excitare; scitote sequuturos, et daturos operam, vt vos imitentur.

26. Et vero aequum est, vos hisce nonnihil praestare. Vos enim duces estis, vos ordinum, vos cohortium praefecti: vos pacatis temporibus, et fortunis et honoribus potiores his fuistis. Quare nunc etiam pugnae tempore vos ipsos arbitrari debetis militum vulgo praestantiores esse, adeoque horum caussa vobis et capienda esse consilia, et labores suscipiendos, sicubi vsus postulet.

27. Iam

* Al. ἄλλον ὅτι.

† Al. *opportunissimam vos habere occasionem.*

κζ'. Καὶ νῦν πρῶτον μὲν οἶμαι ἂν ὑμᾶς μέγα ὀνῆσαι τὸ στράτευμα, εἰ ἐπιμεληθείητε, ὅπως ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων ὡς τάχιστα στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ κατασταθῶσιν. ἄνευ γὰρ ἀρχόντων οὐδὲν ἂν ὅτε καλὸν ὅτε ἀγαθὸν γένοιτο, ὡς μὲν συνελόντι εἰπεῖν, οὐδαμοῦ, ἐνδὲ δὴ τοῖς πολεμικοῖς, παντάπασιν. ἡ μὲν γὰρ εὐταξία σώζειν δοκεῖ, ἡ δὲ ἀταξία πολλοὺς ἤδη ἀπολώλεκεν.

κη'. Ἐπειδὰν δὲ καταστήσησθε τοὺς ἄρχοντας, ὅσους δεῖ, καὶ ἢν τοὺς ἄλλους στρατιώτας συλλέγητε, καὶ παραθαῤῥύνητε, οἶμαι ὑμᾶς πάνυ ἂν ἐν καιρῷ ποιῆσαι. νῦν μὲν γὰρ ἴσως καὶ ὑμεῖς αἰσθάνεσθε, ὡς ἀθύμως μὲν ἦλθον ἐπὶ τὰ ὅπλα, ἀθύμως δὲ πρὸς τὰς φυλακάς. ὥστε ὅτω γε ἐχόντων, οὐκ οἶδα ὅ, τι ἂν τις χρήσαιτο αὐτοῖς, εἴτε νυκτὸς δέοι τι, εἴτε καὶ ἡμέρας.

κθ'. Ἢν δέ τις αὐτῶν τρέψῃ τὰς γνώμας, ὡς μὴ τοῦτο μόνον ἐννοῶνται, τί πείσονται, ἀλλὰ καὶ τί ποιήσουσι, πολὺ εὐ-

27. Iam quidem certe primum arbitror, magno vos exercitui commodo futuros, si curaueritis, vt in locum eorum, qui perierunt, praetores ac praefecti cohortium quamprimum subrogentur. Nam absque iis sit, qui imperent, nihil neque praeclarum, neque vtile geri potest vsquam, vt summatim dicam, et bellica in administratione inprimis. Etenim ordinis obseruatio salutaris est, eiusdem perturbatio multis iam dudum perniciem attulit.

28. Vbi subrogati tot duces fuerint, quot esse necesse est; admodum vos opportune facturos arbitror, si caeteris etiam militibus collectis animos addideritis. Nam animaduertitis ipsi, quanto cum animorum languore ad arma veniant, quanta cum anxietate ad excubias. Quo sit, vt, si hoc pacto affecti sint, haud sciam, quis eorum futurus sit vsus siue noctu, seu interdiu.

29. Sin eorum quis animos flexerit, vt non solum cogitent, quid perpessuri sint, verum etiam quid facturi; multo alacriores

εὐθυμότεροι ἔσονται. ἐπίσασθε γὰρ δήπου, ὅτι ἄτε πλήθος ἐστιν, ἄτε ἰσχὺς ἡ ἐν τῷ πολέμῳ τὰς νίκας ποιοῦσα· ἀλλ' ὁπότεροι ἂν σὺν τοῖς θεοῖς ταῖς ψυχαῖς ἐρρωμενέστεροι ἴωσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, τούτους ὡς ἐπιτοπολὺ οἱ ἐναντίοι ὑποδέχονται.

λ'. Ἐντεθύμημαι δ' ἔγωγε, ὦ ἄνδρες, καὶ τοῦτο, ὅτι ὁπόσοι μὲν μαστεύουσι ζῆν ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οἵδε κακῶς τε καὶ αἰσχρῶς ὡς ἐπιπολὺ ἀποθνήσκουσιν. ὁπόσοι δὲ τὸν μὲν θάνατον ἔγνωσαν πᾶσι κοινὸν εἶναι καὶ ἀναγκαῖον ἀνθρώποις, περὶ δὲ τοῦ καλῶς ἀποθνήσκειν ἀγωνίζονται, τούτους ὁρῶ μᾶλλόν πως εἰς τὸ γῆρας ἀφικνουμένους, καὶ, ἕως ἂν ζῶσιν, εὐδαιμονέστερον διάγοντας. ἃ καὶ ἡμᾶς δεῖ νῦν καταμαθόντας, (ἐν τοιούτῳ γὰρ καιρῷ ἐσμεν,) αὐτούς τε ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν.„

λά. Ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν, ἐπαύσατο. μετὰ τοῦτον δ' εἶπε Χειρίσοφος· Ἀλλὰ πρόσθεν μέν, ὦ Ξενοφῶν, τοσοῦτον μόνον σε ἐγίγνωσκον, ὅσον ἤκουον Ἀθηναῖον εἶναι. νῦν δὲ καὶ ἐπαινῶ σε ἐφ' οἷς λέγεις τε καὶ πράττεις, καὶ βουλόμην

criores erunt. Scitis enim, non multitudinem esse, non robur, quod victoriam in bellis parit: sed eos, qui Diis adiuuantibus, firmioribus animis hostes adoriuntur, plerumque illi non sustinent.

30. Venit et hoc in mentem mihi, eos, qui bellicis in rebus quoquo modo vitam quaerant, ignaue turpiterque vt plurimum mori. Qui vero mortem communem hominibus vniuersis esse, ac necessariam statuunt, tantumque de eo solliciti sunt, vt praeclare mortem obeant: eos equidem video magis ad senectam peruenire, ac quamdiu viuunt, maiore felicitate frui. Quae vos et animaduertite, quandoquidem ita temporis ratio postulat: et quum ipsi viri fortes sitis, tum alios cohortamini.

31. Quae quum dixisset, finem fecit: ac post ipsum Cherisophus: Ego vero antehac, inquit, saltem ex eo te noram, mi Xenophon, quod Atheniensem esse audieram. Nunc et orationem, et facta tua laudo, ac tui similes quamplurimos esse

μην ἂν ὅτι πλείστας εἶναι τοιάτας. κοινὸν γὰρ ἂν εἴη τὸ ἀγαθόν. καὶ νῦν, ἔφη, μὴ μέλλωμεν, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ἀπελθόντες ἤδη αἱρεῖσθε οἱ δεόμενοι ἄρχοντας, καὶ ἐλόμενοι ἥκετε εἰς τὸ μέσον τῶ στρατοπέδω, καὶ τὰς αἱρεθεντας ἄγετε. ἔπειτα ἐκεῖ συγκαλῶμεν τὰς ἄλλας στρατιώτας. παρέσω δ' ἡμῖν, ἔφη, καὶ Τολμιδης ὁ κήρυξ.„

λβ'. Καὶ ἅμα ταῦτα εἰπὼν ἀνέστη, ὡς μὴ μέλλοιτο, ἀλλὰ περαίνοιτο τὰ δέοντα. ἐκ τάτε ἡρέθησαν ἄρχοντες, ἀντὶ μὲν Κλεάρχα Τιμασίων Δαρδανεὺς, ἀντὶ δὲ Σωκράτας Ξανθικλῆς Αχαιὸς, ἀντὶ δὲ Αγίου Αρκάδος Κλεάνωρ Ορχομένιος, ἀντὶ δὲ Μένωνος Φιλήσιος Αχαιὸς, ἀντὶ δὲ Πρόξένου Ξενοφῶν Αθηναῖος.

ΚΕΦ. β'.

Ἐπεὶ δὲ ἤρηντο, ἡμέρα τε σχεδὸν ὑπέφαινε, καὶ εἰς τὸ μέσον ἦκον οἱ ἄρχοντες, ἔδοξεν αὐτοῖς, προφύλακας καταστήσαντας, συγκαλεῖν τὰς στρατιώτας. ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι στρα-

esse opto. Nam ea res bono publico seruiret. Enimuero ne cessemus, amici, sed discedite, ac quicunque magistratibus egetis, eos designate. Designati quum fuerint, media in castra reuertimini, et quos delegeritis, adducite. Nam deinde milites etiam caeteros advocabimus. Adfit etiam nobis Tolmides praeco.

32. Haec vbi dixisset, surrexit: vt ne differrentur ea, quae confici necesse erat, sed absoluerentur quamprimum. Deinde praetores lecti sunt, pro Clearcho, Timasion Dardanensis; pro Socrate, Xanthicles Achaeus; pro Agia Arcade, Cleanor Orchomenius; pro Menone, Philesius Achaeus; Proxeni loco, Xenophon Atheniensis.

CAP. II.

Dum illi legerentur, ac prope iam illucesceret, ac duces in medium prodirent; habito consilio statuunt, collocatis ante castra excubiis, militem conuocandum esse: qui vbi conuenisset,

ςρατιῶται συνῆλθον, ἀνέςη πρῶτον μὲν Χειρίσοφος ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ ἔλεξεν ὧδε·

β΄. Ω ἄνδρες ςρατιῶται, χαλεπὰ μὲν τὰ παρόντα, ὁπότε ἀνδρῶν ςρατηγῶν τοιούτων ςερόμεθα, καὶ ςρατιωτῶν *. πρὸς δ' ἔτι, καὶ οἱ ἀμφὶ Αριαῖον, οἱ πρόσθεν σύμμαχοι ὄντες, προδεδώκασιν ἡμᾶς. ὅμως δὲ δὴ ἐκ τῶν παρόντων ἄνδρας ἀγαθούς τε ἐλθεῖν, καὶ μὴ ὑφίεσθαι, ἀλλὰ πειρᾶσθαι, ὅπως, ἢν μὲν δυνώμεθα, καλῶς νικῶντες σωζώμεθα· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ καλῶς γε ἀποθνήσκωμεν, ὑποχείριοι δὲ μή ποτε γενόμεθα ζῶντες τοῖς πολεμίοις. οἶμαι γὰρ ἂν ἡμᾶς τοιαῦτα παθεῖν, οἷα τοὺς ἐχθροὺς οἱ Θεοὶ ποιήσειαν.„

γ΄. Επὶ τούτῳ Κλεάνωρ Ορχομένιος ἀνέςη, καὶ ἔλεξεν ὧδε· Ἀλλ' ὁρᾶτε μὲν, ὦ ἄνδρες, τὴν βασιλέως ἐπιορκίαν καὶ ἀσέβειαν· ὁρᾶτε δὲ τὴν Τισσαφέρνους ἀπιςίαν, ὅςις λέγων, ὡς γείτων τε εἴη τῆς Ελλάδος, καὶ περὶ πλείςου ἂν

ποι-

nisset, primus Cherisophus Lacedaemonius surgens, in hunc modum verba fecit:

2. Difficilis est, milites, rerum praesentium status, quum eiusmodi ducibus, et cohortium praefectis, et militibus orbati simus. Praeterea copiae Ariaei, quae nobis antea societate coniunctae erant, iam nos deseruerunt. Sed tamen e praesentibus hisce malis, vt viros fortes decet, emergendum nobis erit, ac nequaquam abiiciendi animi: quin potius danda opera, vt, si quidem poterimus, praeclare vincendo salutem consequamur: sin autem, saltem praeclare mortem obeamus, ac nunquam hostium in potestatem viui perueniamus. Etenim, ea nos perpessuros arbitror, quae in ipsos hostes Dii conuertant.

3. Post hunc Orchomenius ille Cleanor surgens, in hanc sententiam verba fecit: Videtis, inquit, milites, periurium regis et impietatem, itemque Tissaphernis perfidiam videtis, qui dum se vicinum Graeciae praedicat, ac plurimi hoc ipsum se facturum ait, quod incolumes

* Al. καὶ λοχαγῶν καὶ ςρατιωτῶν.

ποιήσαιτο σῶσαι ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτὸς ὀμόσας ἡμῖν, αὐτὸς δεξιὰς δοὺς, αὐτὸς ἐξαπατήσας, συνέλαβε τοὺς στρατηγούς· καὶ οὐδὲ Διὰ Ξένιον ἠδέσθη, ἀλλὰ Κλεάρχῳ καὶ ὁμοτράπεζος γενόμενος, αὐτοῖς τούτοις ἐξαπατήσας τοὺς ἄνδρας ἀπολώλεκεν. Ἀριαῖος δὲ, ὃν ἡμεῖς ἠθέλομεν βασιλέα καθιστάναι, καὶ ἐδώκαμεν καὶ ἐλάβομεν πίστα, μὴ προδώσειν ἀλλήλους, καὶ ὅτος ὅτε τοὺς Θεοὺς δείσας, ὅτε Κῦρον τὸν τεθνηκότα αἰδεσθείς, τιμώμενος μάλιστα ὑπὸ Κύρου ζῶντος, νῦν πρὸς τοὺς ἐκείνου ἐχθίστους ἀποστὰς, ἡμᾶς τοὺς Κύρου φίλους πανοῦργα ποιεῖν πειρᾶται. ἀλλὰ τούτους μὲν οἱ Θεοὶ ἀποτίσαιντο· ἡμᾶς δὲ δεῖ ταῦτα ὁρῶντας, μήποτε ἐξαπατηθῆναι ἔτι ὑπὸ τούτων, ἀλλὰ μαχομένους ὡς ἂν δυνώμεθα κράτιστα, τοῦτο, ὅ, τι ἂν δοκῇ τοῖς Θεοῖς, πάσχειν.„

δ'. Ἐκ τούτου Ξενοφῶν ἀνίσταται, ἐσταλμένος εἰς πόλεμον ὡς ἐδύνατο κάλλιστα· νομίζων, εἴτε νίκην διδοῖεν οἱ Θεοὶ, τὸν κάλλιστον κόσμον τῷ νικᾶν πρέπειν·

incolumes nos abducere poſſit: idem nobis iureiurando ſeſe obſtrinxit, idem dextram dedit, idem in fraudem duces illexit, et comprehendit. Nec Iouem hoſpitalem reueritus, Clearchum conuiuam excepit, et his artibus omnes circumſcriptos perdidit. Etiam Ariaeus, quem nos ad regnum euehere voluimus, cui nos fidem dedimus, ac viciſſim accepimus, de nobis mutuo non deferendis, etiam hic neque Deos metuens, neque Cyrum mortuum reueritus, a quo, dum viuerat, maximis erat honoribus ornatus, ad homines Cyro infeſtiſſimos defecit; ac nos, amicos Cyri, affligere nititur. Verum de his Dii merita ſupplicia ſumant. Nos autem, quum haec videamus, cauere debemus, ne ab eis amplius decipiamur; ſed, vbi fortiſſimis animis dimicaverimus, quidquid Diis viſum fuerit, feramus.

4. Hinc Xenophon ſurgit, quam elegantiſſime potuit, ad pugnam ornatus. Exiſtimabat enim, ſi Dii victoriam largirentur, pulcherrimum ornatum victoriae conuenire: ſin moriendum

πειν· εἴ τε τελευτᾶν δέοι, ὀρθῶς ἔχειν, τῶν καλλίστων ἑαυτὸν ἀξιώσαντα, ἐν τούτοις τῆς τελευτῆς τυγχάνειν. τὰ δὲ λόγε ἤχετο ὧδε· "Τὴν μὲν τῶν βαρβάρων ἐπιορκίαν τε καὶ ἀπιστίαν λέγει Κλεάνωρ, ἐπίστασθε δέ, οἶμαι, καὶ ὑμεῖς. εἰ μὲν δὴν βελευόμεθα πάλιν αὐτοῖς διὰ φιλίας ἰέναι, ἀνάγκη ἡμᾶς πολλὴν ἀθυμίαν ἔχειν, ὁρῶντας τὰς στρατηγὰς, οἳ διὰ πίστεως αὐτοῖς ἑαυτὰς ἐνεχείρισαν, οἷα πεπόνθασιν. εἰ μέντοι διανοούμεθα σὺν τοῖς ὅπλοις ὧν τε πεποιήκασι δίκην ἐπιθεῖναι αὐτοῖς, καὶ τὸ λοιπὸν διὰ παντὸς πολέμιε αὐτοῖς ἰέναι, σὺν τοῖς Θεοῖς, πολλαὶ ἡμῖν καὶ καλαὶ ἐλπίδες εἰσὶ σωτηρίας.,,

6. Τοῦτο δὲ λέγοντος αὐτοῦ, πτάρνυταί τις. ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται, πάντες μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν Θεόν. καὶ Ξενοφῶν εἶπε· "δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες, ἐπὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων οἰωνὸς τὸ Διὸς τὸ Σωτῆρος ἐφάνη, εὔξασθαι τῷ Θεῷ τούτῳ θύσειν σωτήρια. ὅπερ ἂν

moriendum esset; elegantissimo se dignum cultu indicabat, quo ornatus diem in terris extremum clauderet. Is in hunc modum exorsus est: Cleanor barbarorum nobis et periuria et perfidiam exposuit, quae quidem vobis etiam nota esse arbitror. Quod si ergo rursum amice cum ipsis agere consilium est, necesse est id magna cum demissione animi faciamus; quum videamus, qualia ducibus, qui se ipsis accepta fide tradiderunt, acciderint. Sin de ipsis, armata manu, poenas eorum quae perpetrarunt, exigere cogitamus, et omni genere belli eos persequi: multae, Diis iuuantibus, ac praeclarae se nobis spes salutis ostendunt.

5. Haec eo loquente, quidam sternuit. Id quum audiissent, vniuersi milites vno impetu Deum adorant. Et Xenophon ait: Quando, milites, nobis de salute loquentibus, saluatoris Iouis augurium oblatum est: equidem arbitror, huic Deo votum nuncupandum esse, mactaturos nos victimas, quibus nos gratos ob conseruatio-

ἂν πρῶτον εἰς Φιλίαν χώραν ἀφικώμεθα· συνεπεύξασθαι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς θύσειν κατὰ δύναμιν. καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτ', ἔφη, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα.'' καὶ ἀνέτειναν ἅπαντες. ἐκ τούτου εὐξαντο καὶ ἐπαιάνισαν.

5'. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῶν Θεῶν καλῶς εἶχεν, ἤρχετο πάλιν ὧδε. ''Ἐτύγχανον λέγων, ὅτι πολλαὶ καὶ καλαὶ ἐλπίδες ἡμῖν εἶεν σωτηρίας. πρῶτον μὲν γὰρ ἡμεῖς μὲν ἐμπεδοῦμεν τοὺς τῶν Θεῶν ὅρκους, οἱ δὲ πολέμιοι ἐπιωρκήσασί τε, καὶ καὶ τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους λελύκασιν. ἔτω δ' ἐχόντων, εἰκὸς τοῖς μὲν πολεμίοις ἐναντίους εἶναι τοὺς Θεούς, ἡμῖν δὲ συμμάχους, οἵπερ ἱκανοί εἰσι καὶ τοὺς μεγάλους ταχὺ μικροὺς ποιεῖν, καὶ τοὺς μικροὺς, κἂν ἐν δεινοῖς ὦσι, σώζειν εὐπετῶς, ὅταν βούλωνται.

6'. Ἔπειτα δὲ, ἀναμνήσω γὰρ ὑμᾶς καὶ τοὺς τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων κινδύνους· ἵν' εἰδῆτε ὡς ἀγαθοῖς τε ὑμῖν προσήκει εἶναι, σώζονταί τε σὺν τοῖς Θεοῖς καὶ ἐκ

nem noſtri declarabimus, quamprimum in regionem pacatam perueneriſmus. Praeterea Diis caeteris votum faciamus, ſacrificaturos nos pro facultatibus noſtris. Haec cuicunque placuerint, manum tollat. Sustulerunt omnes. ac deinde, voto concepto, paeanem exorſi ſunt.

6. Peractis rite omnibus, quae ad Deorum cultum pertinebant, rurſus ita coepit dicere: Aiebam modo, multas ac praeclaras ſpes ſalutis ſe nobis oſtendere. Primum enim ſacramenta, Diis teſtibus concepta, rata habuimus; quum hoſtes, peierando, tum foederum tum iurisiurandi religionem omnem violarint. Quae quum ita ſint, conſentaneum eſt, hoſtibus noſtris Deos infenſos eſſe, nobis praeſidio. Pollunt autem Dii tum ex magnis ſubito paruos facere, tum paruos, etiamſi periculis iactentur, facile conſeruare, quum volunt.

7. Libet hoc loco maiorum etiam noſtrorum pericula vobis in mentem reuocare, vt ſciatis et veſtrum eſſe, vt viri fortes ſitis, et ſtrenuos homines Deum ope, gra-

ἐκ πάνυ δεινῶν οἱ ἀγαθοί. ἐλθόντων μὲν γὰρ Περσῶν καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς παμπληθεῖ ςόλῳ ὡς ἀφανιούντων τὰς Αθήνας, ὑποςῆναι αὐτοῖς Αθηναῖοι τολμήσαντες ἐνίκησαν αὐτούς. καὶ εὐξάμενοι τῇ Αρτέμιδι, ὁπόσους ἂν κατακάνοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας καταθύσειν τῇ Θεῷ, ἐπεὶ οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν πεντακοσίας θύειν· καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀποθύουσιν.

ή. Επειτα ὅτε Ξέρξης ὕςερον ἀγείρας τὴν ἀναρίθμητον ςρατιὰν ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ελλάδα, καὶ τότε ἐνίκων οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τοὺς τούτων προγόνους, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. ὧν ἐςι μὲν τεκμήρια ὁρᾶν τὰ τρόπαια, μέγιςον δὲ μαρτύριον ἡ ἐλευθερία τῶν πόλεων, ἐν αἷς ὑμεῖς ἐγένεσθε καὶ ἐτράφητε· οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς Θεοὺς προσκυνεῖτε.

θ'. Τοιούτων μέν ἐςε προγόνων. οὐ μὲν δὴ τοῦτό γε ἐρῶ, ὡς ὑμεῖς καταισχύνετε αὐτούς· ἀλλ' οὔπω πολλαὶ

grauissimis etiam in periculis, seruari. Nam quum Persae vna cum aliis, quos adiunxerant sibi, ingente cum exercitu venirent, vt Athenas delerent: ausi Athenienses ipsis se obiicere, victoria potiti sunt. Quumque votum Dianae fecissent, quot hostes occidissent, tot se illi Deae capras mactaturos, quia satis multas inuenire non poterant: decretum factum est, vt singulos in annos 10 mactarentur, quas etiam quotannis hac tempestate mactant.

8. Deinde quum subsequentibus annis Xerxes, coacto illo innumerabili exercitu, in Graeciam profectus esset; tum quoque maiores nostri horum maiores terra marique vicerunt. Licet eius rei tanquam argumenta videre, quae tum constituta sunt, tropaea; longeque maximum testimonium est ipsa libertas vrbium, in quibus vos, et in lucem editi, et alti estis. Nec enim vllum hominem pro domino, sed Deo adoratis.

9. Huiusmodi maioribus prognati estis. Neque tamen eis vos dedecori esse dixerim: quippe nec-

λὰ ἡμέραι, ἀφ' ὧν ἀντιταξάμενοι τούτοις τοῖς ἐκείνων ἐκγόνοις, πολλαπλασίοις ὑμῶν αὐτῶν ἐνικᾶτε σὺν τοῖς θεοῖς. καὶ τότε μὲν δὴ περὶ τῆς Κύρου βασιλείας ἄνδρες ἦτε ἀγαθοί. νῦν δ', ὁπότε περὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ὁ ἀγὼν ἐστί, πολὺ δήπου ὑμᾶς προσήκει καὶ ἀμείνονας καὶ προθυμοτέρους εἶναι. ἀλλὰ μὴν καὶ θαρραλεωτέρους νῦν πρέπει εἶναι πρὸς τὰς πολεμίους.

1. Τότε μὲν γὰρ ἄπειροι ὄντες αὐτῶν, τό, τε πλῆθος ἀμέτρητον ὁρῶντες, ὅμως ἐτολμήσατε σὺν τῷ πατρίῳ φρονήματι ἰέναι εἰς αὐτούς· νῦν δ' ὁπότε καὶ πεῖραν ἤδη ἔχετε αὐτῶν, ὅτι θέλουσι, καὶ πολλαπλάσιοι ὄντες, μὴ δέχεσθαι ὑμᾶς, τί ὑμῖν ἔτι προσήκει τούτους φοβεῖσθαι; μηδὲ μέντοι τοῦτο μεῖον δόξητε ἔχειν, εἰ οἱ Κυρεῖοι, πρόσθεν σὺν ὑμῖν ταττόμενοι, νῦν ἀφεστήκασιν. ἔτι γὰρ ὅτοι κακίονες εἰσὶ τῶν ὑφ' ἡμῶν ἡττημένων. ἔφευγον δὲ πρὸς ἐκείνους, καταλιπόντες ὑμᾶς. τοὺς δὲ ἐθέλοντας φυγῆς ἄρχειν, πολὺ κρείττους, σὺν τοῖς πολεμίοις ταττομένους, ἢ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ τάξει, ὁρᾶν.

ια'. Εἰ

needum multi dies abiere, quum aduerſus hos, illorum poſteros, acie congreſſi, Deûm ope multo, quam vos eſtis, plures ſuperaſſis. Atque id fane temporis, pro Cyri regno viros vos fortes praeſtitiſſis: nunc quum de ſalute veſtra certamen propoſitum ſit, multo vos et meliores et alacriores eſſe par eſt, atque etiam aduerſus hoſtem fidentiores.

10. Nam ſi tum, quum nullum adhuc de ipſis periculum feciſſetis, conſpecta ipſorum immenſa multitudine, nihilominus patrio ſpiritu pergere aduerſus eos auſi eſtis: nunc quum periculum feceritis, ipſos ne quidem multo pluribus cum copiis vos ſuſtinere velle, quid cauſſae fuerit, cur eos adhuc metuatis? Enimuero non ideo vos deteriore loco eſſe putetis, quod Cyriani, prius a veſtris partibus ſtantes, iam defecerint. Nam illi etiam his ignaviores ſunt, quos nos vicimus. Etenim, nobis relictis, ad ipſos fugerunt. At eos, qui facere fugae initium velint, multo melius eſt, hoſtium in acie quam noſtra, cernere.

11. Quod

ιά. Εἰ δέ τις αὖ ὑμῶν ἀθυμεῖ, ὅτι ὑμῖν μὲν ἐκ εἰσὶν ἵππεῖς, τοῖς δὲ πολεμίοις πολλοὶ πάρεισιν, ἐνθυμήθητε, ὅτι οἱ μύριοι ἱππεῖς οὐδὲν ἄλλο, ἢ μύριοι ἄνθρωποι εἰσίν. ὑπὸ μὲν γὰρ ἵππου ἐν μάχῃ οὐδεὶς πώποτε ὅτε ἐκχθεὶς ὅτε λακτισθεὶς ἀπέθανεν· οἱ δ' ἄνδρες εἰσὶν οἱ ποιοῦντες ὅ, τι ἂν ἐν ταῖς μάχαις γίγνηται. ἐκεῖνοι τῶν γε ἱππέων πολὺ ἡμεῖς ἐπ' ἀσφαλεστέρᾳ ὀχήματος ἐσμέν. οἱ μὲν γὰρ ἔφ' ἵππων κρέμανται, φοβούμενοι οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ καταπεσεῖν· ἡμεῖς δ' ἐπὶ τῆς γῆς βεβηκότες, πολὺ μὲν ἰσχυρότερον παίσομεν, ἤν τις προσίῃ, πολὺ δ' ἔτι μᾶλλον, ὅτε ἂν ἐθέλωμεν, τευξόμεθα. ἑνὶ μόνῳ προέχουσιν ἡμᾶς οἱ ἱππεῖς· φεύγειν αὐτοῖς ἀσφαλέστερόν ἐστιν, ἢ ἡμῖν.

ιβ'. Εἰ δὲ δὴ τὰς μὲν μάχας θαῤῥεῖτε, ὅτι δ' ἐκέτι ἡμῖν Τισσαφέρνης ἡγήσεται, οὐδὲ βασιλεὺς ἀγορὰν παρέξει, τοῦτο ἄχθεσθε, σκέψασθε πότερον κρεῖττον, Τισσαφέρ-

11. Quod si vestrum minus praesenti est animo, propterea quod ab equitibus destituti simus, quorum copiam hostes habent: cogitetis velim, equites ceteros nihilo plus esse quam ceteros homines. Nam ab equi vel morsu, vel calcitratione, nemo unquam in proelio periit: viri sunt, per quos in pugnis omnia geruntur: ac nos quidem multo, quam equites, tutiore vehiculo vtimur. Nam illi ab equis pendent, neque nos tantum metuunt, sed illud etiam, ne ab equis excutiantur: nos terrae firmiter innixi, longe vehementius feriemus, si quis accedat, et multo magis id attingemus, quod volueriimus. Una tantum re nobis equites praestant: securius quam nos, fugam arripiunt.

12. Quod si ad pugnam quidem animi vestri satis sunt confidentes, sed illud vobis graue est, quod non amplius Tissaphernem ducem habituri sitis, neque rex posthac rerum venalium forum est suppeditaturus: considerare, vtrum potius sit, Tissaphernem du-

φέρειν ἡγεμόνα ἔχειν, ὃς ἐπιβουλεύων ἡμῖν φανερός ἐστιν, ἢ ὃς ὧν ἡμεῖς ἄνδρας λαβόντες ἡγεῖσθαι κελεύωμεν, οἳ εἴσονται, ὅτι, ἤν τι περὶ ἡμᾶς ἁμαρτάνωσι, περὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ἁμαρτάνωσι. τὸ δ' ἐπιτήδεια πότερον ὠνεῖσθαι κρεῖττον ἐκ τῆς ἀγορᾶς, ἧς ἔτοι παρεῖχον, μικρὰ μέτρα πολλῶ ἀργυρίῳ, μηδὲ τοῦτο ἔτι ἔχοντας αὐτοὺς, λαμβάνειν· ἢ, ἅπερ κρατοῦμεν, μέτρῳ χρωμένους, ὁπόσῳ ἂν ἕκαστος βούληται.

ιγ'. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν γιγνώσκετε, ὅτι ἅδε κρεῖττον, τὰς δὲ ποταμοὺς ἄπορον νομίζετε εἶναι, καὶ μεγάλως ἡγεῖσθε ἐξαπατηθῆναι διαβάντες, σκέψασθε εἰ ἄρα τοῦτο καὶ μωρότατον πεποιήκασιν οἱ βάρβαροι. πάντες μὲν γὰρ οἱ ποταμοὶ, ἢν πρόσω τῶν πηγῶν ἄποροι ὦσι, προϊοῦσι πρὸς τὰς πηγὰς διαβατοὶ γίγνονται, ἀδὲ τὸ γόνυ βρέχοντες.

ιδ'. Εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ διήσουσιν, ἡγεμών τε μηδεὶς

cem habere, qui nobis insidiari deprehensus est: an eos, quos delectos nosmet duces esse iussimus; et qui se intelligent, si quid committant, adversus animos suos, suaque corpora committere. Item considerate, num commeatum satius sit eo foro emere, cuius hi nobis copiam fecerunt, magna nimirum pecunia mensuras parvas, quum quidem vnde posthac argentum sumamus, non habeamus; an, victoria potitos, vti mensura, quam magna lubitum fuerit.

13. Quod si intelligitis, haec melius hoc quidem modo habitura, verum flumina esse quiddam, quod traiici nequeat, existimatis; atque ea vos transisse, magnae vobis esse fraudi ducitis; considerate quaeso, an non illud ipsum longe sultissime barbari fecerint. Quamvis enim omnes flumii procul a fontibus suis transiri nequeant, tamen ab iis, qui ad fontes ipsos progrediuntur, sic transiri possunt, vt ne genu quidem ab aqua humectetur.

14. Iam si nec amnes nos transmissuri sint, et dux nullus

vsquam

δεὶς φανεῖται, ἀδ' ὡς ἡμῖν γε ἀθυμητέον. ἐπισάμεθα γὰρ Μυσοὺς, οὓς ἂν ἡμῶν φαίημεν βελτίους εἶναι, οἱ βασιλέως ἄκοντος ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ πολλάς τε, καὶ μεγάλας, καὶ εὐδαίμονας πόλεις οἰκοῦσιν. ἐπισάμεθα δὲ Πεισίδας ὡσαύτως. Λυκάονας δὲ καὶ αὐτοὶ εἴδομεν ὅτι, ἐν τοῖς πεδίοις τὰ ἐρυμνὰ καταλαβόντες, τὴν τούτου χώραν καρπούμενοι.

ις'. Καὶ ἡμᾶς δ' ἂν ἔφην * ἔγωγε χρῆναι μήπω φανερὰς εἶναι οἰκαδε ὡρμημένους, ἀλλὰ κατασκευάζεσθαι, ὡς αὐτοῦ που οἰκήσοντας. οἶδα γὰρ, ὅτι καὶ Μυσοῖς βασιλεὺς πολλοὺς μὲν ἡγεμόνας ἂν δοίη, πολλοὺς δ' ἂν ὁμήρους τῶν ἀδόλως ἐκπέμψειν· καὶ ὁδοποιήσειέ γ' ἂν αὐτοὺς, καὶ εἰ σὺν τεθρίπποις βάλοιντο ἀπιέναι. καὶ ἡμῖν γ' ἂν οἶδ' ὅτι τρισάσμενος ταῦτα ἐποίει, εἰ ἑώρα ἡμᾶς μένειν παρασκευαζομένους.

ις'. Ἀλλὰ γὰρ δέδοικα μὴ, ἂν ἅπαξ μάθωμεν ἀργοὶ ζῆν, καὶ ἐν ἀφθόνοις βιοτεύειν, καὶ Μήδων δὲ καὶ Περσῶν καὶ-

visquam compareat; non tamen ne sic quidem animum despondere debemus. Scimus enim, Mysos, quos dicere nobis praestantiores non possumus, inuito rege, in ipsius ditione multas, et amplas, et opulentas vrbes incolere. Idem de Pisidis scimus. Lycaonas ipsi vidimus, occupatis munitis in planitie locis, regiae ditionis fructus percipere.

15. Atque equidem haudquaquam dixero, debere nos palam profiteri, quasi domum pergamus: sed potius simulandum existimo, quasi heic alicubi velimus habere sedes ac domicilia. Scio certe regem Mysis permultos duces daturum esse, permultos obsides, sine fraude se eos dimissurum. Immo etiam viam ipsis struerent, etiamsi vel in quadrigis discedere vellent. Quae quidem ipsa, sat scio, lubentissime nobis etiam praestaret, si nos videret ita nosmet parare, quasi mansuri heic essemus.

16. Verum metuo ne, si semel ignauiter, et in omnium rerum copia viuere consuescamus, atque etiam Persarum et Medo-

rum

* Al. φαίην.

καλαῖς καὶ μεγάλαις γυναιξὶ καὶ παρθένοις ὁμιλεῖν, μὴ, ὥσπερ οἱ λωτοφάγοι, ἐπιλαθώμεθα τῆς οἴκαδε ὁδοῦ. δοκεῖ ἔν μοι εἰκὸς καὶ δίκαιον εἶναι, πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ πρὸς τὰς οἰκείας πειρᾶσθαι ἀφικνεῖσθαι, καὶ ἐπιδεῖξαι τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι ἑκόντες πένονται, ἐξὸν αὐτοῖς τὰς νῦν οἴκοι ἀπλήρεις πολιτεύοντας, ἐνθάδε κομισαμένους, πλησίους ὁρᾶν. ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες, πάντα ταῦτ' ἀγαθὰ δηλονότι τῶν κρατούντων ἐστί.

ιζ'. Τοῦτο δὴ δεῖ λέγειν, πῶς ἂν πορευοίμεθά τε ὡς ἀσφαλέστατα, καὶ, εἰ μάχεσθαι δέοι, ὡς κράτιστα μαχοίμεθα. πρῶτα μὲν τοίνυν, ἔφη, δοκεῖ μοι κατακαῦσαι τὰς ἁμάξας, ἃς ἔχομεν, ἵνα μὴ τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ, ἀλλὰ πορευώμεθα ὅποι ἂν τῇ στρατιᾷ συμφέρῃ. ἔπειτα καὶ τὰς σκηνὰς συγκατακαῦσαι. αὗται γὰρ αὖ ὄχλον μὲν παρέχουσιν ἄγειν, συνωφελοῦσι δὲ οὐδὲν ὅτε εἰς τὸ μάχεσθαι, ὅτ' εἰς τὸ τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν.

ιή. Ετι

rum proceris et elegantibus feminis ac puellis familiares esse coeperimus, Lotophagorum in morem, suscipiendi in patriam itineris obliuiscamur. Quamobrem consentaneum et aequum mihi videtur esse, primum, vt in Graeciam et ad propinquos redire conemur, ac Graecis ostendamus, sua ipsos sponte pauperes esse; quum liceat eis, qui domi iam vitam inopem agunt, si huc pergant, palam opulentis esse. Sed enim, milites, haec omnia bona sunt eorum, qui victores euadunt.

17. De eo iam dicendum erit, quo pacto quam tutissime profecturi simus, ac, si proelio decertandum sit, quam optime proelium ineamus. Itaque primum plaustra nobis exurenda censeo, ne impedimentorum vehicula nobis imperent; sed quocunque visum erit exercitui conducere, pergamus: Deinde etiam tabernacula concremanda esse. Nam eorum vectura negotium nobis facessit, neque quidquam vel ad pugnam, vel ad commeatum comparandum adiumenti afferunt.

18. Prae-

ιή. Ετι δὲ τῶν ἄλλων σκευῶν τὰ περιττὰ ἀπαλλάξωμεν, πλὴν ὅσα πολέμῳ ἕνεκεν, ἢ σίτων, ἢ ποτῶν ἔχομεν· ἐν ἀς πλεῖστοι μὲν ἡμῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ὦσιν, ὡς ἐλάχιστοι δὲ σκευοφορῶσι. κρατουμένων μὲν γὰρ ἐπίσασθε ὅτι πάντα τὰ * ἀλλότρια· ἢν δὲ κρατῶμεν, καὶ τὰς πολεμίας δεῖ σκευοφόρας ἡμετέρας νομίζειν.

ιθ'. Λοιπόν μοι εἰπεῖν, ὅπερ καὶ μέγιστον νομίζω εἶναι· ὁρᾶτε γὰρ καὶ τὰς πολεμίας, ὅτι ἀ πρόσθεν ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησαν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον, πρὶν τὰς στρατηγὰς ἡμῶν συνέλαβον, νομίζοντες ὄντων μὲν τῶν ἀρχόντων, καὶ ἡμῶν πειθομένων, ἱκανὰς εἶναι ἡμᾶς περιγενέσθαι τῷ πολέμῳ· λαβόντας δὲ τὰς ἄρχοντας, ἀναρχίαν καὶ ἀταξίαν ἐνόμιζον ἡμᾶς ἀπολέσθαι.

κ'. Δεῖ δὴ πολὺ μὲν τὰς ἄρχοντας ἐπιμελεστέρας γενέσθαι τὰς νῦν τῶν πρόσθεν, πολὺ δὲ τὰς ἀρχομένας εὐτακτοτέρας, καὶ πειθομένας μᾶλλον τοῖς ἄρ-

18. Praeterea vaſorum reliquorum, quae ſuperuacanea ſunt, onere noſmet liberabimus; exceptis iis, quae vel ad bellicos vſus, vel cibi, vel potus habemus: vt quamplurimi noſtrûm inter armatos ſint, pauci admodum impedimenta vehant. Noſtis enim, fortunas omnes illorum, qui vincuntur, alienam in poteſtatem tranſire. Adeoque ſi vicerimus, exiſtimare debemus, hoſtes ipſos impedimenta noſtra vecturos

19. Reſtat, vt de eo dicam, quod eſſe mihi videtur maximum: Videtis etiam hoſtes non ante, bello nos auſos fuiſſe laceſſere, quam duces noſtros cepiſſent. Exiſtimabant enim, quamdiu duces habituri eſſemus, ac nos ipſis obtemperaturi; ſatis fore virium nobis ad hoc, vt ſuperiores in bello euaderemus: verum vbi duces cepiſſent, eorundem orbitate, ac perturbatione ordinis, futurum arbitrabantur vt periremus.

20. Quamobrem et duces iam deſignatos, neceſſe eſt iis, quos antehac habuimus, multo eſſe diligentiores: et milites ordinum obſeruantiores

* Alii omittunt τὰ

ἄρχωσι νῦν, ἢ καὶ πρόσθεν. ἢν δέ τις ἀπειθῇ, ἢν ψηφίσεσθε τὸν ἀεὶ ὑμῶν ἐντυγχάνοντα σὺν τῷ ἄρχοντι κολάζειν, ὅπως οἱ πολέμιοι πλεῖον ἐψευσμένοι ἔσονται· τῇδε γὰρ τῇ ἡμέρᾳ μυρίους ὄψονται ἀνθ' ἑνὸς Κλεάρχου, τοὺς ἑδενὶ ἐπιτρέψοντας κακῷ εἶναι.

κά. Ἀλλὰ γὰρ καὶ περαίνειν ἤδη ὥρα. ἴσως γὰρ οἱ πολέμιοι αὐτίκα παρέσονται. ὅ, τι μὲν ἓν τούτων δοκεῖ καλῶς ἔχειν, ἐπικυρώσατε ὡς τάχιστα, ἵν' ἔργῳ περαίνητε· εἰ δέ τις τί εἶδε τῶν ἄλλων βέλτιον ἢ ταύτῃ, τολμάτω καὶ ὁ ἰδιώτης διδάσκειν. πάντες γὰρ κοινῆς σωτηρίας δεόμεθα.„

κβ'. Μετὰ δὲ ταῦτα Χειρίσοφος εἶπεν· Ἀλλ' εἰ μέν τινος ἄλλου δεῖ πρὸς τούτοις, οἷς λέγει Ξενοφῶν, καὶ αὐτίκα ἔξεστι ποιεῖν. ἃ δὲ νῦν εἴρηκε, δοκεῖ μοι ὡς τάχιστα ψηφίσασθαι ἄριστον εἶναι. καὶ ὅτῳ δοκεῖ

res, et ad parendum praefectis promptiores modo quam antehac. Quod si decreueritis, vt, si quis dicto non fuerit audiens, semper liceat ei, qui e vobis forte adfuerit, in hunc, vna cum praefecto, exemplum statuere; tum nimirum hostes plane spe sua excident. Nam hodierno die Clearchos vel sexcentos pro vno conspecturi sunt, per quos nemini esse ignauo liceat.

21. Sed iam tempus est, vt ad finem haec perducamus. Nam fortassis hostes mox aderunt. Quidquid autem horum vobis recte dictum videtur, quamprimum ratum habete, quo reipsa perficiatur. Quod si quis aliorum meliorem hac rationem perspicit, etiamsi priuatus gregarinsque miles sit, tamen eam nobis commonstrare ne vereatur. Omnes enim communiter salutis et incolumitatis egemus.

22. Post haec Cherisophus: Enimuero, inquit, si quid aliud necessarium erit, quod Xenophon omiserit, statim fieri poterit. Quae autem iam dixit, quamprimum decerni optimum esse duco:

δοκεῖ ταῦτα, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα.„ ἀνέτειναν ἅπαντες.

κγ'. Λυσὰς δὲ πάλιν εἶπε Ξενοφῶν· "ὦ ἄνδρες, ἀκήκοατε ὧν προσδοκᾶν δοκεῖ μοι. δηλονότι πορεύεσθαι ἡμᾶς δεῖ, ὅπῃ ἕξομεν τὰ ἐπιτήδεια. ἀκήκοα δὲ κώμας εἶναι καλὰς, ἃ πλεῖον εἴκοσι σαδίων ἀπεχέσας. ὃκ ἂν ἔν θαυμάζοιμι, εἰ οἱ πολέμιοι, ὥσπερ οἱ δειλοὶ κύνες, τὺς μὲν παριόντας διώκουσί τε καὶ δάκνουσιν, ἢν δύνωνται, τὺς δὲ διώκοντας φεύγουσιν· εἰ καὶ αὐτοὶ ἡμῖν ἀπιέσιν ἐπακολουθοῖεν.

κδ'. Ισως ἔν ἀσφαλέστερον ἡμῖν πορεύεσθαι πλαίσιον ποιησαμένυς τῶν ὅπλων, ἵνα τὰ σκευοφόρα, καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἐν ἀσφαλεστέρῳ ᾖ. εἰ ἔν νῦν ἀποδειχθείη, τίνα χρὴ ἡγεῖσθαι τὲ πλαισίε, καὶ τὰ πρόσθεν κοσμεῖν, καὶ τίνας ἐπὶ τῶν πλευρῶν ἑκατέρων εἶναι, καὶ τίνας ὀπισθοφυλακεῖν, ὃκ ἄν, ὁπότε οἱ πολέμιοι ἐλθοιεν, βελεύεσθαι ὑμᾶς δέοι, ἀλλὰ χρώμεθ' ἂν εὐθὺς τοῖς τεταγμένοις.

κέ. Εἰ

duco: et vero cui probantur, is manum tollat. Mox sustulerunt omnes.

23. Et Xenophon, quum iterum adsurrexisset: Audite, inquit, milites, quae nobis metuenda putem. Patet, eundum nobis esse ad ea loca, in quibus commeatum habeamus. Ego vero pulcherrimos audio vicos non vltra xx stadia hinc abesse. Quare nihil mirer, si, quemadmodum timidi canes praetereuntes et insectantur et mordent, si possint; persequentes fugiunt; sic etiam hostes isti nos discedentes a tergo sequantur.

24. Itaque securius fortassis iter fecerimus, si in quadratum agmen dispositis armatis incedamus, vt impedimenta, et omnis turba loco sit tutiore. Quod si iam statuerimus, quem a fronte curare, quem ab vtroque latere, quem a tergo quadrati agminis esse oporteat; non necesse sit tum nos deliberare, quum hostes aduenerint, sed milite iam instructo licebit vti.

25. Si

κέ. Εἰ μὲν οὖν ἄλλος τις βέλτιον ὁρᾷ, ἄλλως ἐχέτω· εἰ δὲ μὴ, Χειρίσοφος μὲν ἡγοῖτο, ἐπειδὴ καὶ Λακεδαιμόνιός ἐστι. τῶν δὲ πλευρῶν ἑκατέρων δύο τῶν πρεσβυτάτων στρατηγὼ ἐπιμελοίσθην, ὀπισθοφυλακῶμεν δὲ ἡμεῖς οἱ νεώτατοι, ἐγώ τε καὶ Τιμασίων, τὸ νῦν εἶναι. τὸ δὲ λοιπὸν, πειρώμενοι ταύτης τῆς τάξεως, βουλευσόμεθα ὅ, τι ἂν αἰεὶ κράτιστον δοκοίη εἶναι. εἰ δέ τις ἄλλο βέλτιον ὁρᾷ, λεξάτω.,,

κϛ'. Επεὶ δὲ οὐδεὶς ἀντέλεγεν, εἶπεν, ὅτῳ δοκεῖ ταῦτα, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα. ἔδοξε ταῦτα. "νῦν, ἔφη, ἀπιόντας ποιεῖν δεῖ τὰ δεδογμένα. καὶ ὅστις τε ἡμῶν τοὺς οἰκείους ἐπιθυμεῖ ἰδεῖν, μεμνήσθω ἀνὴρ ἀγαθὸς εἶναι. οὐ γὰρ ἐστιν ἄλλως τούτου τυχεῖν. ὅστις τε ζῆν ἐπιθυμεῖ, πειράσθω νικᾶν. τῶν μὲν γὰρ νικόντων, τὸ κατακαίνειν, τῶν δὲ ἡττωμένων, ἀποθνήσκειν ἐστί. καὶ εἴ τις γε χρημάτων ἐπιθυμεῖ, κρατεῖν πειράσθω. τῶν γὰρ νικόντων ἐστὶ καὶ τὰ ἑαυτῶν σώζειν, καὶ τὰ τῶν ἡττωμένων λαμβάνειν.

ΚΕΦ.

25. Si quid igitur ab alio rectius perspicitur, aliter res instituitor: sin autem, Cherisophus fronti praesit, praesertim quum sit Lacedaemonius. Vtrivsque lateris, duo natu maximi duces, curam habeant: tergum nos aetate minores custodiamus, ego scilicet ac Timasion, vti nunc quidem res habet. Quod superest, posteaquam huius ordinis periculum fecerimus, quidquid semper optimum factu videbitur, id consilii capiemus. Si quis meliorem rationem perspicit, eam exponat.

26. Quum nemo aduersareur, ait: Cui probantur haec, manum tollat. Itaque res decreta fuit. Et Xenophon: Praestanda iam sunt, inquit, reipsa, quae a nobis decreta sunt. Qui suos videre desiderat, meminerit debere se virum fortem esse. Nam caeteroqui nequit hoc adipisci. Qui item vita cupit frui, det operam vt vincat. Victoribus enim, caedes hostium; victis, mors est proposita. Si denique opum quis cupiditate ducitur, id conetur, vt superior euadat. Etenim victorum est, et sua tueri; et ea, quae victi possident, sibi vindicare.

CAP.

ΚΕΦ. γ'.

Τούτων λεχθέντων ἀνέσησαν, καὶ ἀπελθόντες κατέπαυον τὰς ἁμάξας καὶ τὰς σκηνάς. τῶν δὲ περιττῶν, ὅτου μὲν δέοιτό τις, μετεδίδοσαν ἀλλήλοις, τὰ δὲ ἄλλα εἰς τὸ πῦρ ἐρρίπτουν. ταῦτα ποιήσαντες ἠρίστοποιοῦντο. ἀριστοποιουμένων δὲ αὐτῶν ἔρχεται Μιθραδάτης σὺν ἱππεῦσιν ὡς τριάκοντα, καὶ καλεσάμενος τοὺς στρατηγοὺς εἰς ἐπήκοον, λέγει ὧδε·

Ε'. Ἐγώ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, καὶ Κύρῳ πιστὸς ἦν, ὡς ὑμεῖς ἐπίστασθε, καὶ νῦν ὑμῖν εὔνους· καὶ ἐνθάδε εἰμὶ σὺν πολλῷ φόβῳ διάγων. εἰ ἔν ὁρῴην ὑμᾶς σωτήριόν τι βουλευομένους, ἔλθοιμι ἂν πρὸς ὑμᾶς, καὶ τοὺς θεράποντας πάντας ἄγων. λέξατε ἔν, ἔφη, πρός με, τί ἐν νῷ ἔχετε, ὡς πρὸς φίλον τε καὶ εὔνουν, βουλόμενον κοινῇ σὺν ὑμῖν τὸν πόλον ποιεῖσθαι.„

γ'. Βουλευομένοις τοῖς στρατηγοῖς ἔδοξεν ἀποκρίνασθαι τάδε, καὶ ἔλεγε Χειρίσοφος, Ἡμῖν δοκεῖ, ἢν μέν τις

CAP. III.

Quae quum ab Xenophonte dicta fuissent, surrexerunt omnes, et quum abiissent, plaustra tentoriaque cremarunt. Deinde vasa superuacanea cum indigentibus communicant, caetera in ignem abiiciunt. Posi haec prandent, quo tempore Mithradates cum equitibus triginta circiter venit: ac ducibus, in locum, vnde posset exaudiri, vocatis, ait:

2. Equidem Cyro, Graeci, quemadmodum vobis constat, fidelis fui, et vobis nunc optime volo, adeoque heic magno cum metu versor. Itaque si quid vos consilii salutaris habere videro, ad vos me cum ministris omnibus conferam. Quare quid vobis animi sit, mihi et amico, et vestri studioso, et vobiscum proficiscendi cupido, exponite.

3. Duces, re deliberata, statuerunt respondendum esse verbis Cherisophi: Decreuimus per hanc

τις ἐᾶ ἡμᾶς ἀπιέναι οἴκαδε διαπορεύεσθαι τὴν χώραν, ὡς ἂν δυνώμεθα, ἀσινέστατα· ἢν δέ τις ἡμᾶς τῆς ὁδοῦ ἀποκωλύῃ, διαπολεμεῖν τούτῳ, ὡς ἂν δυνώμεθα κράτιστα.

δ'. Ἐκ τούτου ἐπειρᾶτο Μιθραδάτης διδάσκειν, ὡς ἄπορον εἴη, βασιλέως ἄκοντος, σωθῆναι· ἔνθα δὴ ἐγιγνώσκετε, ὅτι ὕποπτος εἴη. καὶ γὰρ τῶν Τισσαφέρνους τις οἰκείων παρῃκολούθει πίστεως ἕνεκα. καὶ ἐκ τούτου ἐδόκει τοῖς στρατηγοῖς, βέλτιον εἶναι, δόγμα ποιήσασθαι, τὸν πόλεμον ἀκήρυκτον εἶναι, ἕως τε ἐν τῇ πολεμίᾳ εἶεν. διέφθειρον γὰρ προσιόντες τοὺς στρατιώτας, καὶ ἕνα γε λοχαγὸν διέφθειραν, Νίκαρχον Ἀρκάδα· καὶ ᾤχετο ἀπιὼν νυκτὸς σὺν ἀνθρώποις ὡς εἴκοσι.

ε. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀρισήσαντες, καὶ διαβάντες τὸν Ζάθην* ποταμὸν, ἐπορεύοντο τεταγμένοι, τὰ ὑποζύγια καὶ τὸν ὄχλον ἐν μέσῳ ἔχοντες. ὡς πολὺ δὲ προελελυθότων αὐτῶν, ἐπιφαίνεται πάλιν ὁ Μιθραδάτης, ἱππέας ἔχων ὡς διακοσίους, καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας ὡς τετρακοσίους, μάλα ἐλα-

hanc regionem quam pacatissime domum iter facere, si per alios liceat. Sin quis iter impediat, eum pro viribus fortiter bello petemus.

4. Tum vero Mithradates offendere nitebatur, nullam, inuito rege, salutis iniri posse rationem: deque hoc intellectum esi, fidem ei non habendam. Nam et Tissaphernis familiaris quidam, fidei causa, Mithradati aderat. Proinde visum est ducibus, nihil statui melius posse, quam si, quam diu sint in hostico, bellum, praeconibus nullis interuenientibus, gererent. Nam illi accedendo militum animos corrumpebant, atque inter alios Nicarchum Arcadem, cohortis praefectum, qui noctu cum viginti hominibus discessit.

5. Post haec pransi Zathen fluuium traiiciunt, et instructi pergunt, iumentis ac turba inermi in medium recepta. Non longe progressi quum essent, prodit iterum Mithradates hic in conspectum, cum cc equitibus, sagittariis et funditoribus agilibus et expeditis

* Al. Ζάβατον.

ἐλαφρὸς καὶ εὐζώνους· καὶ προσήει μὲν, ὡς φίλος ὤν, πρὸς τοὺς Ἕλληνας.

ς'. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἐγένετο, ἐξαπίνης οἱ μὲν αὐτῶν ἐτόξευον καὶ ἱππεῖς καὶ πεζοὶ, οἱ δ' ἐσφενδόνων καὶ ἐτίτρωσκον. οἱ δ' ὀπισθοφύλακες τῶν Ἑλλήνων ἔπασχον μὲν κακῶς, ἀντεποίουν δὲ οὐδέν. οἵ τε γὰρ Κρῆτες βραχύτερα τῶν Περσῶν ἐτόξευον, καὶ ἅμα φίλοι ὄντες εἴσω τῶν ὅπλων κατεκέκλιντο· οἵ τε ἀκοντισταὶ βραχύτερα ἠκόντιζον ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι τῶν σφενδονητῶν.

ζ'. Ἐκ τούτου Ξενοφῶντι ἐδόκει διωκτέον εἶναι, καὶ ἐδίωκον τῶν δὲ ὁπλιτῶν καὶ τῶν πελταστῶν οἱ ἔτυχον σὺν αὐτῷ ὀπισθοφυλακοῦντες· διώκοντες δὲ οὐδένα κατελάμβανον τῶν πολεμίων. ὅτε γὰρ ἱππεῖς ἦσαν τοῖς Ἕλλησιν, ὅτε οἱ πεζοὶ τοὺς πεζοὺς ἐκ πολλοῦ φεύγοντας ἐδύναντο καταλαμβάνειν ἐν ὀλίγῳ χωρίῳ. πολὺ γὰρ οὐκ οἷόν τε ἦν ἀπὸ τοῦ ἄλλου στρατεύματος διώκειν. οἱ δὲ βάρβαροι ἱππεῖς καὶ φεύγοντες ἅμα ἐτίτρωσκον, εἰς

ditis admodum cccc, simulans se Graecis amicum, accedere.

6. Quum propius abesset, et subito equites ipsorum, et pedites partim emittebant tela, partim fundis nostros vulnerabant. Graeci autem qui extremo erant in agmine, feriebantur impune, quum ipsi nihil nocerent. Nam Cretenses minus ad interuallum, quam Persae, sagittas mittebant; et quia nudi essent, intra grauis armaturae milites se recipiebant. Itidem iaculatores minus longe tela emittebant, vt attingere funditores haud possent.

7. Tum vero Xenophonti visum est persequendum esse hostem, adeoque grauis armaturae milites, et cetrati, qui cum ipso erant, extremo in agmine, tametsi persequerentur, nullum tamen ex hostibus ceperunt. Nam equites Graeci nullos habebant, et pedites fugientem e longinquo peditatum hostium, exiguo in campo, capere non poterant. Non enim longe a copiis caeteris persequi licebat. Praeterea barbari equites etiam quum fugerent, nihilominus vulnerabant sequentes, quip-

εἰς τὰ ὄπισθεν τοξεύοντες ἀπὸ τῶν ἵππων. ὁπόσον δὲ προδιώξειαν οἱ Ἕλληνες, τοσοῦτο πάλιν ἐπαναχωρεῖν μαχομένους ἔδει.

η'. Ὡς δὲ τῆς ἡμέρας ὅλης διῆλθον ὡς πλέον πέντε καὶ εἴκοσι σταδίων, ἀλλὰ δείλης ἀφίκοντο εἰς τὰς κώμας. ἔνθα δὴ πάλιν ἀθυμία ἦν. καὶ Χειρίσοφος καὶ πρεσβύτατοι τῶν στρατηγῶν Ξενοφῶντα ἠτιῶντο, ὅτι ἐδίωκεν ἀπὸ τῆς φάλαγγος, καὶ αὐτός τε ἐκινδύνευε, καὶ τοὺς πολεμίους οὐδὲν μᾶλλον ἐδύνατο βλάπτειν.

θ'. Λυσίας δὲ ὁ Ξενοφῶν ἔλεγεν, ὅτι ὀρθῶς ἠτιῶντο, καὶ αὐτὸ τὸ ἔργον αὐτοῖς μαρτυροίη· "ἀλλ' ἐγὼ ἠναγκάσθην διώκειν, ἐπεὶ ἑώρων ἡμᾶς ἐν τῷ μένειν κακῶς μὲν πάσχοντας, ἀντιποιεῖν δ' οὐδὲν δυναμένους. ἐπειδὴ δὲ ἐδιώκομεν, ἀληθῆ, ἔφη, ὑμεῖς λέγετε. κακῶς μὲν γὰρ οὐδὲν ποιεῖν μᾶλλον ἐδυνάμεθα τοὺς πολεμίους, ἀνεχωρήσαμεν δὲ πάνυ χαλεπῶς. τοῖς οὖν Θεοῖς χάρις, ὅτι

pe qui ab equis a tergo ſagittas eiacularentur. Et quantum ſpatii perſequendo Graeci progrediebantur, tantundem eos pugnando retrocedere neceſſe erat.

8. Quo factum eſt, vt die toto non plura quam xxv ſtadia conficerent; et ſub veſperam in vicos peruenirent. Hoc vero noua erat anxietas. Cheriſophus et ii, qui inter duces maximi natu erant, Xenophontem reprehendebant, quod a phalange longius hoſtem perſequutus fuiſſet; neque id vllo cum hoſtium incommodo, et ſuo cum periculo.

9. Quae quum audiret Xenophon, recte ſe reprehendi aiebat, ipſa re orationi eorum teſtimonium perhibente: Verum equidem inquit, neceſſitate adductus ſum, vt ipſos perſequerer. Nam videbam nos grauiter affligi, dum conſiſteremus; quum nihil ipſi poſſemus afferre hoſtibus detrimenti. Quum primum autem perſequi coepimus, acciderunt illa ſane nobis, quae dicitis. Etenim nulla re hoſtem laedebamus, et difficulter admodum retrocedebatur. Quare Diis habeo gratiam, quod

non

ἀ σὺν πολλῇ ῥώμῃ, ἀλλὰ σὺν ὀλίγοις ἦλθον· ὥστε βλάψαι μὲν μὴ μεγάλα, δηλῶσαι δὲ ὧν δεόμεθα.

ι. Νῦν γὰρ οἱ μὲν πολέμιοι τοξεύσει καὶ σφενδονῶσιν ὅσον ἅτε οἱ Κρῆτες ἀντιτοξεύειν δύνανται, ἅτε οἱ ἐκ χειρὸς βάλλοντες ἐξικνεῖσθαι. ὅταν δὲ αὐτὰς διώκωμεν, πολὺ μὲν οὐκ οἷόν τε φεύγειν ἀπὸ τοῦ στρατεύματος διώκειν, ὀλίγον δὲ· ἐνθα καὶ εἰ ταχὺς εἴη πεζὸς, πεζὸν ἂν διώκων καταλάβοι ἐκ τόξου ῥύματος. ἡμεῖς μὲν δὴ, εἰ μέλλομεν τάττεσθαι εἴργειν, ὥστε μὴ δύνασθαι βλάπτειν ἡμᾶς πορευομένους, σφενδονητῶν τε τὴν ταχίστην δεῖ καὶ ἱππέων.

ιά. Λύκιος δ' εἶναι ἐν τῷ στρατεύματι ἡμῶν Ροδίους, ὧν τοὺς πολλοὺς φασὶν ἐπίστασθαι σφενδονᾶν, καὶ τὸ βέλος αὐτῶν καὶ διπλάσιον φέρεσθαι τῶν Περσικῶν σφενδονῶν. ἐκεῖναι γὰρ, διὰ τὸ χειροπλήθεσι τοῖς λίθοις [σφενδονᾶν,

non copiosa cum manu, sed cum paucis venerint: vt magnum quidem rebus nostris damnum afferre non possent, quid vero nobis esset ex vsu, significarent.

10. Nam sagittis et fundis vtuntur hostes aduersus nos, tanto ex internallo, vt neque Cretenses vicissim eos sagittis petere possint, neque ad eos pertingere alii, qui manu tela torquent. Quod si eos persequi volumus, fieri non potest, vt longo spatio ab exercitu ipsos persequamur. Vbi vero spatium exiguum est, ibi pedes, ne quidem si celer fuerit, peditem persequendo assequi intra sagittae iactum potest. Quare si hos impedire volumus, ne nobis iter facientibus detrimentum afferre possint; quamprimum nos et funditores et equites habere necesse est.

11. Ac nostris quidem in castris esse Rhodios audio, quorum complures fundae vsum habere cognitum aiunt, eorumque telum duplo tendere longius perhibent, quam fundae Persicae soleant. Nam hae propterea, quod lapides eiaculentur eos, qui manus implent.

δοιᾶν, ἐπὶ βραχὺ ἐξικνῆνται. οἱ δέ γε Ῥόδιοι καὶ ταῖς μολιβδίσιν ἐπίστανται χρῆσθαι. ἢν οὖν αὐτῶν ἐπισκεψώμεθα τίνες πεπάνται σφενδόνας, καὶ τούτων τῷ μὲν δῶμεν αὐτῶν ἀργύριον, τῷ δὲ ἄλλας πλέκειν ἐθέλοντι ἄλλο ἀργύριον τελῶμεν, καὶ τῷ σφενδονᾶν ἐντεταγμένῳ ἐθέλοντι ἄλλην τινὰ ἀτέλειαν εὑρίσκωμεν, ἴσως τινὲς φανῆνται ἱκανοὶ ἡμᾶς ὠφελεῖν.

ιβ'. Ὁρῶ δὲ καὶ ἵππους ἐν τῷ στρατεύματι, τοὺς μέν τινας παρ' ἐμοί, τοὺς δὲ τῷ Κλεάρχῳ καταλελειμμένους, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους αἰχμαλώτους σκευοφοροῦντας. ἂν οὖν τούτους πάντας ἐκλέξαντες, σκευοφόρα μὲν ἀντιδῶμεν, τοὺς δὲ ἵππους εἰς ἱππέας κατασκευάσωμεν, ἴσως καὶ ὅτοι τοὺς φεύγοντας ἀνιάσωσιν.„ ἐδόκει ταῦτα, καὶ ταύτης τῆς νυκτὸς σφενδονῆται μὲν εἰς διακοσίους ἐγένοντο, ἵπποι δὲ καὶ ἱππεῖς ἐδοκιμάθησαν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς πεντήκοντα, καὶ στολάδες καὶ θώρακες αὐτοῖς ἐπορίσθησαν, καὶ ἵππαρχος ἐπεστάθη Λύκιος ὁ Πολυστράτου, Ἀθηναῖος.

ΚΕΦ.

ad breue ſpatium pertingunt: Rhodii glandibus etiam plumbeis vti norunt. Quod ſi ergo conſideraeuerimus, quinam eorum fundas habeant, atque his partim argentum dederimus, partim alias pretio faciundas locauerimus, et receptis in funditorum ordinem (*iis qui velint*) immunitatis aliam quoque rationem inuenerimus; fortaſſe nonnulli exhibebunt ſe, qui eſſe nobis vſui poterunt.

12. Praeterea video in caſtris equos, partim apud me, partim a Clearcho relictos, partim alios bello captos, quibus impedimenta veluntur. Horum igitur omnium delectu habito, ſi pro eis iumenta ſubſtituemus vehendis impedimentis idonea, et equos ipſos equitibus adornabimus; fortaſſis et illi hoſtibus fugientibus aliquid moleſtiae exhibuerint. Probata haec eſt ſententia, ſtatimque nocte illa funditores circiter cc facti ſunt, ac poſtridie tum equi, tum equites quinquaginta lecti, eisque confectae ſtolades et loricae. Equitibus praefectus datus eſt Lycius, Polyſtrati filius, Athenienſis.

CAP.

ΚΕΦ. δ'.

Μείναντες δὲ ταύτην τὴν ἡμέραν, τῇ ἄλλῃ ἐπορεύοντο, πρωϊαίτερον ἀναστάντες. χαράδραν γὰρ αὐτοὺς ἔδει διαβῆναι, ἐφ' ἣ ἐφοβοῦντο μὴ ἐπιθοῖντο αὐτοῖς διαβαίνουσιν οἱ πολέμιοι. διαβεβηκόσι δὲ αὐτοῖς ἐπιφαίνεται ὁ Μιθραδάτης πάλιν, ἔχων ἱππέας χιλίους, τοξότας δὲ καὶ σφενδονήτας εἰς τετρακισχιλίους. τοσούτους γὰρ ἤτησε Τισσαφέρνην, καὶ ἔλαβεν, ὑποσχόμενος, ἢν τούτους λάβῃ, παραδώσειν αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας· καταφρονήσας, ὅτι ἐν τῇ ἔμπροσθεν προσβολῇ ὀλίγους ἔχων, ἔπαθε μὲν οὐδέν, πολλὰ δὲ κακὰ ἐνόμισε ποιῆσαι.

β'. Ἐπεὶ δὲ οἱ Ἕλληνες διαβεβηκότες ἀπεῖχον τῆς χαράδρας ὅσον ὀκτὼ σταδίους, διέβαινε καὶ ὁ Μιθραδάτης, ἔχων τὴν δύναμιν. παρήγγελτο δὲ, τῶν τε πελταστῶν ὡς ἑκάστοις διώ-

CAP. IV.

Quum autem hoc die, quo subsiiterant, loco mansissent; postridie mane, quum maturius aliquanto surrexissent, profecti sunt. Erat enim vallis quaedam eis transeunda, quam dum transirent, ne hostes ipsos adorirentur, metuebant. Quum iam transiissent, offert illis in conspectum se rursus Mithradates cum CIↃ equitibus, sagittariis et funditoribus IIIICIↃ. Tot enim a Tissapherne petierat et impetrarat: quippe qui pollicitus fuerat, se, si tantas sibi copias daret, in eius potestatem Graecos traditurum. Etenim iam ipsi contemtui erant, quod priore incursu, paucis instructus, nihil detrimenti accepisset, ac graviter se laesisse nos arbitraretur.

2. Quum ergo Graeci, transita valle, stadia circiter IIX ab ea distarent; etiam Mithradates suis cum copiis transit. Erat autem praeceptum nostris, quinam persequi hostem cetrati deberent, quique gravis armaturae

διώκειν, καὶ τῶν ὁπλιτῶν, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν εἴρητο θαρρεῖσι διώκειν, ὡς ἐφεψομένης ἱκανῆς δυνάμεως.

γ'. Επεὶ δὲ ὁ Μιθραδάτης κατειλήφει, καὶ ἤδη σφενδόναι καὶ τοξεύματα ἐξικνοῦντο, ἐσήμηνε τοῖς Ελλησι τῇ σάλπιγγι, καὶ εὐθὺς ἔθεον ὁμόσε οἷς εἴρητο, καὶ οἱ ἱππεῖς ἤλαυνον. οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' ἔφευγον ἐπὶ τὴν χαράδραν. ἐν ταύτῃ τῇ διώξει τοῖς βαρβάροις τῶν τε πεζῶν ἀπέθανον πολλοὶ, καὶ τῶν ἱππέων ἐν τῇ χαράδρᾳ ζωοὶ ἐλήφθησαν ὡς ὀκτωκαίδεκα. τοὺς δ' ἀποθανόντας αὐτοκέλευστοι οἱ Ελληνες ᾐκίσαντο, ὡς ὅτι φοβερώτερον τοῖς πολεμίοις εἴη ὁρᾶν.

δ'. Καὶ οἱ μὲν πολέμιοι οὕτω πράξαντες ἀπῆλθον, οἱ δ' Ελληνες ἀσφαλῶς πορευόμενοι τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας, ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμόν. ἐνταῦθα πόλις ἦν ἐρήμη, μεγάλη, ὄνομα δ' αὐτῇ ἦν Λάρισσα· ᾤκουν δ' αὐτὴν τοπαλαιὸν Μῆδοι. τοῦ δὲ τείχους ἦν αὐτῆς τὸ εὖρος πέντε καὶ εἴκοσι πόδες, ὕψος δ'

milites; et mandatum equitibus, vt fidenter in eos proueherentur: quippe sequuturas satis magnas copias.

3. Iam Mithradates Graecos assecutus erat, ac fundae cum telis ad hostem pertingebant, quum signum Graecis tuba datum est: itaque mox in hostem illi cursu feruntur, quibus hoc mandatum erat, equitibus etiam in aduersos se fundentibus. Illi vero impetum haud sustinebant, sed ad vallem se recipiebant fuga. Multos hac in persecutione barbari pedites amiserunt, equites in valle viui capti sunt ad XIIX. Caesos Graeci, neminis iussu, sed sponte sua, foede lacerarunt; vt maiori cum terrore ab hostibus spectarentur.

4. Atque hostes, hoc modo re gesta, discedebant. Graeci, quod reliquum diei erat, secure pergendo quum confecissent, ad Tigrim amnem perueniunt. Eo loco deserta quaedam vrbs erat ampla, cuius nomen Larissa. Habitauerant eam priscis temporibus Medi. Murus habebat XXV pedum latitudinem,

δ' ἑκατόν. τὸ δὲ κύκλῳ ἡ περίοδος δύο παρασάγγαι· ὠκοδόμητο δὲ πλίνθοις κεραμίαις· κρηπὶς δὲ ὑπῆν λιθίνη τὸ ὕψος εἴκοσι ποδῶν.

ε. Ταύτην βασιλεὺς ὁ Περσῶν, ὅτε παρὰ Μήδων ἐλάμβανον τὴν ἀρχὴν Πέρσαι, πολιορκῶν, ἐδενὶ τρόπῳ ἐδύνατο ἑλεῖν. ἥλιος δὲ νεφέλην προκαλύψας * ἠφάνισε, μέχρις οἱ ἄνθρωποι ἐξέλιπον, καὶ ἅτως ἑάλω. παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν ἦν πυραμὶς λιθίνη, τὸ μὲν εὖρος ἑνὸς πλέθρου, τὸ δὲ ὕψος δύο πλέθρων. ἐπὶ ταύτης πολλοὶ τῶν βαρβάρων ἦσαν ἐκ τῶν πλησίον κωμῶν ἀποπεφευγότες.

ς'. Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας ἑξ, πρὸς τεῖχος ἔρημον, μέγα, πρὸς τῇ πόλει κείμενον· ἔνομα δ' ἦν τῇ πόλει Μέσπιλα. Μῆδοι αὐτὴν ποτε ᾤκισαν. ἦν δὲ ἡ μὲν κρηπὶς λιθοξεστῷ κογχυλιάτῃ, τὸ εὖρος πεντήκοντα ποδῶν, καὶ τὸ ὕψος πεντήκοντα. ἐπὶ δὲ ταύτῃ ἐπῳκοδόμητο πλίνθινον τεῖχος, τὸ μὲν εὖρος πεντήκοντα ποδῶν, τὸ δὲ ὕψος ἑκατόν. τὸ δὲ κύκλῳ περίοδος ἓξ παρα-

latitudinem, altitudinem c. Ambitus ad parasangas duas se explicabat. Laterculis fictilibus exstructus erat, et fundamentum suberat lapideum, xx pedum altitudine.

5. Hanc Persarum Rex, quo tempore Medis imperium Persae eripiebant, obsessam capere nullo modo poterat. Sol vero nube obtectus non apparuit, donec homines defecissent; atque ita capta fuit. Propter vrbem ipsam pyramis erat lapidea, quae vnius plethri latitudinem habebat, altitudinem duorum. In hac complures erant barbari, qui eo de vicinis pagis confugerant.

6. Inde castris vnis, parasangas VI, progressi ad castellum quoddam magnum, idque desertum, perueniunt, situm propter vrbem, cui nomen erat Mespila, quondam a Medis habitata. Huius crepido de polito lapide conchyliato erat, latitudine L pedum, totidemque pedum altitudine. Supra hanc murus lateribus extructus erat, cuius habebat latitudo pedes L, altitudo c. Ambitus erat para-

* Al. ἥλιον δὲ νεφέλη προκαλύψασα etc.

παρασάγγαι. ἐνταῦθα ἐλέγετο Μηδία γυνὴ βασιλέως φυγεῖν, ὅτε ἀπώλλυσαν * τὴν ἀρχὴν ὑπὸ Περσῶν Μῆδοι, ταύτην δὲ τὴν πόλιν πολιορκῶν ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ȣ̓κ ἐδύνατο ȣ̓̓τε χρόνῳ ἑλεῖν, ȣ̓̓τε βίᾳ. Ζεὺς δὲ ἐμβροντήτȣς ποιεῖ τȣ̀ς ἐνοικȣ̃ντας, καὶ ȣ̓̓τως ἑάλω.

ζ'. Εντεῦθεν δ' ἐπορεύοντο ϛαθμὸν ἕνα, παρασάγγας τέτταρας. εἰς τȣ̃τον δὲ τὸν ϛαθμὸν Τισσαφέρνης ἐπεφάνη, ȣ̓ς ** τε αὐτὸς ἦλθεν ἱππέας ἔχων, καὶ τὴν Ορόντȣ δύναμιν, τȣ̃ τὴν βασιλέως θυγατέρα ἔχοντος, καὶ ȣ̓̀ς Κῦρος ἔχων ἀνέβη βαρβάρȣς, καὶ ȣ̓̀ς ὁ βασιλέως ἀδελφὸς ἔχων βασιλεῖ ἐβοήθει, καὶ πρὸς τȣ́τοις, ὅσȣς βασιλεὺς ἔδωκεν αὐτῷ· ὥϛε τὸ ϛράτευμα πάμπολυ ἐφάνη. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἐγένετο, τὰς μὲν τῶν τάξεων εἶχεν ὄπισθεν καταϛήσας, τὰς δὲ εἰς τὰ πλάγια παραγαγὼν, ἐμβάλλειν μὲν ȣ̓κ ἐτόλμησεν, ȣ̓δ' ἐβȣ́λετο διακινδυνεύειν· σφενδονᾷν δὲ παρήγγελε καὶ τοξεύειν.

η'. Επεὶ δὲ διαταχθέντες οἱ Ρόδιοι ἐσφενδόνησαν, καὶ

ſangarum VI.] Huc ferebatur Media regis vxor fugiſſe, quo tempore Medis ademtum fuit a Perſis imperium. Vrbem ipſam Perſarum Rex quum obſideret, neque temporis diuturnitate, neque vi capere poterat. Tandem Iupiter habitatores eius attonitos reddidit: atque ita capta eſt.

7. Inde paraſangas IV vnis caſtris abſoluerunt. Ad ea caſtra Tiſſaphernes eis ſe obtulit, cum equeſtribus copiis ſuis, et Orontae exercitu: cum quo regis erat nupta filia: itidemque cum barbaris, quos ſecum Cyrus in Aſiam ſuperiorem duxerat, et cum quibus regis frater, opem fratri laturus, venerat; ac praeter hos cum iis etiam, quoſcunque Rex ei dederat, vt ingens adeo videretur eſſe exercitus. Quum propius acceſſiſſet, nonnullos ſuorum globos a tergo conſtituebat: nonnullos ad latera transferebat: neque tamen adoriri Graecos audebat, quod periculo ſe nollet exponere: tantum fundis ſuos, et ſagittis vti iubebat.

8. Poſteaquam Rhodii, hinc inde diſpoſiti, fundis vti coeperunt,

* Al. ἀπώλεσαν.

** Al. οἷς, quod eſt pro σὺν οἷς.

καὶ οἱ Σκυθοτοξόται ἐτόξευσαν, καὶ ὀδεὶς ἡμάρτανεν ἀνδρὸς, (ὀδὲ γὰρ, εἰ πάνυ πρὸθυμεῖτο, ῥᾴδιον ἦν) καὶ ὁ Τισσαφέρνης μάλα ταχέως ἔξω βελῶν ἀπεχώρει, καὶ ἄλλαι τάξεις ἀπεχώρησαν· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας οἱ μὲν ἐπορεύοντο, οἱ δ' εἵποντο, καὶ ὀκέτι ἐπέκειντο οἱ βάρβαροι τῇ τότε ἀκροβολίσει. μακρότερον γὰρ οἵ τε Ῥόδιοι τῶν Περσῶν ἐσφενδόνων, καὶ τῶν πλείστων τοξοτῶν.

θ'. Μεγάλα δὲ καὶ τὰ τόξα τὰ Περσικά ἐστιν· ὥστε χρήσιμα ἦν, ὁπόσα ἁλίσκοιτο τῶν τοξευμάτων τοῖς Κρησὶ, καὶ διετέλουν χρώμενοι τοῖς τῶν πολεμίων τοξεύμασι, καὶ ἐμελέτων τοξεύειν ἄνω ἱέντες μακράν. εὑρίσκετο δὲ καὶ νεῦρα πολλὰ ἐν ταῖς κώμαις, καὶ μόλυβδος. ὥστε χρῆσθαι εἰς τὰς σφενδόνας.

ι. Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ, ἐπεὶ κατεσκατοπεδεύοντο οἱ Ἕλληνες κώμαις ἐπιτυχόντες, ἀπῆλθον οἱ βάρβαροι, μεῖον ἔχοντες ἐν τῇ τότε ἀκροβολίσει. τὴν δὲ ἐπιοῦσαν ἡμέ-

runt, et ſagittarii Scythas imitantes, ſagittas eiaculari, quorum nemo ab hoſte aberrabat (vti fane id facile fieri non poterat, etiamſi quis etiam magnopere cuperet) Tiſſapherneſ celerrime ſe extra iactum telorum, item et caeteris eius globis facientibus, recepit: quodque diei reliquum erat, illi progrediebantur, ſequebantur hi; nec ſemel tunc coepta velitatione barbari amplius eis incumbebant. Nam Rhodii longius, quam Perſae ac plurimi illi ſagittarii, tela mittebant.

9. Sunt et Perſici arcus ingentes. Itaque ſi quae ſagittae hoſtium interciperentur, eae Cretenſibus etiam vſui erant; qui nunquam non ſagittis hoſtium vtebantur, easque ſurſum excutiendo, longum ad intervallum eiaculari diſcebant. Praeterea permulti nerui, et plumbi copia in vicis reperiebantur, quae vſui ad fundas erant.

10. Atque hoc die Graeci, quum in vicos delati, caſtra in eis locaſſent; barbari diſcedebant, ea velitatione ſuperati. Poſtridie Graeci eodem loco ſtru-

ἡμέραν ἔμειναν οἱ Ἕλληνες, καὶ ἐπεσιτίσαντο. ἦν γὰρ πολὺς σῖτος ἐν ταῖς κώμαις. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπορεύοντο διὰ τὸ πεδίον, καὶ Τισσαφέρνης εἵπετο ἀκροβολιζόμενος.

ιά. Ἐνθα δὴ οἱ Ἕλληνες ἔγνωσαν, ὅτι πλαίσιον ἰσόπλευρον πονηρὰ τάξις εἴη πολεμίων ἑπομένων. ἀνάγκη γάρ ἐστιν, ἢν μὲν συγκύπτῃ τὰ κέρατα τῷ πλαισίῳ, ἢ ὁδῷ στενοτέρᾳ ὕσῃ, ἢ ὄρεων ἀναγκαζόντων, ἢ γεφύρᾳ, ἐκθλίβεσθαι τοὺς ὁπλίτας, καὶ πορεύεσθαι πονήρως, ἅμα μὲν πιεζομένους, ἅμα δὲ καὶ ταραττομένους· ὥστε δυσχερὲς εἶναι ἀνάγκη, ἀτάκτους ὄντας.

ιβ. Ὅταν δ' αὖ διασχῇ τὰ κέρατα, ἀνάγκη διασπᾶσθαι τοὺς τότε ἐκθλιβομένους, καὶ κενὸν γίγνεσθαι τὸ μέσον τῶν κεράτων, καὶ ἀθυμεῖν τοὺς ταῦτα πάσχοντας, τῶν πολεμίων ἑπομένων. καὶ ὁπότε δέοι γεφύραν διαβαίνειν, ἢ ἄλλη τινὰ διάβασιν, ἐσπευδεν ἕκαστος, βουλόμενος φθάσαι

mentationis cauſſa commorabantur, quod illis in vicis magna eſſet frumenti copia. Atque ita poſtridie per planitiem faciebant iter, ſubſequente ipſos Tiſſapherne, ac velitationibus laceſſente.

11. Ibi tum animaduerſum a Graecis eſt, agmen quadratum aequalium laterum non ſatis eſſe commodam aciem, ſi hoſtes pone ſequantur. Neceſſe eſt enim, vt, ſi quadrati latera coierint, quum vel anguſta via eſt, vel montes ita facere cogunt, vel pontes, grauis armaturae milites loco ſuo excludantur, aegreque procedant, quum partim premantur, partim perturbentur. Quo fit, vt, ordinibus turbatis, neceſſario nullus eorum ſit vſus.

12. Vbi vero cornua rurſus explicantur, diuelli eos neceſſe eſt, qui ante in arctum redacti, loco ſuo excludebantur; adeoque medium inter cornua ſpatium vacuum eſſe, moleſtiaque milites affici, quibus hoc accidat, hoſte ſequente. Quod ſi pons tranſeundus eſſet, aut alia quaepiam via difficilis; vnusquiſque properabat, et caeteros primus anteuertere conabatur.

φθάσαι πρῶτος· καὶ εὐεπίθετον ἦν ἐνταῦθα τοῖς πολεμίοις.

ιγ'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἔγνωσαν οἱ στρατηγοὶ, ἐποιήσαντο ἐξ λόχους ἀνὰ ἑκατὸν ἄνδρας, καὶ λοχαγοὺς ἐπέστησαν, καὶ ἄλλους πεντηκοντῆρας, καὶ ἄλλους ἐνωμοτάρχας. οἱ δὲ πορευόμενοι οἱ λοχαγοὶ, ὁπότε μὲν συγκύπτοι τὰ κέρατα, ὑπέμενον ὕστεροι, ὥστε μὴ ἐνοχλεῖν τοῖς κέρασι. τότε παρῆγον ἔξωθεν τῶν κεράτων.

ιδ'. Ὁπότε δὲ διάσχοιεν αἱ πλευραὶ τὸ πλαισίῳ, τὸ μέσον ἀνεξεπίμπλασαν, εἰ μὲν στενότερον εἴη τὸ διέχον, κατὰ λόχους· εἰ δὲ πλατύτερον, κατὰ πεντηκοστῦς. εἰ δὲ πάνυ πλατύ, κατ' ἐνωμοτίας· ὥστε ἀεὶ ἔκπλεων εἶναι τὸ μέσον. εἰ δὲ καὶ διαβαίνειν τινὰ δέοι διάβασιν ἢ γέφυραν, ἐπεκάττοντο, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει οἱ λοχαγοὶ διέβαινον. καὶ εἴ πῃ δέοι τι τῆς φάλαγγος, ἐπιπαρῆσαν ἅτοι. τότῳ τῷ τρόπῳ ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τέτταρας.

ιε. Ἡνίκα δὲ τὸν πέμπτον ἐπορεύοντο σταθμὸν, εἶ-

δον

batur. Quo fiebat, vt tum quoque facilius inuadi ab hostibus possent.

13. Haec quum duces animaduertissent, cohortes sex instituebant, quarum singulae milites centum haberent, eisque ductores praeficiebant: et alios quinquagenûm praefectos, et manipularios duces. Hi cohortium praefecti quum progrediebantur, si quidem coirent cornua, postremi subsistiebant, vt nequid cornibus molestiae crearetur. Itaque etiam extra cornua ducebant.

14. Sin quadrati agminis latera laxarentur, complebant medium, et quidem per cohortes, si arctius esset id, quod laxatum erat: sin latius, per quinquagenos: sin latissimum, per manipulos; vt semper id, quod in medio loco contineretur, confertum esset. Quo fiebat, vt, si quis locus vel pons transeundus esset, non perturbarentur: sed vicissim singuli cohortium ductores transirent: itemque si phalange opus esset, aderant. Hac ratione ad quarta castra progressi sunt.

15. Ad quinta quum pergerent,

δον βασίλειόν τι, καὶ περὶ αὐτὸ κώμας πολλὰς τήν τε ὁδὸν πρὸς τὸ χωρίον τοῦτο διὰ γηλόφων ὑψηλῶν γιγνομένην, οἱ καθῆκον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ὑφ' ᾧ ἦν κώμη· καὶ εἶδον μὲν τοὺς γηλόφους ἄσμενοι οἱ Ἕλληνες, ὡς εἰκὸς τῶν πολεμίων ὄντων ἱππέων. ἐπεὶ δὲ πορευόμενοι ἐκ τοῦ πεδίου ἀνέβησαν ἐπὶ τὸν πρῶτον γήλοφον, κατέβαινον ὡς ἐπὶ τὸν ἕτερον ἀναβαῖεν.

ις'. Ἐνταῦθα παραγίνονται οἱ βάρβαροι, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ἐπὶ τὸ πρανὲς ἐβαλλον, ἐσφενδόνων, ἐτόξευον ὑπὸ μαστίγων, καὶ πολλοὺς κατετίτρωσκον, καὶ ἐκράτησαν τῶν Ἑλλήνων γυμνητῶν, καὶ κατέκλεισαν αὐτοὺς εἴσω τῶν ὅπλων· ὥστε παντάπασι ταύτην τὴν ἡμέραν ἄχρηστοι ἦσαν, ἐν τῷ ὄχλῳ ὄντες, καὶ οἱ σφενδονῆται καὶ οἱ τοξόται.

ιζ'. Ἐπεὶ δὲ πιεζόμενοι οἱ Ἕλληνες ἐπεχείρησαν διώκειν, σχολῇ μὲν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀφικνοῦνται, ὁπλῖται ὄντες· οἱ δὲ πολέμιοι ταχὺ ἀνεπήδων. πάλιν δὲ,

rent, regiam quandam conſpexerunt, et circum eam multos vicos: via, quae tendebat ad hunc locum, per editos colles ducente, qui colles a monte, ſub quo vicus erat, oriebantur. Eos colles Graeci lubentes videbant, vt conſentaneum erat, qui hoſtes haberent equites: ſed tamen, quum in itinere de planitie primum in collem aſcendiſſent, rurſum deſcendebant, vt in alterum aſcenderent.

16. Tum vero barbari adeſſe, deque ſuperiore loco deorſum iacere, fundas torquere, ſagittas mittere, verberibus ad hoc compulſi. Quare multi vulnerabantur, ac Graeci, qui expediti erant, diſcedebant inferiores, intra grauis armaturae militum ordines concluſi. Adeoque nulli eo die vſui erant funditores et ſagittarii Graeci, quum intra militum ſe turbam abderent.

17. Ita quum vrgerentur Graeci, ac propterea hoſtes perſequi niterentur; tarde in cliuum perueniebant, vt qui graui etiam armatura onerarentur, hoſte interim retrorſum celeriter reſiliente. Idem

iplis

δὲ, ὁπότε ἀπίοιεν πρὸς τὸ ἄλλο στράτευμα, ταυτὰ ἐπασχον· καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ γηλόφῳ ταυτὰ ἐγίγνετο· ὥστε ἀπὸ τοῦ τρίτου γηλόφου ἔδοξεν αὐτοῖς μὴ κινεῖν τοὺς στρατιώτας· πλὴν ἀπὸ τῆς δεξιᾶς πλευρᾶς τὸ πλαισιὸν ἀνήγαγον πελτασὰς πρὸς τὸ ὄρος.

ιή. Ἐπεὶ δ' ἔτοι ἐγένοντο ὑπὲρ τῶν ἑπομένων πολεμίων, ἐκέτι ἐπετίθεντο οἱ πολέμιοι τοῖς καταβαίνουσι, δεδοικότες μὴ ἀποτμηθείησαν· ἀμφοτέρωθεν αὐτῶν γένοιντο οἱ πολέμιοι. ἔτω τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας πορευόμενοι, οἱ μὲν τῇ ὁδῷ κατὰ τοὺς γηλόφους, οἱ δὲ κατὰ τὸ ὄρος ἐπιπαριόντες, ἀφίκοντο εἰς τὰς κώμας, καὶ ἰατροὶ κατέστησαν ἐκτώ. πολλοὶ γὰρ ἦσαν οἱ τετρωμένοι.

ιθ'. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ τῶν τετρωμένων ἕνεκα, καὶ ἅμα ἐπιτήδεια πολλὰ εἶχον, ἀλευρα, οἶνον, κριθὰς ἵπποις συμβεβλημένας πολλάς. ταῦτα δὲ συνηγμένα ἦν τῷ σατραπεύοντι τῆς χώρας. τετάρτῃ δ' ἡμέρᾳ καταβαίνουσιν εἰς τὸ πεδίον.

κ'. Ἐπεὶ

ipsis accidebat, quum ad aliud agmen hostium tendebant. Quumque hoc etiam altero in colle ipsis vsuueniret, visum est de cliuo tertio milites mouendos non esse: tantum a latere dextro quadrati agminis cetratos in montem ducebant.

18. Illi quum supra hostes euasissent, qui a tergo ipsos sequebantur: non iam amplius ii descendentes inuadebant. Metuebant enim, ne a suis abscisi, vtraque parte hostes haberent. Ita tum id, quod diei reliquum erat, in itinere quum consumpsissent; aliis via, quae per colles ducebat, aliis per montem proficiscentibus, ad vicos perueniunt. Heic medicos octo constituunt, quod permulti vulnerati essent.

19. Ibidem triduum sunt commorati, partim vulneratorum caussa, partim quia commeatus magna erat his locis copia, farinae, vini, hordei, quod equis congesium fuerat. Nam haec vniuersa in vsum eius, qui regionis erat satrapa, fuerant comportata. Die quarto in campum descendunt.

20. Quum-

κ΄. Ἐπεὶ δὲ κατέλαβεν αὐτὸς Τισσαφέρνης σὺν τῇ δυνάμει, ἐδίδαξε τοὺς Ἕλληνας τῇ ἀνάγκῃ κατασκηνῆσαι ἓν πρῶτον εἶδον κώμην, καὶ μὴ προελθεῖν ἔτι μαχουμένους. πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἀπόμαχοι, τετρωμένοι, καὶ οἱ ἐκείνους φέροντες, καὶ οἱ τῶν φερόντων τὰ ὅπλα δεξάμενοι. ἐπεὶ δὲ κατεσκήνησαν, καὶ ἐπεχείρησαν αὐτοῖς ἀκροβολίζεσθαι οἱ βάρβαροι πρὸς τὴν κώμην προσιόντες, πολὺ περιῆσαν οἱ Ἕλληνες. πολὺ γὰρ διέφερεν ἐκ τῆς χώρας ὁρμωμένους ἀλεξασθαι, εἰ προελθόντας ἐπιοῦσι τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι.

κά. Ἡνίκα δ' ἦν ἤδη δείλη, ὥρα ἦν ἀπιέναι τοῖς πολεμίοις. ὅποτε γὰρ μεῖον ἀπέχρατο πεδεύοντο οἱ βάρβαροι τὸ Ἑλληνικὸν ἐχόμενα σταδίων, φοβούμενοι μὴ τις νυκτὸς ἐπιθοῖντο αὐτοῖς. πονηρὸν γὰρ νυκτὸς ἔστι στρατεύμα Περσικόν. οὔτε γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ πεποδισμένοι εἰσὶ, τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθείησαν. ἐάν τε τὶς θόρυβος γίγνηται, δεῖ ἐπισάξαι τὸν

20. Quumque Tiſſaphernes, ſuis cum copiis, eos aſſecutus eſſet, docuit ipſos, vt neceſſario caſtra collocarent in primo quoque vico, qui ſe offerret, neque inter eundum proeliarentur. Permulti enim ad pugnam, propter vulnera, inutiles erant; itidemque illi, qui vulneratos geſtabant; ac rurſum, qui horum geſtabant arma. Quum iam caſtra metati eſſent, ac barbari ad velitationes eos laceſſerent, ad ipſum vſque vicum delati, longe ſuperiores erant Graeci. Nam multo praeſtabat, facto ex vico impetu hoſtem reprimere; quam inter proficiſcendum aduerſus eos irruentes dimicare.

21. Quum adueſperaſceret, abeundi hoſtibus viſum eſt eſſe tempus. Non enim vnquam barbari intra LX ſtadia a Graecis caſtra metabantur. Etenim metuebant, ne Graeci noctu ipſos inuaderent. Sunt certe Perſarum caſtra noctu perincommoda. Nam et equi ipſorum alligantur, ac plerumque pediciſ conſtricti tenentur, ne, ſi ſoluti ſint, aufugiant. Quod ſi quis tumultus incidat, neceſſe eſt hominem

τὸν ἵππον Πέρσῃ ἀνδρὶ, καὶ χαλινῶσαι δεῖ, καὶ θωρακίσθεντα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸν ἵππον. ταῦτα δὲ πάντα χαλεπὸν νυκτὸς, ἅτε καὶ θορύβου ὄντος, ποιεῖν. τούτου ἕνεκα πόῤῥω ἀπεσκήνουν τῶν Ελλήνων.

κβ'. Επεὶ δὲ ἐγίγνωσκον αὐτοὺς οἱ Ελληνες βουλομένους ἀπιέναι καὶ διαγγελλομένους, ἐκήρυξε τοῖς Ελλησι παρασκευάζεσθαι, ἀκουόντων τῶν πολεμίων. καὶ χρόνον μέν τινα ἐπέσχον τῆς πορείας οἱ βάρβαροι· ἐπειδὴ δὲ ὀψὲ ἐγίγνετο ἀπῄεσαν. οὐ γὰρ ἐδόκει λυσιτελεῖν αὐτοῖς νυκτὸς πορεύεσθαι, καὶ κατάγεσθαι ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

κγ'. Επειδὴ δὲ σαφῶς ἀπιόντας ἤδη ἑώρων οἱ Ελληνες, ἐπορεύοντο καὶ αὐτοὶ ἀναζεύξαντες, καὶ διῆλθον ὅσον ἑξήκοντα σταδίους· καὶ γίγνεται τοσοῦτον μεταξὺ τῶν στρατευμάτων, ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ οὐκ ἐφάνησαν οἱ πολεμιοι, οὐδὲ τῇ τρίτῃ· τῇ δὲ τετάρτῃ, νυκτὸς προσελθόντες *, καταλαμβάνουσι χωρίον ὑπερδέξιον οἱ βάρβαροι, ᾗ ἔμελλον οἱ Ελλη-

νες

mini Persico equus insternatur, necesse est fraenetur, atque vbi iam quis lorica se munierit, equum conscendat necesse est. Ea vero vniuersa noctu difficulter fiunt, quo tempore tumultus esse solent. Haec erat caussa, quamobrem longe a Graecis castra sua remouerent.

22. Quum autem Graeci animaduerterent, velle ipsos discedere, idque denuntiari: per praecones suis indicabant, vt quisque se pararet, idque sic, vt audiri ab hostibus posset. Itaque barbari aliquamdiu ab itinere faciundo se cohibebant, verum nocte iam imminente abierunt. Non enim conducere sibi putabant, vt noctu profecti in castra reuerterentur.

23. Quum eos Graeci iam certo discedere viderent, etiam ipsi castris motis pergebant, et ad LX stadia progrediebantur. Quo factum est, vt tanto ex interuallo castra distarent, vt neque die altero, neque tertio hostes vsquam apparerent. Quarto tandem barbari, quum noctu eos anteuertissent, locum altitudine sua peropportunum occupant, qua Graeci transituri

* Al. προελθόντες.

νες παριέναι, ἀκροωνυχίαν ὄρους, ὑφ' ἣν ἡ κατάβασις ἦν εἰς τὸ πεδίον.

κδ'. Ἐπειδὴ δὲ ἑώρα Χειρίσοφος προκατειλημμένην τὴν ἀκροωνυχίαν, καλεῖ Ξενοφῶντα ἀπὸ τῆς ἀρᾶς· καὶ κελεύει λαβόντα τοὺς πελταστὰς παραγενέσθαι εἰς τὸ πρόσθεν. ὁ δὲ Ξενοφῶν τοὺς μὲν πελταστὰς οὐκ ἦγεν. (ἐπιφαινόμενον γὰρ ἑώρα Τισσαφέρνην, καὶ τὸ στράτευμα πᾶν) αὐτὸς δὲ προσελάσας ἠρώτα, τί καλεῖς; ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· ἔξεστιν ὁρᾶν. προκατείληπται γὰρ ἡμῖν ὁ ὑπὲρ τῆς καταβάσεως λόφος, καὶ οὐκ ἐστι παρελθεῖν, εἰ μὴ τούτους ἀποκόψομεν. ἀλλὰ τί οὐκ ἦγες τοὺς πελταστάς; ὁ δὲ λέγει, ὅτι οὐκ ἐδόκει αὐτῷ ἔρημα καταλιπεῖν τὰ ὄπισθεν ἐπιφαινομένων τῶν πολεμίων. ἀλλὰ μὴν ὥρα γ', ἔφη, βουλεύεσθαι, πῶς τις τοὺς ἄνδρας ἀπελᾷ τοῦ λόφου.

κε. Ἐνταῦθα Ξενοφῶν ὁρᾷ τοῦ ὄρους τὴν κορυφὴν ὑπὲρ τοῦ ἑαυτοῦ στρατεύματος οὖσαν, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐφοδον ἐπὶ τὸν λόφον, ἔνθα ἦσαν οἱ πολέμιοι. καὶ λέγει· κρά-

transituri erant; nimirum montis iugum, sub quo descensus ad planitiem patebat.

πάντες παρατεταγμένοι ἦσαν, καὶ ἀλλήλοις μὲν συνεώρων· εὐειδὴς γὰρ ἦν ἡ παράταξις διὰ τὸ χωρίον. ἐπεὶ δ' ἐπαιάνισαν, καὶ ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο, καὶ ἅμα γε τῷ ἐνυαλίῳ ἠλάλαξαν, καὶ ἐθέου δρόμῳ οἱ ὁπλῖται. καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι ἐκ τῶν χειρῶν λίθοι. ἦσαν δὲ οἱ καὶ πῦρ προσέφερον.

ιϐ'. Ὑπὸ δὲ πλήθους τῶν βελῶν ἔλιπον οἱ πολέμιοι τά τε σαυρώματα, καὶ τὰς τύρσεις. ὥστε Ἀγασίας Στυμφάλιος καὶ Φιλόξενος Πελληνεὺς, καταθέμενοι τὰ ὅπλα, ἐν χιτῶνι μόνον ἀνέβησαν, καὶ ἄλλος ἄλλον εἵλκε, καὶ ἄλλος ἀνεβεβήκει, καὶ ἡλώκει τὸ χωρίον, ὡς ἐδόκει. καὶ οἱ πελτασταὶ καὶ οἱ ψιλοὶ εἰσδραμόντες ἥρπαζον ὅ, τι ἕκαστος ἐδύνατο. ὁ δὲ Ξενοφῶν ἅμα κατὰ τὰς πύλας, ὁπόσους ἐδύνατο, κατεκώλυσε τῶν ὁπλιτῶν ἔξω. πολέμιοι γὰρ ἄλλοι ἐφαίνοντο ἐπ' ἄκροις τισὶν ἰσχυροῖς.

ιγ'. Οὗ

alii, qui se nihilo volebant his deteriores haberi, vniuersi iam in acie dispositi stabant, seque mutuo intuebantur. Et erat sane acies ob loci rationem iucunda spectatu. Deinde inchoato paeane, clangenteque tuba, Martium milites clamorem tollunt, ac grauis armaturae pedites cursu in hostem tendunt. Simul etiam tela, hastae, sagittae, fundarum iacula, quamplurimi e manibus missi lapides torquebantur. Ignem quoque nonnulli admouebant.

12. Hostes ob telorum multitudinem, et septa ligneа et turres relinquunt: quo factum, vt Agasias Stymphalius, et Philoxenus Pellenensis, positis armis, sola induti tunica ascenderent, atque alius alium attraheret, quum non nemo iam ascendisset. Ita captum erat oppidum, vti quidem videbatur. Et cetrati cum velitibus irrumpentes cursu, quod quisque poterat, rapiebant. Xenophon interea stabat ad portas, et grauis armaturae milites, quoscunque poterat, arcebat ingressu. Nam hostes alii munitis in iugis conspiciebantur.

ιγ'. Οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ μεταξὺ γενομένῳ, κραυγὴ ἐγίγνετο ἔνδον, καὶ ἔφευγον, οἱ μὲν καὶ ἔχοντες ἃ ἔλαβον, τάχα δέ τις καὶ τετρωμένοις. καὶ πολὺς ἦν ὠθισμὸς ἀμφὶ τὰ θύρετρα. καὶ ἐρωτώμενοι οἱ ἐκπίπτοντες, ἔλεγον, ὅτι ἄκρα τις ἐστὶν ἔνδον, καὶ οἱ πολέμιοι πολλοὶ, οἳ παίουσιν ἐνδεδραμηκότες τοὺς ἔνδον ἀνθρώπους.

ιε. Ἐνταῦθα ἀνειπεῖν ἐκέλευσε Τολμίδην τὸν κήρυκα, ἴέναι εἴσω τὸν βουλόμενον τι λαμβάνειν. καὶ ἐφέροντο εἴσω πολλοί, καὶ νικῶσι τοὺς ἐκπίπτοντες οἱ εἴσω ὠθούμενοι, καὶ κατακλείουσι τοὺς πολεμίους πάλιν εἰς τὴν ἄκραν. καὶ τὰ μὲν ἔξω τῆς ἄκρας πάντα διηρπάσθη καὶ ἐξεκομίσαντο οἱ Ἕλληνες. οἱ δ' ὁπλῖται ἐθέντο τὰ ὅπλα, οἱ μὲν περὶ τὸ σαύρωμα, οἱ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὴν ἄκραν φέρουσαν.

ιε. Ὁ δὲ Ξενοφῶν καὶ οἱ λοχαγοὶ ἐσκόπουν, εἰ ὁπῇ τ' εἴη τὴν ἄκραν λαβεῖν. ἦν γὰρ οὕτω σωτη-

ρία

13. Nec magno interiecto temporis ſpatio, clamor intus extitit, fugientibus aliis cum iis rebus, quas ceperant, nonnullis etiam vulneratis: adeoque magnus ad portas protrudentium ſeſe impetus erat. Qui elabebantur interrogati, aiebant arcem quandam interiorem eſſe, ac magnam hoſtium multitudinem, quae, excurſione facta, milites ingreſſos caederet.

14. Heic Xenophon proclamare Tolmidem præconem iuſſit, vt, quicunque ſpoliorum aliquid capere vellet, ingrederetur. Tum vero permulti cum impetu irruebant, eoque factum, vt qui alios propellendo intro tenderent, erumpentes ex arce ſuperarent. Ita rurſus hoſtes ab eis in arcem concluduntur, diripientibus Graecis, ac ſecum exportantibus omnia, quaecunque extra arcem reperiebantur. Grauis autem armaturae milites partim ad oppidi ſeptum, partim ad viam illam, quae tendebat in arcem, (*in armis*) ſubliſtebant.

15. Interea Xenophon cum ductoribus cohortium conſiderabat, ecqua ratione capi arx poſ-

ρία ἀσφαλής. ἄλλως δὲ παγχάλεπον ἐδόκει εἶναι ἀπελθεῖν. σκοπουμένοις δ' αὐτοῖς ἔδοξε πανταπασιν ἀνάλωτον εἶναι τὸ χωρίον. ἐνταῦθα παρεσκευάζοντο τὴν ἀφοδον, καὶ τὰς μὲν σαυρὰς ἕκαστοι τὰς καθ' αὑτοὺς διήρπαν, καὶ τὰς * ἀχρειὰς ἐφ' ἁρπαγὰς ἐξέπεμπον, καὶ τῶν ὁπλιτῶν τὸ πλῆθος· κατέλιπον δὲ οἱ λοχαγοὶ οἷς ἕκαστος ἐπίσευεν.

ιϛ'. Ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο ἀποχωρεῖν, ἐπεξέθεον ἔνδοθεν πολλοὶ, γέρρα καὶ λόγχας ἔχοντες, καὶ κνημῖδας, καὶ κράνη Παφλαγονικά· καὶ ἄλλοι ἐπὶ τὰς οἰκίας ἀνέβαινον τὰς ἐνθεν καὶ ἐνθεν τῆς εἰς τὴν ἄκραν φερούσης ὁδοῦ· ὥστ' οὐδὲ διώκειν ἀσφαλὲς ἦν αὐτοῖς κατὰ τὰς πύλας τὰς εἰς τὴν ἄκραν φερούσας. καὶ γὰρ ξύλα μεγάλα ἐπερρίπτουν ἄνωθεν, ὥστε χαλεπὸν ἦν καὶ μένειν καὶ ἀπιέναι· καὶ ἡ νὺξ φοβερὰ ἦν ἐπιοῦσα.

ιζ'. Μαχομένων δ' αὐτῶν καὶ ἀπορουμένων, θεῶν τις

possit. Nam ita si fieret, salutem certam consequuturi erant: caeteroqui per saturus difficilis absessus videbatur. Hac in consideratione dum versarentur, visum est eum locum plane capi non posse. Quapropter ad discessum sese parabant, ac singuli palos sibi proximos diruebant, emissis inutilibus, vt praedas agerent, cum grauis armaturae maxima parte: retinentibus penes se cohortium ductoribus eos, quibus quisque fidebat.

16. Postea quam abscedere coeperunt, complures in eos ex arce irruebant, scutis et hastis, et tibiarum tegumentis, et galeis Paphlagonicis armati. Horum alii domos conscendebant ex vtraque viae parte sitas, quae ad arcem tendebat. Quo factum, vt tutum non esset eos ad portas in arcem ducentes persequi. Quippe tigna ingentia de superioribus locis deiiciebant, vt par esset in manendo et discedendo difficultas; praesertim quod nox etiam formidinem augeret, quae tum ingruebat.

17. Hoc modo pugnantibus, et quasdam ad angustias redactis,

R 5

* Al. τὰς φορτία ἔχοντας, al. καὶ τὰς ἀχρείας καὶ φορτία ἔχοντας ἐξεπέμποντο etc.

τις αὐτοῖς μηχανὴν σωτηρίας δίδωσιν. ἐξαπίνης γὰρ ἀνέλαμψεν οἰκία τῶν δεξιᾷ, ὅτε δὴ ἀνάψαντος. ὡς δ' αὐτὴ συνέπιπτεν, ἔφευγον οἱ ἀπὸ τῶν ἐν δεξιᾷ οἰκιῶν. ὡς δ' ἔμαθεν ὁ Ξενοφῶν τοῦτο παρὰ τῆς τύχης, ἀνάπτειν ἐκέλευε καὶ τὰς ἐν ἀριστερᾷ οἰκίας. αἱ δὲ, ξύλιναι ἦσαν· ὥστε καὶ ταχὺ ἐκαίοντο· ἔφευγον ἂν καὶ οἱ ἀπὸ τούτων τῶν οἰκιῶν.

ιή. Οἱ δὲ κατὰ στόμα δὴ ἔτι μόνοι ἐλύπουν, καὶ δῆλοι ἦσαν ὅτι ἐπικείσονται ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τε καὶ καταβάσει. ἐνταῦθα παραγγέλλει φορεῖν ξύλα ὅσοι ἐτύγχανον ἔξω ὄντες τῶν βελῶν, εἰς τὸ μέσον ἑαυτῶν καὶ τῶν πολεμίων. ἐπεὶ δὲ ἱκανὰ ἤδη ἦν, ἐνῆψαν. ἐνῆπτον δὲ καὶ τὰς παρ' αὐτὸ τὸ χαράκωμα οἰκίας, ὅπως οἱ πολέμιοι ἀμφὶ ταῦτα ἔχοιεν.

ιθ. Οὕτω μόλις ἀπῆλθον ἀπὸ τοῦ χωρίου, πῦρ ἐν μέσῳ ἑαυτῶν καὶ τῶν πολεμίων ποιησάμενοι. καὶ κατεκαύθη πᾶσα ἡ πόλις, καὶ αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ τύρ-

ctis, Deus quiſpiam ſalutis apiſcendae rationem offert. Nam ſubito quaedam ad dextram ſita domus exarſit, incertum cuius opera ſuccenſa. Haec poſteaquam collapſa eſt, qui erant in aedibus ad dextram ſitis, diffugiunt. Illud vbi Xenophon ex re fortuita animadvertiſſet, etiam ſuccendi ſitas ad ſiniſtram domos iubet. Eae quod eſſent ligneae, celeriter exurebantur. Itaque hoſtes, qui has occuparant, et ipſi fuga dilabebantur.

18. Soli iam moleſti erant illi, quos habebant a fronte. Nam perſpici palam poterat, futurum, vt hi Graecis exeuntibus, ac deſcenſuris a tergo incumberent. Heic Xenophon eis, quotquot extra telorum ictus erant, mandat, vt ligna, loco inter ipſos et hoſtes medio, comportarent. Ea quum ſatis multa iam congeſta eſſent, ſuccenſa ſunt. Etiam proximis vallo aedibus ignem iniiciebant, vt his rebus hoſtes diſtinerentur.

19. Ita vix tandem ex hoc loco euadebant, igne inter ipſos et hoſtes excitato: quo et oppidum vniuerſum cum aedibus, turribus,

τύρσεις, καὶ τὰ ταυρώματα καὶ τἆλλα πάντα πλὴν τῆς ἄκρας.

ΚΕΦ. γ'.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀπῆσαν οἱ Ἕλληνες, ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια. ἐπεὶ δὲ τὴν κατάβασιν ἐφοβοῦντο τὴν εἰς Τραπεζοῦντα, (πρανὴς γάρ ἦν καὶ στενὴ) ψευδενέδραν ἐποιήσαντο. καὶ ἀνὴρ Μυσὸς τὸ γένος, καὶ τοὔνομα τοῦτο ἔχων, τῶν Κρητῶν λαβὼν * τέτταρας ἢ πέντε, ἔμενεν ἐν λασίῳ χωρίῳ, καὶ προσεποιεῖτο τὰς πολεμίους πειρᾶσθαι λανθάνειν· αἱ δὲ πέλται αὐτῶν ἄλλη καὶ ἄλλη διεφαίνοντο, χαλκαῖ οὖσαι. οἱ μὲν οὖν πολέμιοι, ταῦτα διορῶντες, ἐφοβοῦντο ὡς ἐνέδραν οὖσαν· ἡ δὲ στρατιὰ ἐν τούτῳ κατέβαινεν.

2. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει ἱκανὸν ἤδη ὑπεληλυθέναι τῷ Μυσῷ, ἐσήμηνε φεύγειν ἀνὰ κράτος. καὶ ὃς ἐξαναστὰς φεύγει, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι Κρῆτες (ἁλίσκεσθαι

turribus, ſeptis, rebuſque caeteris omnibus, arce ſola excepta, conflagrauit.

CAP. III.

Poſtridie Graeci cum commeatu diſcedunt. Sed quia ſibi a deſcenſu verſus Trapezuntem metuebant, (quod et praeceps et anguſtus eſſet,) ſictis inſidiis hoſtem aggrediuntur. Myſus quidam et patria et nomine, ſecum aſſumtis quatuor aut quinque Cretenſibus, in loco ex arboribus denſo ſubſidebat, ac dare ſe operam ſimulabat, vt iſtic clam hoſtibus eſſet. Horum peltae, quae eſſent aereae, ab hac atque illa parte dilucebant. Quae quum hoſtes perſpicerent, tanquam inſidiae iſtic laterent, metuebant ſibi: deſcendente interea exercitu noſtro.

2. Eum Myſus vbi ſatis iam longe proceſſiſſe putabat, ſignum ſuis dabat, vt quantis poſſent viribus fugerent. Itaque conſurgens cum aliis, quos ſecum habebat, fugam arripit. Cretenſes caeteri, quod futurum

* Al. δέκα, ἕμενεν.

θαι γὰρ ἔφασαν τῷ δρόμῳ) ἐκπεσόντες ἐκ τῆς ὁδοῦ, εἰς ὕλην κατὰ τὰς νάπας κυλινδούμενοι ἐσώθησαν· ὁ Μυσὸς δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν φεύγων, ἐβόα βοηθεῖν. καὶ ἐβοήθησαν αὐτῷ, καὶ ἀνέλαβον τετρωμένον. καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πόδα ἀνεχώρησαν βαλλόμενοι οἱ βοηθήσαντες, καὶ ἀντιτοξεύοντές τινες τῶν Κρητῶν. ὅτως ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, πάντες σῶοι ὄντες.

γ'. Ἐπεὶ δὲ ὅτε ὁ Χειρίσοφος ἦκεν, ὅτε πλοῖα ἱκανὰ ἦν, ὅτε ἐπιτήδεια ἦν λαμβάνειν ἔτι, ἐδόκει ἀπιτεον εἶναι. καὶ ἐς μὲν τὰ πλοῖα τούς τε ἀσθενοῦντας ἐνεβίβασαν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ τῶν σκευῶν ὅσα μὴ ἀνάγκη ἦν ἔχειν· καὶ Φιλήσιον καὶ Σοφαίνετον τοὺς πρεσβυτάτους τῶν στρατηγῶν εἰσβιβάσαντες, τούτων ἐκέλευον ἐπιμελεῖσθαι. οἱ δὲ ἄλλοι ἐπορεύοντο. ἡ δὲ ὁδὸς ὁδοποιημένη ἦν.

δ'. Καὶ ἀφικνοῦνται πορευόμενοι εἰς Κερασοῦντα τρίτοι, πό-

futurum fuiſſe dicerent, vt curſu victi caperentur; de via ſe proripientes in ſyluam, perque ſaltus deuoluti, ſaluti ſuae conſuluerunt. Myſus in ipſa via fugiebat, et clamando ſuorum opem implorabat. Ferebant illi auxilium, ac vulneratum recipiebant. Quumque ii etiam, opem qui tulerant, iaculis peterentur, cedendo pedem referebant; nonnullis Cretenſibus in hoſtem ſagittas viciſſim eiaculantibus. Ita factum, vt omnes ſalui et incolumes ad caſtra reuerterentur.

3. Et quia neque Cheriſophus redibat, neque nauium ſatis magna erat copia, neque capi alicunde commeatus deinceps poterat; viſum eſt, diſcedendum eſſe. Quapropter in nauigia, laborantes aduerſa valetudine, cum iis qui annum quadrageſimum exceſſerant, itemque pueros, mulierculas, vaſa, quorum vſus neceſſarius non erat, imponunt: commiſſa horum cura Phileſio et Sophaeneto, quos eadem in nauigia impoſuerant, et qui maximi natu inter praetores erant. Caeteri pedites iter faciebant, iampridem commode munita via.

4. Quum triduum totum proficiſcendo conſumſiſſent, Cerāſuntem veniunt. Id oppidum

Grae-

πόλιν Ελληίδα, ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, Σινωπέων ἄποικον, ἐν τῇ Κολχίδι χώρᾳ, ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας δέκα· καὶ ἐξέτασις ἐν τοῖς ὅπλοις γίνεται καὶ ἀριθμός, καὶ ἐγένετο ὁπλιτικὸν χίλιοι καὶ ἑξακόσιοι. ὅτοι ἐσώθησαν ἐκ τῶν ἀμφὶ τὸν μυρίους. οἱ δὲ ἄλλοι ἀπώλοντο ὑπό τε πολεμίων, καὶ χιόνος, καὶ εἴ τις νόσῳ.

ε. Ἐνταῦθα διαλαμβάνουσι τὸ * διὰ τῶν αἰχμαλώτων γενόμενον ἀργύριον· καὶ τὴν δεκάτην, ἣν τῷ Ἀπόλλωνι ἐξεῖλον, καὶ τῇ Ἐφεσίᾳ Ἀρτέμιδι, διέλαβον οἱ στρατηγοί, τὸ μέρος ἕκαστος φυλάττειν τοῖς Θεοῖς. ἀντὶ δὲ Χειρισόφου Νέων ὁ Ἀσιναῖος ἔλαβε.

ς'. Ξενοφῶν ἐν τὸ μὲν τῷ Ἀπόλλωνι ἀνάθημα ποιησάμενος, ἀνατίθησιν εἰς τὸν ἐν Δελφοῖς τῶν Ἀθηναίων θησαυρὸν, καὶ ἐπεγράψε τό, τε αὑτοῦ ὄνομα, καὶ τοῦ Πρόξενος, ὃς σὺν Κλεάρχῳ ἀπέθανε. ξένος γὰρ ἦν αὐτοῦ.

ζ. Τὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἐφεσίας, ὅτε ἀπῄει σὺν Ἀγησιλάῳ ἐκ τῆς Ἀσίας τὴν εἰς Βοιωτοὺς ὁδὸν, κατέλιπε παρὰ

Graecum eſt, ad mare ſitum, Sinopenſium in Colchide colonia. Dies heic decem ſubſiitere, quibus inſtituta luſtratione, cenſa ſunt militum octo millia, ſexcenti. Hi ex ccxxx fere, ſalui euaſerant; quum reliqui partim per hoſtiles incurſiones, partim a niuibus, partim etiam morbo confuncti periiſſent.

5. Ibidem pecuniam, quam ex captiuis redegerant, partiuntur: atque etiam decumam, quam Apollini et Epheſiae Dianae exemerant, ita duces diſtribuunt; vt quilibet ipſorum hiſce Diis aliquam partem eius aſſernaret. Cheriſophi loco Neoni Aſinenſi pars vna tradita eſt.

6. Xenophon quum donarium Apollini confeciſſet, in theſaurum illud Athenienſium, qui Delphis eſt, conſecratum repoſuit: quum et ſuum, et Proxeni hoſpitis ſui, qui cum Clearcho occubuerat, nomen inſcripſiſſet.

7. Quod vero Dianae dedicatum erat, id, quo tempore cum Ageſilao ex Aſia in Boeotiam proficiſcebatur, apud Megabyzum

* Al. τὸ ἀπὸ τῶν αἰχ.

παρὰ Μεγαβύζῳ τῷ τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρῳ, ὅτι αὐτὸς κινδυνεύσων ἐδόκει ἰέναι μετὰ Ἀγησιλάου ἐν Κορωνείᾳ. καὶ ἐπέστειλεν, ἢν μὲν αὐτὸς σωθῇ, ἑαυτῷ ἀποδῶναι· εἰ δέ τι πάθοι, ἀναθεῖναι, ποιησάμενον τῇ Ἀρτέμιδι, ὅ, τι οἴοιτο χαριεῖσθαι τῇ Θεῷ.

η'. Ἐπεὶ δ' ἔφυγε Ξενοφῶν, κατοικοῦντος ἤδη αὐτοῦ ἐν Σκιλλοῦντι, ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων οἰκισθέντι παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν, ἀφικνεῖται Μεγάβυζος εἰς Ὀλυμπίαν, θεωρήσων, καὶ ἀποδίδωσι τὴν παρακαταθήκην αὐτῷ. Ξενοφῶν δὲ λαβὼν, χωρίον ὠνεῖται τῇ Θεῷ, ὅπου ἀνεῖλεν ὁ Θεός.

θ'. Ἔτυχε δὲ διαῤῥέων διὰ τοῦ χωρίου ποταμὸς Σελλῆνος. καὶ ἐν Ἐφέσῳ δὲ παρὰ τὸν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος νεὼν Σελλῆνος ποταμὸς παραῤῥεῖ, καὶ ἰχθύες τε ἐν ἀμφοτέροις εἰσὶ, καὶ πόγχαι. ἐν δὲ τῷ * Σκιλλοῦντι χωρίῳ καὶ θήρας πάντων, ὁπόσα ἐσὶ ἀγρευόμενα θηρία.

ι'. Ἐποί-

zum aedituum Dianae reliquit. Videbatur enim illo itinere aleam proelii cum Ageſilao apud Coroneam ſubiturus. Itaque mandatum dedit, in hanc ſententiam: Si ſalvus ipſe euaſiſſet e proelio, reſtituendam ſibi eſſe pecuniam ſacram: ſin aliquid humanitus ei accideret, Megabyzus illam Dianae dedicaret, confecto donario, quod Deae gratiſſimum fore arbitraretur.

8. Poſtea vero, quum eſſet in exilio Xenophon, ac iam Sciluntе habitaret, quod oppidum a Lacedaemoniis propter Olympiam conditum erat; venit ad Olympiam ſpectandi gratia Megabyzus, ac depoſitum Xenophonti reſtituit. Eo recepto Xenophon, agrum illo loco Deae mercatus eſt, qui Apollinis oraculo demonſtratus erat.

9. Perlabitur eum agrum Sellenus amnis. Itidem apud Epheſum propter aedem Dianae Epheſiae Sellenus fluuius praeterfluit. Vterque piſces habet, et conchas. Praeter haec in eo, qui ad Sciluntem eſt, agro, venari feras omnes, quaecunque indagando capiuntur, licet.

10. Tem-

* Al. ἐν δὲ τῷ ἐν Σκιλλοῦντι etc.

ί. Ἐποίησε δὲ καὶ ναὸν, καὶ βωμὸν, ἀπὸ τῆ ἱερῆ ἀργυρίῳ· καὶ τολοιπὸν ἀεὶ δεκατεύων τὰ ἐκ τῆ ἀγρῆ ὡραῖα, θυσίαν ἐποίει τῇ Θεῷ. καὶ πάντες οἱ πολῖται καὶ οἱ πρόσχωροι ἄνδρες καὶ γυναῖκες μετεῖχον τῆς ἑορτῆς. παρέχει δὲ ἡ Θεὸς τοῖς σκηνῆσιν ἄλφιτα, ἄρτους, οἶνον, ἀργύρια, τραγήματα, καὶ τῶν θυομένων ἀπὸ τῆς ἱερᾶς νομῆς λάχος, καὶ τῶν θηρευομένων δέ.

ια. Καὶ γὰρ θήραν ἐποιοῦντο εἰς τὴν ἑορτὴν οἵ τε Ξενοφῶντος παῖδες, καὶ οἱ τῶν ἄλλων πολιτῶν. οἱ δὲ βουλόμενοι καὶ ἄνδρες συνεθήρων, καὶ ἡλίσκετο τὰ μὲν ἐξ αὐτῆ τῆ ἱερῆ χωρίᾳ, τὰ δὲ ἐκ τῆς Φολόης, σύες καὶ δορκάδες καὶ ἔλαφοι.

ιβ. Ἔστι δὲ ὁ τόπος, ᾗ ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ὀλυμπίαν πορεύονται, ὡς εἴκοσι σάδιοι ἀπὸ τῆ ἐν Ὀλυμπίᾳ Διὸς ἱερῆ. ἔνι δ' ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ * καὶ ἄλση καὶ ὄρη δένδρων μεστὰ, ἱκανὰ καὶ σῦς καὶ αἶγας καὶ ὄϊς τρέφειν, καὶ ἵππους, ὥστε καὶ τὰ τῶν εἰς τὴν ἑορτὴν ἰόντων ὑποζύγια

10. Templum etiam, cum ara, de pecunia sacra extruxit, ac post id temporis semper consecratis fructuum agri decumis, sacrum Deae faciebat. Earum feriarum et municipes, et finitimi, tam viri quam foeminae, participes erant. Et subministrat iis Dea, qui agitant conuiuia, farinas cum panibus, vino, pecunia, bellariis; praeterea partem eorum, quae vel e pascuis sacris mactantur, vel venando capiuntur.

11. Xenophontis enim, et caeterorum municipum filii ad celebritatem hanc venationem instituebant: quibus etiam viri se in venando adiungebant, qui vellent. Itaque partim ex agro sacro, partim ex Pholoe apri, capreae, cerui capiebantur.

12. Locus ipse, qua in Olympiam Lacedaemone itur, ad stadia viginti a Iouis Olympii fano abest. Idem et nemora complectitur, et montes refertos arboribus; vt in eis et sues, et caprae, et oues, et equi satis pastus habeant: quo fit, vt eorum, qui ad celebritatem hanc se conferunt, etiam iumenta

* Al. ἱερῷ καὶ λειμὼν καὶ ἄλση etc.

ζύγια εὐωχεῖσθαι. περὶ δ' αὐτὸν τὸν ναὸν ἄλσος ἡμέρων δενδρων ἐφυτεύθη, ὅσα ἐστὶ τρωκτὰ, ὡραῖα.

ιγ'. Ο δὲ ναὸς, ὡς μικρὸς μεγάλῳ, τῷ ἐν Εφέσῳ εἴκασται, καὶ τὸ ξόανον ἔοικεν, ὡς κυπαρισσινον χρυσῷ ὄντι, τῷ ἐν Εφέσῳ. καὶ στήλη ἕστηκε παρὰ τὸν ναὸν γράμματα ἔχουσα, ΙΕΡΟΣ Ο ΧΩΡΟΣ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, τὸν δὲ ἔχοντα καὶ καρπούμενον, τὴν μὲν δεκάτην καταθύειν ἑκάστου ἔτους, ἐκ δὲ τοῦ περιττοῦ τὸν ναὸν ἐπισκευάζειν. ἐὰν δέ τις μὴ ποιῇ ταῦτα, τῇ Θεῷ μελήσει.

ΚΕΦ. δ'.

Εκ Κερασοῦντος δὲ κατὰ θάλατταν μὲν ἐκομίζοντο οἵπερ καὶ πρόσθεν, οἱ δ' ἄλλοι κατὰ γῆν ἐπορεύοντο. ἐπεὶ δ' ἦσαν ἐπὶ τοῖς Μοσυνοικων ὁρίοις, πέμπουσιν εἰς αὐτοὺς Τιμησιθεον τὸν Τραπεζούντιον, πρόξενον ὄντα τῶν Μοσυνοίκων, ἐρωτῶντες, πότερον ὡς διὰ φιλιας ἢ ὡς διὰ πολεμιας

ta abunde satientur. Propter fanum lucus est, hortensibus arboribus consitus, in quo erant omnia, quaecunque, posteaquam maturuerunt, esculenta sunt.

13. Fanum ipsum, vt parvum magni, similitudinem Ephesini refert: itemque simulacrum, vt cupressinum aureo, Ephesino simile est. Propter fanum pila erecta, quae has litteras continet: FVNDVS DIANAE SACER. Hoc qui possessor fruitur, quotannis consecrato decumam: de reliquo fanum sartum tecum conseruato. Si quis non fecerit Dea vindex esto.

CAP. IV.

Post haec a Cerasunte, mari quidem ii, qui prius, vehebantur: caeteri terrestri itinere pergebant: Posteaquam Mosynoecorum fines attigissent, Timesitheum Trapezuntium ad eos mittunt, qui erat Mosynoecorum hospes. Per hunc interrogant, vtrum tanquam per pacatum, an hostilem agrum iter Graecis facien-

λεμίας πορεύσονται τῆς χώρας. οἱ δ' εἶπον, ὅτι ἀ διοίσειεν· ἐπίστευον γὰρ τοῖς χωρίοις.

β'. Ἐντεῦθεν λέγει Τιμησίθεος, ὅτι πολέμιοί εἰσιν αὐτοῖς οἱ ἐκ τῶ ἐπέκεινα. καὶ εὐθὺς καλέσαι ἐκείνους, εἰ βούλοιντο συμμαχίαν ποιήσασθαι. καὶ πεμφθεὶς ὁ Τιμησίθεος ἦκεν ἄγων τοὺς ἄρχοντας. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο, συνῆλθον οἵ τε τῶν Μοσυνοίκων ἄρχοντες καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἑλλήνων. καὶ ἔλεγε μὲν Ξενοφῶν, ἡρμήνευε δὲ Τιμησίθεος.

γ'. Ὦ ἄνδρες Μοσύνοικοι, ἡμεῖς διελθεῖν βουλόμεθα εἰς τὴν Ἑλλάδα πεζῇ· πλοῖα γὰρ οὐκ ἔχομεν· κωλύουσι δὲ ὔτοι ἡμᾶς, ὡς ἀκούομεν ὑμῖν πολεμίους εἶναι. εἰ οὖν βούλεσθε, ἔξεστιν ὑμῖν ἡμᾶς λαβεῖν συμμάχους, καὶ τιμωρήσασθαι εἴ τι πώποθ' ὑμᾶς ὔτοι ἠδίκησαν, καὶ τοὐλοιπὸν ὑμῶν ὑπηκόους εἶναι τούτους. εἰ δὲ ἡμᾶς ἀφήσετε, σκέψασθε πόθεν αὖθις ἂν τοσαύτην δύναμιν λάβοιτε σύμμαχοι.„ πρὸς ταῦτα

ciendum esset. Illi, quod munitionibus locorum fiderent, sibi perinde fore respondent.

2. Tum Timesitheus narrat, esse his hostes illos, qui vlterius habitarent. Quare visum est, hos esse de ineunda societate belli appellandos. Missus est igitur ad eos Timesitheus, qui cum magistratibus gentis rediit. Posteaquam aduenissent, ac iam tum Mosynoecorum magistratus, tum Graecorum praetores congressi essent; Xenophon hanc orationem habuit, interpretante ipsius verba Timesitheo.

3. Cupimus nos, Mosynoeci, pedestri itinere Graeciam petere, quum a nauigiis destituamur. Verum impedimur ab iis, quos vobiscum inimicitias exercere audimus. Quapropter, si voletis, licet iam vobis nos socios adiungere, iniurias, quibus vnquam vos illi affecerunt, vlcisci: efficere denique, vt in posterum vestro illi imperio pareant. Quod si nos dimiseritis, circumspicite tandem, vnde tantum exercitum accepturi sitis, qui vobis opituletur. Ad ea qui summum apud Mosynoecos magistra-

ταῦτα ἀπεκρίνατο ὁ ἄρχων τῶν Μοσυνοίκων, ὅτι καὶ βούλοιτο ταῦτα, καὶ δέχοιτο τὴν συμμαχίαν.

δ'. Ἄγετε δή, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τί ἡμῶν δεήσεσθε χρήσασθαι, ἂν σύμμαχοι ὑμῶν γενώμεθα; καὶ ὑμεῖς ποῖοί * τε ἔσεσθε ὑμῖν συμπράξαι περὶ τῆς ὁδοῦ;„ οἱ δ' εἶπον, ὅτι ἱκανοὶ ἐσμὲν εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλειν, ἐκ τῆ ἐπὶ θάτερα, τὴν τῶν ὑμῖν τε καὶ ἡμῖν πολεμίων, καὶ δοῦρο ὑμῖν πέμψαι ναῦς τε καὶ ἄνδρας, οἵτινες ὑμῖν συμμαχοῦνταί τε, καὶ τὴν ὁδὸν ἡγήσονται.

ε. Ἐπὶ τοιούτοις ** πιστὰ δόντες, καὶ λαβόντες, ᾤχοντο· καὶ ἦκον τῇ ὑστεραίᾳ ἄγοντες τριακόσια πλοῖα μονόξυλα, καὶ ἐν ἑκάστῳ τρεῖς ἄνδρας, ὧν οἱ μὲν δύο ἐκβάντες, εἰς τάξιν ἐθεντο τὰ ὅπλα. ὁ δὲ εἷς ἔμενε. καὶ οἱ μὲν, λαβόντες τὰ πλοῖα, ἀπέπλευσαν. οἱ δὲ μένοντες ἐξετάξαντο ἕτως.

ς'. Ἔσησαν ὥσπερ, ἀνὰ ἑκατὸν μάλιστα, οἱ χοροὶ, ἀντιστοιχοῦντες ἀλλήλοις, ἔχοντες γέρρα πάντες λευκῶν βοῶν δα-

tum gerebat, ita respondit: vt significaret, et velle se haec, et societatem admittere.

4. Tum Xenophon: Agite vero, ait, quanam in re nostra vobis opus erit opera, si vobiscum belli societatem ineamus? itidemvos quid adiumenti nobis afferre poteritis ad hoc, vt transitus nobis concedatur? Nobis, inquiunt, virium satis eli ad invadendum ab altera parte illorum agrum, quos hostes communes habemus: ac nihilo sequius huc ad vos tum naues, tum milites mittemus, qui et auxilio vobis sint, et viam commonstrent.

5. His conditionibus quum vtrinque data et accepta fides esset, ad suos abiere. Postridie cum trecentis lintribus aderant, quibus singulis terni homines continebantur. Ex his duo de lintribus egressi, ad Graecorum aciem se adiungebant: vnus in nauigio manebat. Itaque sumtis lintribus, abnauigarunt: reliqui se hoc modo in aciem disposuerunt.

6. Stabant centuriatim tanquam chori, oppositis sibi seriebus, omnes infructi densis scutis, ex albarum boum coriis, hederae

* Al. καὶ ὑμεῖς τί οἷοί τε.

** Al. ἐπὶ τούτοις.

δασέα, εἰκασμένα κιττῷ πετάλῳ· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ παλτὸν ὡς ἑξάπηχυ, ἔμπροσθεν μὲν λόγχην ἔχον, ὀπισθεν δὲ αὐτῷ τῷ ξύλῳ σφαιροειδές. χιτωνίσκας δὲ ἐνεδεδύκεσαν ὑπὲρ γονάτων, πάχος ὡς λινοῦ στρωματοδέσμου. ἐπὶ δὲ τῇ κεφαλῇ κράνη σκύτινα, οἷά περ τὰ Παφλαγονικά, κρωβύλον ἔχοντα κατὰ μέσον ἐγγυτάτω τιαροειδῆ. εἶχον δὲ καὶ σαγάρεις σιδηρᾶς.

ιζ'. Ἐντεῦθεν ἐξῆρχε μὲν αὐτῶν εἷς, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἀδοντες ἐπορεύοντο ἐν ῥυθμῷ, καὶ διελθόντες διὰ τῶν τάξεων, καὶ διὰ τῶν ὅπλων τῶν Ἑλλήνων, ἐπορεύοντο εὐθὺς πρὸς τὰς πολεμίους, ἐπὶ χωρίον, ὃ ἐδόκει ἐπιμαχώτατον εἶναι. ἔκειτο δὲ τοῦτο πρὸ τῆς πόλεως, τῆς Μητροπόλεως καλουμένης αὐτοῖς, καὶ ἐχούσης τὸ ἀκρότατον τῶν Μοσυνοίκων. καὶ περὶ τούτου ὁ πόλεμος ἦν. οἱ γὰρ ἀεὶ τοῦτ' ἔχοντες ἐδόκουν ἐγκρατεῖς πάντων Μοσυνοίκων εἶναι. καὶ ἔφασαν τότε δ' δικαίως

hederae folii formam: dextra sex cubitum tragulam tenebant: cuius anterior pars cuspidem habebat, posterior formam ligni pilarem. Tunicis supra genua induti erant, quarum erat ea crassities, quae lineae fasciae, qua stragula vestis constringitur. In capite coriaceas galeas, Paphlagonicis consimiles gestabant: quarum in medio spira tortilis erat, quam proxime tiarae formam referens. Habebant et secures ferreas.

7. Polithaec quum vnus ex eis praecinuisset, caeteri omnes cum cantu incedebant ad numerum; perque Graecorum ordines et armatos progressi, rectâ tendebant in hostem, ad castellum, quod expugnari facillime posse videbatur. Situm hoc erat ante oppidum, quod ipsi Metropolim appellabant, et in quo erat imperii quasi arx, de qua bellum inter ipsos gerebatur. Nam quolibet tempore, qui ea potirentur, ii se Mosynoecos vniversos in officio et potestate sua retinere posse arbitrabantur. Atque hoc aiebant Graecorum socii ab hostibus

καίως ἔχειν τοῦτο, ἀλλὰ κοινὸν ὂν καταλαβόντας πλεονεκτεῖν.

ή. Εἵποντο δ' αὐτοῖς καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὲς, ὑ ταχθέντες ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ἀλλ' ἁρπαγῆς ἕνεκεν. οἱ δὲ πολέμιοι, προσϊόντων, τέως μὲν ἡσύχαζον· ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἐγένοντο τῇ χωρίᾳ, ἐκβαμόντες τρέπονται αὐτὲς, καὶ ἀπέκτειναν συχνὲς τῶν βαρβάρων, καὶ τῶν συναβάντων Ἑλλήνων τινάς· καὶ ἐδίωκον, μέχρις ἃ εἶδον τὲς Ἕλληνας βοηθῶντας. εἶτα δὲ ἐκτραπόμενοι ᾤχοντο· καὶ ἀποτεμόντες τὰς κεφαλὰς τῶν νεκρῶν, ἐπεδείκνυσαν τοῖς τε Ἕλλησι καὶ τοῖς ἑαυτῶν πολεμίοις· καὶ ἅμα ἐχόρευον, νόμῳ τινὶ ᾄδοντες.

θ'. Οἱ δ' Ἕλληνες μάλα ἤχθοντο, ὅτι τὲς τε πολεμίους ἐπεποιήκεσαν θρασυτέρους, καὶ ὅτι οἱ ἐλθόντες Ἕλληνες σὺν αὐτοῖς ἐπεφεύγεσαν, μάλ' ὄντες συχνοί. ὃ ἄπω πρόσθεν ἐπεποιήκεσαν ἐν τῇ στρατείᾳ. Ξενοφῶν δὲ συγκαλέσας τὲς Ἕλληνας, εἶπεν.

ί. Av-

bus nullo iure teneri, qui eo, quod communitatis esset, occupato, aliena vsurparent.

8. Sequebantur hos Graeci quidam, non ex ducum imperio, sed praedae causa. Hostes accedentibus nostris, primum quiescebant. Quum autem prope a castello abessent, excursione facta, in fugam eos vertunt, ac barbarorum complures, Graecorum, qui cum eis ascenderant, nonnullos interficiunt: neque a persequendo desistunt, donec Graecos suis opem ferre viderent. Tum vero conuersi discedebant, et praecisa interfectorum capita tum Graecis tum hostibus suis ostentabant; simulque certo quodam modo cantantes, tripudiabant.

9. Graeci permoleste ferebant, hostes audentiores esse factos; ac Graecos, qui se satis magno numero barbaris adiunxerant, fugisse. Neque enim hac tota in expeditione quidquam huiusmodi commiserant. Atque heic, conuocatis Graecis, Xenophon in hanc sententiam loquutus est:

10. Non

ι. Ἄνδρες στρατιῶται, μηδὲν ἀθυμήτετε * ἕνεκα τῶν γεγενημένων. ἔστι γὰρ ὅ, τι καὶ ἀγαθὸν ἀμεῖνον τῶν κακῶν γεγένηται. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπίστασθε, ὅτι οἱ μέλλοντες ἡμῖν ἡγεῖσθαι, τῷ ὄντι πολέμιοί εἰσιν οἵπερ καὶ ἡμᾶς ἀνάγκη. ἔπειτα δὲ τῶν Ἑλλήνων οἱ ἀφροντιςήσαντες τῆς σὺν ἡμῖν τάξεως, καὶ ἡγησάμενοι ἱκανοὶ εἶναι σὺν τοῖς βαρβάροις ταῦτα ** πράττειν, ἅπερ σὺν ἡμῖν, δίκην ἐδώκασιν. ὥστε αὐθις ἧττον τῆς ἡμετέρας τάξεως ἀπολείψονται. ἀλλ' ὑμᾶς δεῖ παρασκευάσασθαι, ὅπως καὶ τοῖς φίλοις ὅσι τῶν βαρβάρων δόξετε κρείττους αὐτῶν εἶναι, καὶ τοῖς πολεμίοις δηλώσετε, ὅτι οὐχ ὁμοίοις ἀνδράσι μαχοῦνται νῦν δὲ καὶ ὅτε τοῖς ἀτάκτοις ἐμάχοντο.,,

ιά. Ταύτην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν ἧτως διέμειναν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ θύσαντες, ἐπεὶ ἐκαλλιέρησαν, ἀριστήσαντες, ὀρθὰς τὰς λόχους ποιησάμενοι, καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κατὰ ταὐτὰ τεταγμένους, ἐπορεύοντο, τοὺς τοξότας μὲ-

10. Non est, milites, cur animis dejectis, ob ea quae acciderc, sitis. Quippe non minus boni quam mali vobis contigit. Primum enim certo iam vobis constat, eos, qui futuri sunt itineris nostri duces, reapse hostili esse in illos animo, quos itidem nos hostium loco necessario ducimus. Deinde Graeci nostri, qui acie nostra posthabita, se barbaris adiunctos eadem putarunt gerere posse, quae nobiscum perfecere, poenas dederunt. Quo fiet, vt deinceps minus sint aciem nostram de-

* Al. ἀθυμήσητε.

ferturi. Enimuero sic vos parctis necesse est, vt tum ii barbari, qui amicitiam nostram amplexi sunt, praestare nos sibi ipsis statuant: tum hostibus declaretis, nou iam ipsos cum eiusmodi viris proelio congressuros, quales illi fuere, quos modo nullius ordinis observantes sunt adorti.

11. Ita tum hoc die quum quiessent, postridie facta re sacra, et extis addicentibus, prandent, instructisque cohortibus rectis, ac barbaris itidem ad sinistram collocatis, pergunt; sagittariis intra co-

hortes

** Al. ταυτά.

μεταξὺ τῶν λόχων ὀρθίων ὄντων ἔχοντες, ὑπολειπομένας δὲ μικρὸν τὸ σῶμα τῶν ὁπλιτῶν.

ιβ'. Ησαν γὰρ τῶν πολεμίων οἱ εὔζωνοι, οἳ κατατρέχοντες τοῖς λίθοις ἔβαλλον. τούτους δὴ ἀνεῖλκον οἱ τοξόται καὶ οἱ πελτασταί. οἱ δ' ἄλλοι βάθην ἐπορεύοντο, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸ χωρίον, ἀφ' οὗ τῇ προτεραίᾳ οἱ βάρβαροι ἐτράπησαν, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς. ἐνταῦθα γὰρ οἱ πολέμιοι ἦσαν ἀντιτεταγμένοι.

ιγ'. Τὰς μὲν δὴ πελτασὰς ἐδέξαντο οἱ βάρβαροι, καὶ ἐμάχοντο. ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν οἱ ὁπλῖται, ἐτράποντο. καὶ οἱ μὲν πελτασταὶ εὐθὺς εἶπροντο, διώκοντες ἄνω πρὸς τὴν Μητρόπολιν· οἱ δὲ ὁπλῖται ἐν τάξει εἶποντο.

ιδ'. Ἐπεὶ δ' ἄνω ἦσαν πρὸς ταῖς τῆς Μητροπόλεως οἰκίαις, ἐνταῦθα δὴ οἱ πολέμιοι ὁμοῦ δὴ πάντες γενόμενοι ἐμάχοντο, καὶ ἐξηκόντιζον τοῖς παλτοῖς, καὶ ἄλλα δόρατα ἔχοντες παχέα μακρά, ὅσα ἀνὴρ φέροι μό-

hortes rectas receptis, qui aliquo tamen ex interuallo a grauis armaturae peditum fronte subsilirent.

12. Nam inter hostes expediti nonnulli excurrebant, et lapidibus nostros petebant. Hos sagittarii cum cetratis reprimebant. Caeteri milites gradatim procedebant, ac primo quidem ad eum ipsum locum, de quo pridie barbari, cum iis, qui se ipsis adiunxerant, in fugam acti fuerant. Heic enim hostes acie instructa stabant.

13. Sustinebant cetratorum impetum barbari, contraque hos dimicabant: verum vbi grauis armatura prope iam ab ipsis aberat, terga dabant. Eos a tergo fugientium cetrati, sursum ad Metropolim tendentes, persequebantur: quum armatura grauis, ordine seruato, succederet.

14. Postea quam sursum ad ipsas vsque Metropolis domos peruentum esset, tum vero collecti hostes vniuersi dimicabant, ac partim tragulas iaculabantur, partim hastas alias habebant; easque tanta celeritate ac longitudine, vt vnus eas vix gestare posset. His propul-

sare

μόλις. τούτοις ἐπειρῶντο ἀμύνεσθαι ἐκ χειρός.

ιε΄. Επεὶ δὲ οὐχ ὑφίεντο οἱ Ελληνες, ἀλλ' ὁμόσε ἐχώρουν, ἔφυγον οἱ βάρβαροι, καὶ ἐντεῦθεν ἅπαντες ἔλιπον τὸ χωρίον. ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτῶν, ὁ ἐν τῷ μόσυνι τῷ ἐπ' ἄκρου ᾠκοδομημένῳ, ὃν τρέφουσι πάντες κοινῇ αὐτοῦ μένοντα καὶ φυλάττοντα, οὐκ ἤθελεν ἐξελθεῖν, οὐδὲ οἱ ἐν τῷ προτέρῳ αἱρεθέντι χωρίῳ· ἀλλ' αὐτοῦ σὺν τοῖς Μοσύνοις κατεκαύθησαν.

ιϛ΄. Οἱ δ' Ελλλνες διαρπάζοντες τὸ χωριον, εὕρισκον θησαυροὺς ἐν ταῖς οἰκιαις ἄρτων νενημενων πατριους περυσινῶν, ὡς ἔφασαν οἱ Μοσύνοικοι· τὸν δὲ νέον σῖτον σὺν τῇ καλάμῃ ἀποκείμενον. ἦσαν δὲ ζειαὶ αἱ πλεῖσαι. καὶ δελφίνων τεμάχη ἐν ἀμφορεῦσεν εὑρίσκετο τεταριχευμένα, καὶ στέαρ ἐν τεύχεσι τῶν δελφίνων, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Μοσύνοικοι, καθάπερ οἱ Ελληνες τῷ ἐλαίῳ. † κάρυα δ' ἐπὶ τῶν ἀνωγαίων ἦν πολλὰ τὰ πλατέα, οὐκ ἔχοντα διαφυὴν οὐδεμίαν· τούτοις

καὶ

ſare vim hoſtium comminus nitebantur.

15. At vero quum Graeci non modo nihil cederent, ſed etiam pergerent ad conferendum cum eis manus, fugam arripiunt barbari, ſtatimque vniuerſi oppidum deſerunt. Eorum rex, qui degebat in turri lignea, loco editiſſimo extructa, in qua manentem, et agentem excubias, communibus impenſis omnes alunt, ex ea prodire nolebat, ac ne illi quidem, qui in caſtello prius capto erant: ſed vna cum aedibus ligneis exuſti fuere.

16. Graeci quum oppidum diriperent, aceruos panum, more gentis congeſtorum, cumulate in aedibus inueniunt. Hi ſuperioris erant anni, quemadmodum aiebant Moſynoeci. Frumentum hornum vna cum ipſo culmo conditum reperiunt, cuius maxima pars erat zea. Reperiebantur et delphinorum fruſta ſale condita, cum eorundem in vaſis adipe; quo Moſynoeci ſic vtebantur, vt Graeci oleo. Superioribus in tabulatis nuces erant caſtaneae, eaeque craſſae, nulla cum fiſſura. His elixan-

 do.

† Pollux ad hunc locum reſpiciens; κάρυα ἐκ ἔχοντα διαφυήν.
* Al. τούτῳ καὶ πλείστῳ.

καὶ πλεῖστον ὡς σῖτῳ ἐχρῶντο, ἕψοντες. οἶνος δ' εὑρίσκετο, ὃς ἄκρατος μὲν, ὀξὺς ἐφαίνετο εἶναι ὑπὸ τῆς αὐστηρότητος· κεραθεὶς δὲ, εὐώδης τε καὶ ἡδύς.

ιζ'. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἀριστήσαντες ἐνταῦθα, ἐπορεύοντο εἰς τὸ πρόσω, παραδόντες τὸ χωρίον τοῖς συμμαχήσασι τῶν Μοσυνοίκων. ὁπόσα δὲ καὶ ἄλλα παρῆσαν χωρία τῶν σὺν τοῖς πολεμίοις ὄντων, τὰ εὐπροσοδώτατα οἱ μὲν ἔλιπον, οἱ δὲ ἑκόντες προσεχώρουν. τὰ δὲ πλεῖστα τοιάδ' ἦν τῶν χωρίων· ἀπεῖχον ἀλλήλων αἱ πόλεις στάδια ὀγδοήκοντα, αἱ δὲ πλεῖον, αἱ δὲ μεῖον, ἀναβοώντων δὲ ἀλλήλων συνήκουον εἰς τὴν ἑτέραν ἐκ τῆς ἑτέρας πόλεως. ὅτως ὑψηλή τε καὶ κοίλη ἡ χώρα ἦν.

ιή. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενοι ἐν τοῖς Φιλίοις ἦσαν, ἐπεδείκνυσαν αὐτοῖς παῖδας τῶν εὐδαιμόνων σιτευτοὺς, τεθραμμένους καρύοις ἑφθοῖς, ἁπαλοὺς καὶ λευκοὺς σφόδρα καὶ ὑ πολλῷ δέοντας ἴσους τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος εἶναι, ποικίλους δὲ τὰ νῶτα, καὶ τὰ ἐμπροσθεν πάντα ἐστιγμέ-

do coctis, vt plurimum panis loco vescebantur. Vinum etiam reperiebatur, quod merum propter austeritatem videretur acidum esse: dilutum vero, fragrans erat, ac dulce.

17. Hoc loco Graeci quum prandi essent, vlterius pergebant; oppido Mosynoecis, qui pugnae socii fuerant, tradito. Quaecunque autem oppida, quae ab hostium partibus essent, alia praeterirent; eorum accessu facillima, partim a suis deserebantur, partim sponte deditionem faciebant. Magna quidem eorum pars huiusmodi erant. Distabant a se inuicem stadiis octoginta, et nonnulla hoc vel maiore, vel minore spatio. Quod si clamorem tollerent, exaudiri ab oppido vno ad alterum vsque poterant. Tam edita erat, et concaua regio.

18. Posteaquam ad foederatorum fines peruentum esset, ostendebantur eis diuitum filii saginati, qui castaneis elixis nutriti essent; teneri admodum, et candidi, crassitie ac longitudine propemodum pari, tergis vario colore distinctis, anterioribusque partibus vniuersis pictura

ἐςιγμένȣς ἀνθέμιον. ἐζήτȣν δὲ καὶ ταῖς ἑταίραις αἷς ἦγον οἱ Ελληνες, ἐμφανῶς συγγενέσθαι. νόμος γὰρ ἦν σφίσιν ȣ̓τος· λευκοὶ δὲ πάντες οἱ ἄνδρες καὶ αἱ γυναῖκες.

ιϛ. Τȣ́τȣς ἔλεγον οἱ ςρατευσάμενοι βαρβαρωτάτȣς διελθεῖν, καὶ πλεῖςον τῶν Ελληνικῶν νόμων κεχωρισμένȣς. ἔν τε γὰρ ὄχλῳ ὄντες, ἐποίȣν ἅπερ ἄνθρωποι ἐν ἐρημίᾳ ποιήσειαν, ἄλλως δὲ ȣ̓κ ἂν τολμῷεν· μόνοι τε ὄντες ὅμοια ἔπραττων, ἅπερ ἂν μετ' ἄλλων ὄντες. διελέγοντό τε ἑαυτοῖς, καὶ ἐγέλων ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ ὠρχȣ̃ντο ἐφιςάμενοι ὅπȣ τύχοιεν, ὥσπερ ἄλλοις ἐπιδεικνύμενοι.

ΚΕΦ. ε'.

Διὰ ταύτης τῆς χώρας οἱ Ελληνες, διά τε της πολεμίας, καὶ τῆς φιλίας, ἐπορεύθησαν ὀκτὼ ςαθμȣ̀ς, καὶ ἀφικνȣ̃νται εἰς Χάλυβας. ȣ̓τοι ὀλίγοι ἦσαν, καὶ ὑπήκοοι τῶν

pictura florida distinctis. Cupiebant et cum scortis, quae Graeci secum ducebant, palam consuescere. Nam hic illis mos erat. Omnes tam viri quam mulieres, colore erant candido.

19. Atque hos censebant, qui hic expeditioni interfuere, maxime barbaros, inter omnes quorum ipsi fines peragrassent; ac plurimum a moribus Graecorum dissidentes. Nam in hominum turba perpetrabant ea, quae homines in solitudine facere consueuerunt, neque extra solitudinem vnquam auderent committere: rursum si soli essent, perinde se gerebant, atque si cum aliis essent. Nam et ipsi secum soli colloquebantur, ridebant secum, tripudiabant vbicunque forte libitum fuisset subsistere, quasi si aliis semet ostentarent.

CAP. V.

Per hanc regionem Graeci, tam hostilem quam pacatam, profecti, castris octauis ad Chalybes perueniunt. Erat ea natio non ampla, et Mosynoecorum

τῶν Μοσυνοίκων, καὶ ὁ βίος ἦν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ἀπὸ σιδηρείας.

β'. Ἐντεῦθεν ἀφικνοῦνται εἰς Τιβαρηνούς. ἡ δὲ τῶν Τιβαρηνῶν χώρα πολὺ ἦν πεδινωτέρα, καὶ χωρία εἶχεν ἐπὶ θαλάττῃ ἧττον ἐρυμνά. καὶ οἱ στρατηγοὶ ἔχρηζον πρὸς τὰ χωρία προσβάλλειν, καὶ τὴν στρατιὰν ὀνηθῆναί τι. καὶ τὰ ξένια, ἃ ἦκε παρὰ τῶν Τιβαρηνῶν, ἐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' ἐπιμεῖναι κελεύσαντες ἔστε βουλεύσαιντο, ἐθύοντο.

γ'. Καὶ πολλὰ καταθυσάντων, τέλος ἀπεδείξαντο οἱ μάντεις πάντες γνώμην, ὅτι βδαμῇ προσίενται οἱ θεοὶ τὸν πόλεμον. ἐντεῦθεν δὴ τὰ ξένια ἐδέξαντο, καὶ ὡς διὰ φιλίας πορευόμενοι δύο ἡμέρας, ἀφίκοντο εἰς Κοτύωρα, πόλιν Ἑλληνίδα, Σινωπέων ἀποίκους, οἰκοῦντας ἐν τῇ Τιβαρηνῶν χώρᾳ.

δ'. Μέχρις ἐνταῦθα ἐπέζευσεν ἡ στρατιά. πλῆθος τῆς καταβάσεως τῆς ὁδὸς ἀπὸ τῆς ἐν Βαβυλῶνι μάχης ἄχρι

noecorum imperio subiecta. Maxima pars gentis se ferro fodiendo alebat.

2. Hinc ad Tibarenos perveniunt. Eorum ager multo magis erat campestris, et ad mare habebat oppida minus munita. Volebant haec duces adoriri, vt exercitus commodis quibusdam potiretur. Itaque hospitalia munera, quae a Tibarenis mittebantur, non recipiebant: sed iussis illis expectare, donec consultassent, rem sacram faciebant.

3. Quum hostias complures mactassent, tandem vniuersi vates hanc sententiam suam aperuerunt, nullo modo bellum hoc Diis probari. Tum deinde dona hospitalia sunt accepta: biduumque veluti pacato in agro quum perrexissent, Graecum ad oppidum Cotyora peruenere, Sinopensium coloniam, Tibarenorum in agro sitam.

4. Huc vsque Graecorum exercitus pedibus itinera confecit. Atque hoc iter, quo ex Asia, post pugnam Babyloniam, Cotyora vsque descendere,

ἄχρι εἰς Κοτύωρα, σταθμοὶ ἑκατὸν εἴκοσι δύο, παρασάγγαι ἑξακόσιοι εἴκοσι, στάδια μύριοι ὀκτακισχίλιοι εἴκοσι· χρόνος πλῆθος, ὀκτὼ μῆνες.

ε'. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τεττεράκοντα καὶ πέντε, ἐν δὲ ταύταις πρῶτον μὲν τοῖς Θεοῖς ἔθυσαν, καὶ πομπὰς ἐποίησαν κατὰ ἔθνος ἕκαστος τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀγῶνας γυμνικούς. τὰ δὲ ἐπιτήδεια ἐλάμβανον, τὰ μὲν ἐκ τῆς Παφλαγονίας, τὰ δὲ ἐκ τῶν χωρίων τῶν Κοτυωριτῶν. ἐ γὰρ παρεῖχον ἀγοράν, ἐδ' εἰς τὸ τεῖχος τὸς ἀθενοῦντας ἐδέχοντο.

ς'. Ἐν δὲ τούτῳ ἔρχονται ἐκ Σινώπης πρέσβεις, φοβούμενοι περὶ τῶν Κοτυωριτῶν τῆς τε πόλεως, (ἦν γὰρ ἐκείνων, καὶ φόρος ἐκείνοις ἔφερον) καὶ περὶ τῆς χώρας, ὅτι ἦκον δῃώμενην. καὶ ἐλθόντες εἰς τὸ στρατόπεδον, ἔλεγον· (προηγόρει δὲ Ἑκατώνυμος, δεινὸς νομιζόμενος εἶναι λέγειν.)

ζ'. Ἔπεμψεν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἡ τῶν Σινωπέων πόλις, ἐπαινέσοντάς τε ὑμᾶς, ὅτι ἐνικᾶτε Ἕλληνες ὄντες

fcendere, tantum fuit; vt caſtris cxxii paraſangas reſolverent, [hoc eſt] xvmcio. et xx ſtadia. Temporis ſpatium menſes octo complectebatur.

5. Apud Cotyora xlv dies haelere, quibus primum omnium ſacra Diis perſoluta, et proceſſus ſolemnes inſtituti, Graecis per ſingulas nationes diſtinctis, itemque ludi gymnici. Commeatum partim e Paphlagonia, partim ex agris Cotyorenſium accipiebant. Nam illi forum rerum venalium nullum ſuppeditabant, nec aegros intra moenia recipiebant.

6. Hoc ipſo tempore legati Sinope veniunt. Nam metuebant tum vrbi Cotyorenſium, quae ipſorum eſſet, ac vectigalia eis penderet; tum agro, quem populationibus vexari audierant. Hi quum in caſtra veniſſent, huiuſmodi orationem habuere, pronuntiante illam ante caeteros Hecatonymo, qui valere dicendo exiſtimabatur.

7. Miſit nos, milites, Sinopenſium ciuitas, partim collaudatum vos, qui quum Graeci

ſitis,

ὄντες βαρβάρους, ἔπειτα δὲ καὶ συνησθησομένους, ὅτι διὰ πολλῶν τε καὶ δεινῶν, ὡς ἡμεῖς ἀκούομεν, πραγμάτων σεσωσμένοι πάρεστε. ἀξιοῦμεν δὲ Ἕλληνες ὄντες καὶ αὐτοὶ, ὑφ' ὑμῶν ὄντων Ἑλλήνων ἀγαθὸν μέν τι πάσχειν, κακὸν δὲ μηδέν. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδὲν πώποθ' ὑπήρξαμεν κακῶς ποιοῦντες· Κοτυωρῖται δὲ οὗτοι εἰσὶ μὲν ἡμέτεροι ἄποικοι, καὶ τὴν χώραν ἡμεῖς αὐτοῖς ταύτην παραδεδώκαμεν, βαρβάρους ἀφελόμενοι. διὸ καὶ δασμὸν ἡμῖν φέρουσιν οὗτοι τεταγμένον, καὶ Κερασούντιοι, καὶ Τραπεζούντιοι ὡσαύτως· ὥθ' ὅ, τι ἂν τούτους κακὸν ποιήσετε *, ἡ Σινωπέων πόλις νομίζει πάσχειν. νῦν δὲ ἀκούομεν ὑμᾶς εἴς τε τὴν πόλιν βίᾳ παρεληλυθότας, ἐνίους σκηνοῦν ἐν ταῖς οἰκίαις, καὶ ἐκ τῶν χωρίων λαμβάνειν ὧν ἂν δέησθε, οὐ πείθοντας· ταῦτ' οὖν οὐκ ἀξιοῦμεν· εἰ δὲ ταῦτα ποιήσητε, ἀνάγκη ἡμῖν καὶ Κορύλαν, καὶ Παφλαγόνας, καὶ ἄλλον ὅντινα ἂν δυνώμεθα, φίλον ποιεῖσθαι.„

ἡ. Πρὸς

sitis, barbaros superaueritis: partim vobis gratulatum, quod e multis ac difficilibus rebus, quemadmodum accepimus, incolumes huc euaseritis. Caeterum a vobis Graecis nos, et ipsi Graeci homines, petimus; vti potius aliquo nos commodo quam detrimento afficiatis. Nec enim vnquam vllius erga vos iniuriae auctores extitimus: Hi vero Cotyorenses a nobis in coloniam deducti sunt, qui eis etiam hunc agrum barbaris ademtum tradidimus. Qua de caussa nobis vectigal constitutum perinde, vt Cerasuntii, et Trapezuntii, pendunt. Quidquid igitur his iniuriae a vobis infertur, id sibi accedere Sinopensium respublica ducit. Accepimus autem, vos oppidum vi ingressos esse, ac nonnullis vestrum aedes inhabitandas occupasse, et ex agris ea, quibus vobis opus sit, non persuadendo, sed vi auferre. Haec nos haudquaquam aequa censemus esse. Quod si porro committere huiusmodi perrexeritis, non Corylam solum, et Paphlagones, sed quoscunque potuerimus, adiungere nobis cogemur.

8. Ad

* Al. ποιήσητε.

ἡ. Πρὸς ταῦτα ἀναστὰς Ξενοφῶν, ὑπὲρ τῶν στρατιωτῶν εἶπεν· Ἡμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Σινωπεῖς, ἥκομεν ἀγαπῶντες, ὅτι τὰ σώματα διεσωσάμεθα καὶ τὰ ὅπλα. ἃ γὰρ ἡμῖν δυνατὸν ἅμα τε χρήματα ἄγειν καὶ φέρειν, καὶ τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. καὶ νῦν, ἐπειδὰν εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἥλθομεν, ἐν Τραπεζοῦντι μὲν (παρεῖχον γὰρ ἡμῖν ἀγορὰν) ὠνούμενοι εἴχομεν τὰ ἐπιτήδεια, καὶ ἀνθ' ὧν ἐτίμησαν ἡμᾶς, καὶ ξένια ἔδωκαν τῇ στρατιᾷ, ἀντετιμῶμεν αὐτούς. καὶ μὴν εἴ τις αὐτοῖς φίλος ἦν τῶν βαρβάρων, τούτων ἀπειχόμεθα· τοὺς δὲ πολεμίους αὐτῶν, ἐφ' οὓς αὐτοὶ ἡγοῦντο, κακὸν ἐποιοῦμεν ὅσον ἐδυνάμεθα. ἐρώτα δὲ αὐτούς, οἵοιών τινῶν ἡμῶν ἔτυχον. πάρεισι γὰρ ἐνθάδε, οὓς ἡμῖν ἡγεμόνας διὰ φιλίαν ἡ πόλις συνέπεμψεν.

θ. Οποι δ' ἂν ἐλθόντες ἀγορὰν μὴ ἔχωμεν, ἄν τε εἰς βάρβαρον γῆν, ἄν τε εἰς Ἑλληνίδα, οὐχ ὑβρει, ἀλλ' ἀνάγκη λαμβάνομεν τὰ ἐπιτήδεια. καὶ Καρδούχους, καὶ Χαλ-

8. Ad ea surgens Xenophon, in hanc sententiam pro militibus verba fecit: Venimus huc ita, Sinopenses, vt aequi bonique consulamus, corpora cum armis conseruasse. Nec enim simul opes rapere ac ferre potuimus, et aduersus hostes pugnare. Postea quam vero ad vrbes Graecas accessimus, apud Trapezuntem, quae fori nobis copiam faciebat, commeatum pretio redemimus: et quia Trapezuntii nobis honorem exhibuere, missis ad exercitum donis hospitalibus, nos vicissim eos honore prosequuti sumus. Itaque si, quos barbarorum amicitia sibi deuinctos habebant, ab iis abstinuimus: hostes vero, ducibus ipsis adorti, quibuscunque potuimus damnis affecimus. Tu eos interrogato, quales nos experti fuerint. Adsunt enim hoc ipso in loco, quos amicitiae causa nobiscum vrbs ea duces itineris misit.

9. Quibus autem locis forum nullum reperimus, siue adeo barbarorum in fines, siue Graecorum peruenimus; non petulantia, sed necessitate adducti; commeatum sumimus. Ita Carduchos,

Χαλδαίους, καὶ Ταόχους, καίπερ βασιλέως ὄχ ὑπηκόους ὄντας, ὅμως καὶ μάλα φοβερὸς ὄντας, πολεμίους ἐκτησάμεθα, διὰ τὸ ἀνάγκην εἶναι λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια, ἐπεὶ ἀγορὰν ὐ παρεῖχον. Μάκρωνας δέ γε, καὶ βαρβάρους ὄντας, ἐπεὶ ἀγορὰν, οἵαν ἐδύναντο, παρεῖχον, φίλους τε ἐνομίζομεν εἶναι, καὶ βίᾳ ὐδὲν ἐλαμβάνομεν τῶν ἐκείνων.

ί. Κοτυωρίτας δὲ, ὃς ὑμετέρους φατὲ εἶναι, εἴ τι αὐτῶν εἰλήφαμεν, αὐτοὶ αἴτιοι εἰσιν. ὐ γὰρ ὡς φίλιοι προσεφέροντο ἡμῖν, ἀλλὰ κλείσαντες τὰς πύλας, ὐτ' ἔσω ἐδέχοντο, ὔτ' ἔξω ἀγορὰν ἔφερον. ἠτιῶντο δὲ τὸν παρ' ὑμῶν ἁρμοστὴν τότων αἴτιον εἶναι. ὃ δὲ λέγεις, βίᾳ παρελθόντας σκηνῦν, ἡμεῖς ἠξιώμεν τὺς κάμνοντας εἰς τὰς στέγας δέξασθαι. ἐπεὶ δὲ ὐκ ἀνέῳγον τὰς πύλας, ἢ ἡμᾶς ὐκ ἐδέχοντο, αὐτὸ τὸ χωρίον ταύτῃ εἰσελθόντες, ἀλλο μὲν ὐδὲν βίαιον ἐποιήσαμεν· σκηνῦσι δ' ἐν ταῖς στέγαις οἱ κάμ-

duchos, et Chaldaeos, et Taochos, qui neque regis imperio parent, et admodum sint formidabiles, nobis hostes reddidimus: quod quum fori nobis copiam non concederent, vrgente necessitate commeatum sumere cogeremur. Macrones quanquam barbari essent, tamen quia forum eiusmodi, quale quidem poterant, submministrabant: amicorum loco duximus, nec quidquam illis vi ademimus.

10. Cotyorensibus, quos vestros nuncupatis, si quid per nos sit ademtum, id vero ipsorum culpa factum est. Non enim erga nos se, tanquam amicos, gessere: sed quum portas occlusissent, neque nos in oppidum admisere, neque forum rerum venalium extra muros instituerunt. Et quidem horum omnium culpam in praefectum a vobis datum conferunt. Quod autem ais, nos per vim irrupisse, ac iam in oppido degere; petiimus nos, vt aegri sub tecta reciperentur. Quum vero portas illi non aperirent, ea parte fumus oppidum ingressi, qua illi nos admittere nolebant: ac nihil sane aliud violenter

κάμνοντες, τὰ ἑαυτῶν διαπανῶντες· καὶ τὰς πύλας φρουρῶμεν, ὅπως μὴ ἐπὶ τῷ ὑμετέρῳ ἀσμοσῇ ὦσιν οἱ κάμνοντες ἡμῶν, ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν ᾖ κομισαῶσθαι, ὅταν βουλώμεθα. οἱ δ' ἄλλοι, ὡς ὁρᾶτε, σκηνῶμεν ὑπαίθριοι ἐν τῇ τάξει, παρεσκευασμένοι, ἂν μέν τις εὖ ποιῇ, ἀντευποιεῖν· ἂν δὲ κακῶς, ἀλέξασθαι.

ιά. Ἃ δὲ ἠπείλησας, ὡς, ἢν ὑμῖν δοκῇ, Κορύλαν καὶ Παφλαγόνας συμμάχους ποιήσεσθε ἐφ' ἡμᾶς· ἡμεῖς δὲ, ἢν μὲν ἀνάγκη ᾖ, πολεμήσομεν καὶ ἀμφοτέροις· (ἤδη γὰρ καὶ ἄλλοις πολλαπλασίοις ὑμῶν ἐπολεμήσαμεν) ἂν δὲ δοκῇ ἡμῖν * καὶ Φίλον ποιεῖσθαι Κορύλαν, καὶ τὸν Παφλαγόνα ποιήμεθα Φίλον. ἀκούομεν δὲ αὐτὸν καὶ ἐπιθυμεῖν τῆς ὑμετέρας πόλεως, καὶ χωρίων τῶν ἐπιθαλαττίων. πειρασόμεθα ἂν, συμπράττοντες αὐτῷ ὧν ἐπιθυμεῖ, Φίλοι γενέσθαι.„

ιβ'. Ex

violenter egimus: saltem aegri qui sunt, ipsorum sub tectis agunt, et quidem sumtu suo: praeterea praesidium ad portas habemus, ne nostri milites aegri sint in praefecti veltri potestate; sed nobis eos arbitratu nostro exportare, quum volemus, liceat. Caeteri, quemadmodum videtis, sub dio agimus, et quidem singuli suos apud ordines; parati ad praestanda vicissim iis beneficia, qui bene de nobis merentur: sin quis per iniuriam laedat, ad eam propulsandam.

11. Quod minas tuas attinet, vos, si ita videatur, societatem cum Coryla et Paphlagonibus aduersus nos inituros: scito nos, si necessitas ita poscat, vel cum vtrisque bellum gesturos. Nam aduersus copias, quae vestris essent longe ampliores, iamdudum nobis res fuit. Quod si etiam nobis ita videatur, Paphlagonis illius amicitiae nos adiungemus. Audimus quidem certe, duci hunc cupiditate potiundi tum vrbe vestra, tum locis maritimis. Quare operam dabimus, vt a nobis adiuncta in iis, quae expetit, amicitiae nostrae se adiungat.

12. Postea-

* Al. ἡμῖν καὶ φίλον ποιήσεμεν τὸν Παφλαγόνα. Ἀκούομεν etc.

ιβ'. Ἐκ τούτου μάλα μὲν δῆλοι ἦσαν οἱ συμπρέσβεις τῷ Ἑκατονύμῳ χαλεπαίνοντες τοῖς εἰρημένοις. παρελθών δ' αὐτῶν ἄλλος, εἶπεν, ὅτι οὐ πόλεμον ποιησόμενοι ἥκοιεν, ἀλλ' ἐπιδείξοντες, ὅτι φίλοι εἰσί. καὶ ξενίοις, ἢν μὲν ἔλθητε πρὸς τὴν Σινώπην πόλιν, ἐκεῖ δεξόμεθα. νῦν δὲ τὰς ἐνθάδε κελεύσομεν διδόναι, ἃ δύνανται. ὁρῶμεν γὰρ πάντα ἀληθῆ ὄντα, ἃ λέγετε.

ιγ'. Ἐκ τούτου ξένια τε ἔπεμπον οἱ Κοτυωρῖται, καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐξένιζον τοὺς τῶν Σινωπέων πρέσβεις, καὶ πρὸς ἀλλήλους πολλὰ δὲ καὶ ἐπιτήδεια διελέγοντο· τά τε ἄλλα, καὶ περὶ τῆς λοιπῆς πορείας ἐπυνθάνοντο, καὶ ὡ ἑκάτεροι ἐδέοντο.

ΚΕΦ. ς'.

Ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνέλεξαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς στρατιώτας, καὶ ἐδόκει αὐτοῖς περὶ τῆς λοιπῆς πορείας παρακαλέσαντας τοὺς Σι-

12. Poſteaquam haec dicta fuiſſent, Hecatonymi in legatione collegae palam declarabant, permoleſte ſe illa ferre, quae ab eo fuiſſent prolata. Itaque progreſſus in medium quidam: Non bellum, inquit, denuntiaturi huc venimus, ſed ſignificaturi potius, nos vobis amicos eſſe. Quod ſi ad Sinopenſium vrbem accelleritis, hoſpitalibus vos donis excipiemus. Interea mandabimus heic noſtris, vt vobis, quarum poterint rerum, copiam faciant. Nam vera eſſe omnia, quae dicitis, coram videmus.

13. Poſt haec Cotyorenſes hoſpitalia dona mittunt, et praetores Graecorum cum legatis Sinopenſium, hoſpitaliter exceptis, multa colloquebantur, et beneuolentiae plena. Inter alia de itinere, quod reſtaret, interrogabant: deque vniuerſis, quae eſſent vtriſque ex vſu.

CAP. VI.

Hoc pacto quum is dies exactus eſſet, poſtridie militem praetores cogunt; viſumque fuit, vt de reliquo itinere Sinopenſibus

Σινωπέας, βουλεύεσθαι. εἴτε γὰρ πεζῇ δέοι πορεύεσθαι, χρήσιμον ἂν ἐδόκουν εἶναι οἱ Σινωπεῖς ἡγεμόνες. (ἔμπειροι γὰρ ἦσαν τῆς Παφλαγονίας) εἴτε κατὰ θάλατταν, προσδεῖν ἐδόκει Σινωπέων. μόνοι γὰρ ἐδόκουν ἱκανοὶ εἶναι πλοῖα παρασχεῖν ἀρκοῦντα τῇ στρατιᾷ. καλέσαντες δὲ τοὺς πρέσβεις συνεβουλεύοντο, καὶ ἠξίουν Ἕλληνας ὄντας Ἕλληνι τούτῳ πρῶτον καλῶς δέχεσθαι, τῷ εὖνούς τε εἶναι καὶ τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν.

β'. Ἀναστὰς δὲ Ἑκατόννυμος, πρῶτον μὲν ἀπελογήσατο περὶ ὧν εἶπεν, ὡς τὸν Παφλαγόνα φίλον ποιήσοιντο, ὅτι οὐχ ὡς τοῖς Ἕλλησι πολεμησόντων σφῶν εἶποι, ἀλλ' ὅτι, ἐξὸν τοῖς βαρβάροις φίλους εἶναι, τοὺς Ἕλληνας αἱρήσονται. ἐπεὶ δὲ συμβουλεύειν ἐκέλευον, ἐπευξάμενος ὧδε εἶπεν.

γ'. Εἰ μὲν συμβουλεύοιμι ἃ βέλτιστ' ἂν μοι δοκεῖ εἶναι, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο. εἰ δὲ μή, τἀναντία. αὐτὴ γὰρ

pensibus arcessitis deliberarent. Nam sine pedibus iter conficiundum esset, ex re sua futurum putabant, si Sinopenses viae duces haberent, quibus esset cognita Paphlagonia: sine mari mallent, delideraturi Sinopensium opem videbantur, quibus soli esset tot naues suppeditandi facultas, quot exercitui sufficerent. Itaque legatis arcessitis consultabant, rogabantque, vt, Graeci quum essent, Graecis tum primum benenolentia atque consiliis non deessent.

2. Tum Hecatonymus assurgit, et ab se dicta, de amicitia cum Paphlagone inenda, purgat: non ita se loquutum esse, quasi bellum aduersus Graecos ipsi gesturi essent; sed quod, quum ipsorum in potestate sit, amicitia barbarorum frui, Graecos tamen iis sint antelaturi. Quum autem consilium suum exponere iussus esset, primum precatus Deos, in hanc sententiam verba fecit:

3. Si vobis id consilii dedero, quod animo meo visum fuerit factu optimum, multa mihi prospera eueniant: sin autem, diuersa. Nam

 haec

γὰρ ἡ ἱερὰ συμβολὴ λεγομένη εἶναι δοκεῖ μοι παρεῖναι. νῦν γάρ, ἂν μὲν εὖ συμβουλεύσας φανῶ, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ ἐπαινοῦντές με· ἂν δὲ κακῶς, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ καταρώμενοι. πράγματα μὲν ἴσθ' ὅτι πολὺ πλείω ἕξομεν, ἐὰν κατὰ θάλατταν πορίζησθε. ἡμᾶς γὰρ δεήσει τὰ πλοῖα πορίζειν. ἢν δὲ κατὰ γῆς στέλλησθε, ὑμᾶς δεήσει τὰς μαχομένας εἶναι. ὅμως δὲ λεκτέα, ἃ γιγνώσκω. ἐμπειρος γαρ εἰμι καὶ τῆς χώρας τῶν Παφλαγόνων, καὶ τῆς δυνάμεως. ἐχει γὰρ ἡ χώρα ἀμφότερα, καὶ πεδία κάλλιστα, καὶ ὄρη ὑψηλότατα. καὶ πρῶτον μὲν οἶδα εὐθὺς ὅπερ τὴν εἰσβολὴν ἀνάγκη ποιεῖσθαι. ἔ γάρ ἐστιν ἄλλη, ἢ ἦ τὰ κέρατα τῆς ὁδὸς τὸ ὄρος καθ' ἑκάτερά ἐστιν ὑψηλά· ἃ κρατεῖν κατέχοντες καὶ πάνυ ὀλίγοι δύναιντ' ἄν. τούτων δὲ κατεχομένων, οὐδ' ἂν οἱ πάντες ἄνθρωποι δύναιντο διελθεῖν. ταῦτα δὲ καὶ δείξαιμι ἄν, εἴ μοι τινὰ βούλεσθε συμπέμψαι. ἔπειτα δὲ οἶδα πεδία ὄντα, καὶ ἱππειαν, ἣν αὐτοὶ οἱ βάρβαροι νο-

heic agi de consilio mihi videtur, quod sacrum dici solet. Etenim si recte consuluisse visus fuero, multi numero eritis, qui me eliis praedicaturi: sin male, multi me execrabimini. Non ignoro equidem, longe nos plus molestiae habituros, si nauigiis domum reuehemini: quippe nos vobis ea suppeditemus, necesse erit: Sin autem terra proficiscemini, vobis scilicet proeliandi necessitas incumbet. Enimuero dicendum nihilominus est, quod sentio. Nam et Paphlagonum regio, et vires mihi notae sunt. Habet haec vtraque simul ista regio, tum campos pulcherrimos, tum altissimos montes. Ante omnia scio, qua parte vos eam ingredi necesse sit: nimirum alia nulla, quam qua via per montem ducens vtrinque habet ardua quaedam quasi cornua. Haec si qui occupent, vel pauci tueri possint. Eadem si teneantur, ne quidem caeteri homines vniuersi transire queant. Demonstrari haec a me poterint, si quem mecum ad ea loca miseritis. Deinde noui, caetera non nisi plana esse; noui equestres copias, quas ipsi etiam barbari

ιά. Ἀλλὰ γὰρ, ἔφη, θαυμάζω, ὅτι, εἰ μέν τινι ὑμῶν ἀπηχθόμην, μέμνησθε, καὶ ὑπομιμνήσκετε. εἰ δέ τῳ ἢ χειμῶνα ἐπεκόρησα, ἢ πολέμιον ἀπήρυξα, ἢ ἀσθενοῦντι, ἢ ἀποροῦντι συνεξευπόρισά τι, τούτων δὲ οὐδεὶς μέμνηται· οὐδ' εἴ τινα καλῶς τι ποιοῦντα ἐπῄνεσα, οὐδ' εἴ τιν' ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα ἐτίμησα ὡς ἐδυνάμην, οὐδεὶς τούτων μέμνησθε. ἀλλὰ μὴν καλόν γε, καὶ δίκαιον, καὶ ὅσιον, καὶ ἡδύ ἐστιν, τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον ἢ τῶν κακῶν μέμνησθαι. ἐκ τούτου μὲν δὴ ἀνίσταντο καὶ ἀνεμίμνησκον, καὶ περιεγένετο, ὥστε καλῶς ἔχειν.

ΞΕΝΟ-

11. Enimuero miror, inquit, meminisse vos, ac minime tacere, si quid aliquando feci, quo in odium vestrum incurrerim: at si cui contra vim frigoris opem tuli, vel hostem ab eo reieci, vel aegrotanti, vel inopia laboranti aliquid suppeditaui, horum neminem amplius recordari. Non etiam, si quem praeclare aliquid agentem collaudaui, non si virum fortem pro meis facultatibus ornaui, meministis. Atqui et honestum est, et aequum, et pium, et longe iucundius, benefactorum quam iniuriarum meminisse. Posteaquam haec dicta essent, surgebant omnes, et vniuersa memoria repetebant: atque hic exitus erat, vt omnia belle se haberent.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

ΚΕΦ. ά.

Ἐκ τούτου δὲ ἐν τῇ διατριβῇ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἔζων, οἱ δὲ λῃζόμενοι ἐκ τῆς Παφλαγονίας. ἐκλόπευον δὲ καὶ οἱ Παφλαγόνες εὖ μάλα τοὺς ἀποσκεδαννυμένους, καὶ τῆς νυκτὸς δὲ τοὺς πρόσω σκηνοῦντας ἐπειρῶντο κακουργεῖν. καὶ πολεμικώτερον πρὸς ἀλλήλους εἶχον ἐκ τούτων.

β'. Ο

XENOPHONTIS

DE CYRI EXPEDITIONE

HISTORIARVM,

LIBER SEXTVS.

CAP. I.

Ex eo tempore, dum ibi haereretur, quidam ex foro, quidam e praeda, quam agebant ex agro Paphlagonum, victum sibi comparabant. Nec minore solertia Paphlagones vicissim nostros furtim aggrediebantur. hinc inde palatos, et noctu eos, qui longius ab agmine castra habebant, infestare conabantur. Quibus ex casibus fiebat, vt hostili nonnihil erga se inimicem animo essent.

2. Prae-

β'. Ὁ δὲ Κορύλας, ὃς ἐτύγχανε τότε Παφλαγονίας ἄρχων, πέμπει παρὰ τοὺς Ἕλληνας πρέσβεις, ἔχοντες ἵππους καὶ στολὰς καλάς, λέγοντας· ὅτι Κορύλας ἕτοιμος εἴη τοὺς Ἕλληνας μήτ' ἀδικεῖν, μήτ' αὐτὸς ἀδικεῖσθαι. οἱ δὲ στρατηγοὶ ἀπεκρίναντο, ὅτι περὶ μὲν τούτων ἐν τῇ στρατιᾷ βουλεύσοιντο, ἐπὶ ξενίᾳ δὲ ἐδέχοντο αὐτούς. παρεκάλεσαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν, ὃς ἐδόκει δικαιότατον εἶναι. θύσαντες δὲ τῶν αἰχμαλώτων βοῶν καὶ ἄλλα ἱερεῖα, εὐωχίαν μὲν ἀρκοῦσαν παρεῖχον, κατακείμενοι δὲ ἐν * σιβάσιν ἐδείπνουν, καὶ ἔπινον ἐκ κερατίνων ποτηρίων, οἷς ἐτύγχανον ἐν τῇ χώρᾳ.

γ'. Ἐπεὶ δὲ αἱ σπονδαί τ' ἐγένοντο, καὶ ἐπαιώνισαν, ἀνέστησαν πρῶτοι Θρᾷκες, καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ ἤλοντο ὑψηλά τε καὶ κάφως, καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο· τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληχέναι τὸν ἄνθρωπον· ὁ δ' ἔπαισε τεχνικῶς πως. καὶ ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. καὶ ὁ μὲν, σκυ-

λεύ

2. Praeerat id temporis Paphlagonibus cum imperio Corylas. Is legatos cum equis et vestimentis elegantibus ad Graecos mittit, qui dicerent: paratum esse Corylam nulla Graecos iniuria pronocare, modo vicissim ipse non laederetur. Respondent duces, se de his apud exercitum deliberaturos: et interea legatos pro iure hospitii excipiunt, arcessitis etiam aliis, quos inuitari acquissimum erat. Ita facta re sacra de bubus abactis, et mactatis aliis victimis, epulum satis largum praebuere, quum in stragulis inter coenandum discumberent, ac poculis e cornu factis, quae illa in regione inuenerant, vterentur.

3. Posteaquam libatum esset, ac decantatus paean, primi Thraces surgebant, et armati ad tibiam saltabant, inque saltando alte et agiliter se mouebant, quum gladiis etiam vterentur. Ad extremum, vnus alterum feriebat; vt nemini non caesus vnus eorum videretur. At alter certo quodam artificio ferierat. Tollebant ad ea Paphlagones clamorem. Hinc quum victor al-

* Al. σκίμποσιν.

λεύσας τὰ ὅπλα τῷ ἑτέρῳ, ἐξῄει ἄδων * Σιδελκά· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν Θρᾳκῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα· ἦν δὲ ὑδὲν πεπονθώς.

δ'. Μετὰ τοῦτο Λιμιᾶνες καὶ Μάγνητες ἀνέκηκαν, οἱ ὠρχοῦντο τὴν καρπαίαν καλουμένην ἐν τοῖς ὅπλοις. ὁ δὲ τρόπος τῆς ὀρχήσεως ἦν ὅδε. ὁ μὲν, παραθέμενος τὰ ὅπλα, σπείρει καὶ ζευγηλατεῖ, πυκνὰ μεταστρεφόμενος, ὡς φοβούμενος. λῃστὴς δὲ προσέρχεται· ὁ δ', ἐπειδὰν προΐδηται, ἅπαντα ἁρπάσας τὰ ὅπλα, καὶ μάχεται πρὸ τῶ ζεύγους· (καὶ ὅτι ταῦτ' ἐποίουν ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν) καὶ τέλος ὁ λῃστὴς δήσας τὸν ἄνδρα, καὶ τὸ ζεῦγος ἀπάγει. ἐνίοτε δὲ καὶ ὁ ζευγηλάτης τὸν λῃστὴν· εἶτα παρὰ τὰς βᾶς ζεύξας, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει.

ε. Μετὰ τοῦτο Μυσὸς εἰσῆλθεν, ἐν ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ ἔχων πέλτην, καὶ τοτὲ μὲν ὡς δυὸ ἀντιτεταγμένων μιμούμενος ὠρχεῖτο, τοτὲ δὲ ὡς πρὸς ἕνα ἐχρῆτο ταῖς πέλταις, τοτὲ

alterum armis ſpoliaſſet, cantans Sidalca exibat: alii vero Thraces victum, veluti mortuum, efferebant. At illi nihil mali acciderat.

4. Deinde cum Aenianenſibus Magnetes ſurgebant, qui ſaltationem eam, quam ſementariam vocant, armati exhibebant. Haec ſaltatio in hunc modum inſtituebatur. Quidam, poſitis armis, ac boues iunctos agens, ſementem facit; ſeque frequenter admodum conuertit, quaſi ſibi metuat. Deinde accedit ad eum praedo, quo praeuiſo, arma corripit, praedoni occurrit, ante iugum dimicat. Geruntur et haec ad tibiae numeros. Tandem praedo, poſtquam ligauit hominem, vna cum ipſo iugum abigit. Nonnunquam iugarius praedonem ſuperat, eumque bubus iungit, ac manibus poſt tergum reuinctis agit.

5. Poſtea Myſus ingreſſus, vtraque manu peltam geſtabat; ac modo quidem ita ſaltabat, vt exprimere geſtu videretur, quaſi cum duobus adverſariis pugnaret; modo ceſtris ſic vtebatur, quaſi cum vno congrederetur; modo ſic cir-

* Al. Σιτέλκαν. Videtur fuiſſe cantionis genus, cui nomen fuerit a Sitalce, Thracum rege, de quo Thucyd. lib. 2. c. 9.

τοτὲ δὲ ἐδινεῖτο καὶ ἐξεκυβίστα, ἔχων τὰς πέλτας· ὥστε ὄψιν ἔχων καλὴν φαίνεσθαι. τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κρούων τὰς πέλτας, καὶ ὤκλαζε, καὶ ἀνίστατο· καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει.

5'. Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐπιόντες οἱ Μαντινεῖς, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἀρκάδων ἀναστάντες, ἐξοπλισάμενοι ὡς ἐδύναντο κάλλιστα, ἤεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι, καὶ ἐπαιώνισαν, καὶ ὠρχήσαντο, ὥσπερ ἐν ταῖς πρὸς τὰς Θεὰς πρόοδοις. ὁρῶντες δὲ οἱ Παφλαγόνες, δεινὰ ἐποιοῦντο, πάσας τὰς ὀρχήσεις ἐν ὅπλοις εἶναι.

ζ'. Ἐπὶ τούτῳ ὁρῶν ὁ Μυσὸς ἐκπληττομένους αὐτούς, πείσας τῶν Ἀρκάδων τινὰ πεπαμένον ὀρχηστρίδα, εἰσάγει, σκευάσας ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, καὶ ἀσπίδα δοὺς κάφην αὐτῇ. ἡ δὲ ὠρχήσατο Πυρρίχην ἐλαφρῶς. ἐνταῦθα κρότος ἦν πολύς. καὶ οἱ Παφλαγόνες ἠρώτων, εἰ καὶ γυναῖκες

circumagebat, et in caput etiam praecipitem se pronolnebat, quum nihilominus cetras retineret; vt illud adeo spectatu periucundum videretur. Tandem et Persico ritu saltabat, et cetris complolis in genua procumbens, vicissim surgebat. Atque haec omnia faciebat ad tibiae modos.

6. Mantinenses quum successissent, ac de caeteris Arcadibus etiam nonnulli surrexissent, armis quam elegantissime instructi ad numerum incedebant; praecinente tibia modum armatae saltationi convenientem, simulque paeane inchoato perinde saltabant. atque Deorum in supplicationibus fieri consueuit. Quae omnia quum Paphlagones aspicerent, mirificum quiddam esse ducebant. saltationes hasce vniuersas in armis suscipi.

7. Quare quum attonitos esse Mysus ille videret, Arcade quodam persuaso, qui saltatriculam habebat, eam, quam pulcherrime poterat ornatam, introducit, dato ei scuto leuiore. Saltabat illa Pyrricham agiliter. Tum vero plausus ingens excitatus, interrogantibus

κες συνεμάχοντο αὐτοῖς. οἱ δ' ἔλεγον, ὅτι αὗται καὶ αἱ τρεψάμεναι εἶεν βασιλεα ἐκ τȣ̃ ϛρατοπεδȣ.

ή. Τῇ μὲν ȣ̃ν νυκτὶ ταύτῃ τȣ̃το τὸ τέλος ἐγένετο. τῇ δὲ ὑϛεραίᾳ προσῆγον αὐτȣ̀ς εἰς τὸ ϛράτευμα, καὶ ἔδοξε τοῖς ϛρατιώταις, μήτε ἀδικεῖν Παφλαγόνας, μήτε ἀδικεῖσθαι. μετὰ τȣ̃το οἱ μὲν πρέσβεις ᾤχοντο. οἱ δ' Ελληνες, ἐπειδὴ πλοῖα ἱκανὰ ἐδόκει παρεῖναι, ἀναβαντες ἔπλεον ἡμέραν καὶ νύκτα πνεύματι καλῷ, ἐν ἀριϛερᾷ ἔχοντες τὴν Παφλαγονίαν.

θ'. Τῇ δ' ἄλλῃ ἀφικνȣ̃νται εἰς Σινώπην, καὶ ὡρμίσαντο εἰς Αρμήνην τῆς Σινώπης. Σινωπεῖς δὲ οἰκȣ̃σι μὲν ἐν τῇ Παφλαγονικῇ, Μιλησιων δ' ἄποικοι εἰσίν. ȣ̃τοι ξένια πεμπȣσι τοῖς Ελλησιν, ἀλφίτων μὲν μεδίμνȣς τρισχιλίȣς, οἴνȣ δὲ κεράμια χίλια καὶ πεντακόσια.

ι'. Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα ἦλθε τριήρεις ἔχων. καὶ οἱ μὲν ϛρατιῶται προσεδόκων ἄγοντά τι σφίσιν ἥκειν. ὁ δὲ ἦγε μὲν ȣ̓δὲν, ἀπηγγελλετο δὲ, ὅτι ἐπαινοίη αὐτȣ̀ς καὶ Ανα-

Paphlagonibus, an et mulieres vna cum ipsis aleam proelii subiissent: responsum his, regem ab iis ipsis eiectum e castris fuisse.

8. Hic ea nocte rerum exitus fuit. Postridie Paphlagones ad exercitum adducunt, factumque decretum a militibus, vltro citroque ab iniuriis abstinendum esse. Qua re confecta, legati discedunt. Graeci, quia satis magna nauium adesse copia videretur, conscensis iis, diem ac noctem vento secundo nauigant, quum Paphlagoniam ad sinistram haberent.

9. Postridie Sinopen perueniunt, et in portum se receperunt ad Harmenen Sinopae. Sinopenses Paphlagonum finibus continentur, coloni Milesiorum. Mittunt hi Graecis hospitalia munera, nimirum ιιιϲιϲ farinae medimnos, vini ϲιϲιϲ amphoras.

10. Hoc loco Cherisophus etiam cum triremibus aderat. Ac milites quidem bona in spe erant, futurum, vt, quum veniret, aliquid eis afferret. At ille nihil afferebat, sed renuntiabat duntaxat, ab Anaxibio nauarcho, et

Ἀναξίβιος ὁ ναύαρχος, καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ὅτι ὑπισχνεῖτο Ἀναξίβιος, εἰ ἀφικνοῖντο ἔξω τὸν Πόντον, μισθοφορὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι.

ιά. Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Ἁρμήνῃ ἔμειναν οἱ στρατιῶται ἡμέρας πέντε. ὡς δὲ τῆς Ἑλλάδος ἐδόκουν ἐγγὺς γίγνεσθαι, ἤδη μᾶλλον ἢ πρόσθεν εἰσήεσαν αὐτούς, ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφίκοιντο. ἡγήσαντο δ', εἰ ἕνα ἕλοιντο ἄρχοντα, μᾶλλον ἄν, ἢ πολυαρχίας οὔσης, δύασθαι τὸν ἕνα χρῆσθαι τῷ στρατεύματι καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας· καὶ εἴ τι δέοι λανθάνειν, μᾶλλον ἂν καὶ κρύπτεσθαι· καὶ εἴ τι αὖ δέοι φθάνειν, ἧττον ἂν ὑστερίζειν. ἃ γὰρ ἂν λόγων δεῖν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ τὸ δόξαν τῷ ἐκείνεσθαι ἂν. τὸν δὲ πρόσθεν χρόνον ἐκ τῆς νικώσης ἐπράττετο πάντα οἱ στρατηγοί.

ιβ'. Ὡς δὲ ταῦτα διενοοῦντο, ἐτρέποντο ἐπὶ τὸν Ξενοφῶντα, καὶ οἱ λοχαγοὶ ἔλεγον, πρεσβεύοντες αὐτῷ, ὅτι ἡ στρατιὰ ὧδε γινώσκει, καὶ εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος ἕκαστός τις

et caeteris, magnopere Graecos laudari; eundemque Anaxibium esse pollicitum, quam primum egressi Pontum essent, habituros stipendium.

11. Apud Harmenem dies quinque sunt commorati. Et quia propius sibi iam a Graecia viderentur abesse, magis etiam, quam prius, subiit animos cogitatio; committendum non esse, vt domum inopes redirent. Existimabant ergo, si ducem vnum crearent, rectius ei die ac nocte pariturum exercitum, quam si multi cum imperio praeessent. Quod si quid esse clam oporteret, eadem ratione facilius occultatum iri; ac si quid anteuertendum esset, minus occasiones negligi. Nec enim hoc pacto requiri colloquia mutua, sed, quod vnus decreuisset, persici: Superiore vero tempore duces omnia ex suffragiorum numero gessisse.

12. Quum in his cogitationibus versarentur, ad Xenophontem se conuertebant. quem praefecti cohortibus adeuntes, narrant hanc exercitus sententiam esse: simul eorum vnusquisque declarata

τις ἔπειθεν αὐτὸν ὑποσῆναι τὴν ἀρχήν. ὁ δὲ Ξενοφῶν τῇ μὲν ἐβάλετο ταῦτα, νομίζων καὶ τὴν τιμὴν μείζω ἅτως ἑαυτῷ γίνεσθαι καὶ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ εἰς τὴν πόλιν τὄνομα μεῖζον ἀφίξεσθαι αὐτοῦ· τυχὸν δὲ καὶ ἀγαθοῦ τινος ἂν αἴτιος τῇ στρατιᾷ γενέσθαι.

ιγ'. Τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα ἐνθυμήματα ἐπῆρεν αὐτὸν, ἐπιθυμεῖν αὐτοκράτορα γενέσθαι ἄρχοντα. ὁπότε δ' αὖ ἐνθυμοῖτο, ὅτι ἄδηλον μὲν παντὶ ἀνθρώπῳ, ὅπῃ τὸ μέλλον ἔξει, διὰ τοῦτο δὲ κίνδυνος εἴη, μὴ καὶ τὴν προειργασμένην δόξαν ἀποβάλοι, ἠπορεῖτο.

ιδ'. Ἀπορουμένῳ δὲ αὐτῷ διακρῖναι, ἔδοξε κράτιστον εἶναι τοῖς Θεοῖς ἀνακοινῶσαι, καὶ παρασησάμενος δύο ἱερεῖς, ἐθύετο τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ, ὅσπερ αὐτῷ μαντευτὸς ἦν ἐκ Δελφῶν. καὶ τὸ ὄναρ δὴ ἀπὸ τούτου τοῦ Θεοῦ ἐνόμιζεν ἑωρακέναι, ὃ εἶδεν, ὅτε ἤρχετο ἐπὶ τὸ συνεπιμελεῖσθαι τῆς στρατιᾶς καθίστασθαι.

ιέ. Καὶ

sui erga ipsum animi benevolentia, vt imperium acciperet; suadebat. Non nolebat haec Xenophon, quum ipse secum exiitimaret, apud amicos id sibi honorem ampliorem conciliaturum, et nomen suum in patria clarius ex eo futurum. Etiam posse fieri, vt emolumenti aliquid ipse exercitui afferret.

13. Huiusmodi cogitationes excitabant eum, vt ducis munus expeteret, qui vnus potestatem summam obtineret. E contrario, haerebat in dubio, quum secum perpenderet, futuros euentus nemini non obscuros esse; ideoque rem periculo non carere, ne partam hactenus gloriam amitteret.

14. Quum hoc pacto, quidnam eligendum esset, dubitaret: visus est sibi rectissime facturus, si Deos consuleret. Itaque duobus sacerdotibus adhibitis, Ioui Regi rem sacram facit, quem ex oraculo Delphico de futuris consulere solebat; et ab eodem Deo somnium illud olim profectum existimabat, quod obiatum ei temporis fuerat, quo primum fuerat delectus, vt cum aliis curam exercitus gereret.

15.

ιέ. Καὶ ὅτε ἐξ Ἐφέσου δὲ ὡρμᾶτο Κύρῳ συναθησόμενος, αἰετὸν ἀνεμιμνήσκετο ἑαυτῷ δεξιὸν φθεγγόμενον, καθήμενον μέντοι, ὥσπερ * ὁ μάντις προπέμπων αὐτὸν ἔλεγεν, ὅτι μέγας μὲν οἰωνὸς εἴη ἀπ' ἰδιωτικός, καὶ εὔδοξος, ἐπίπονος μέντοι. τὰ γὰρ ὄρνεα μάλιστα ἐπιτίθεσθαι τῷ αἰετῷ καθημένῳ· ἀδὲν μέντοι χρηματιστικὸν εἶναι τὸν οἰωνόν· τὸν γὰρ αἰετὸν περιπετόμενον μᾶλλον λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια.

ιϛ. Οὕτω δὲ θυομένῳ αὐτῷ διαφανῶς ὁ Θεὸς σημαίνει μήτε προσδεῖσθαι τῆς ἀρχῆς, μήτ', εἰ αἱρεῖντο ἀποδέχεσθαι. τοῦτο μὲν δὴ ὕστως ἐγένετο. ἡ δὲ στρατιὰ συνῆλθε, καὶ πάντες ἔλεγον ἕνα αἱρεῖσθαι. καὶ ἐπεὶ τοῦτο ἔδοξε, προεβάλλοντο αὐτόν. ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει δῆλον εἶναι, ὅτι αἱρήσονται αὐτόν, εἴ τις ἐπιψηφίζοι, ἀνέστη, καὶ ἔλεξε τάδε.

ιζ. Ἐγώ, ὦ ἄνδρες, ἤδομαι μὲν ὑπὸ ὑμῶν τιμώ-

15. Praeterea quum Ephesо egrelſus eſſet, vt in amicitiam Cyri perueniret; recordabatur, aquilam ſibi dextram, eam que ſibi oſcinem fuiſſe oblatam, quae tamen ſediſſet: quod augurium dixerat vates, qui eum comitabatur, eſſe id quidem inſigne, minimeque priuatum in hominem cadere: ſed vtut illiſiſſe eſſet, moleſtiae fore. Reliquas enim aues maxime ſedentem aquilam aggredi. Ne lucrum quidem ex hoc augurio ſperari debere, propterea quod aquila circumuolitans rapere alimenta conſueuerit.

16. Quum ergo Ioui ſacrificaret, ſignificatum ei clariſſime a Deo eſt, non magiſtratum hunc expeteret; neque ſi maxime ipſi deferretur, acceptandum eſſe. Atque hoc fane ſic accidit. Milites quum conueniſſent, omnes vnum eſſe deligendum cenſuerunt. Quod vbi decretum fuiſſet, vniuerſi Xenophontem deſignant. Quum autem palam appareret futurum, vt ipſum deligerent, ſi quis de concilii ſententia decretum faceret, ſurrexit, et in hanc ſententiam loquutus eſt:

17. Equidem milites, ſi homi-

* Al. ὄντως.

τιμώμενος, εἴπερ ἄνθρωπός εἰμι, καὶ χάριν ἔχω, καὶ εὔχομαι δῦναί μοι τὰς Θεὰς αἴτιον τινὸς ὑμῶν * ἀγαθὸν γενέσθαι. τὸ μέντοι ἐμὲ προκριθῆναι ὑφ' ὑμῶν ἄρχοντα, Λακεδαιμονίῳ ἀνδρὸς παρόντος, ἀφ' ὑμῖν, ὅτ' ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον εἶναι, ἀλλ' ἧττον ἂν διὰ τοῦτο τυγχάνειν, εἴ τι δέοιθε, παρ' αὐτῶν· ἐμοὶ δ' οὐ πάνυ τι νομίζω τοῦτο ἀσφαλὲς εἶναι.

ιή. Ὁρῶ γάρ, ὅτι καὶ τῇ πατρίδι μὲν πρόσθεν ἐπαύσαντο πολεμοῦντες, πρὶν ἐποίησαν πᾶσαν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν, Λακεδαιμονίους καὶ αὐτῶν ἡγεμόνας εἶναι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὡμολόγησαν, εὐθὺς ἐπαύσαντο πολεμοῦντες, καὶ ἔτι πέρα ἐπολιόρκησαν τὴν πόλιν. εἰ οὖν ταῦτα ἐγὼ ὁρῶν δοκοίην, ὅπῃ δυναίμην, ἐνταῦθ' ἀκυρον ποιεῖν τὸ ἐκείνων ἀξίωμα, ἐκεῖνο ἐννοῶ, μὴ λίαν ἂν ταχὺ σαφρονισθείην.

ιθ'. Ὃ δ' ὑμεῖς ἐννοεῖτε, ὅτι ἧττον ἂν φάσις εἴη ἐὸς ἀρ-

nem me profiteri volo, delectationem ex honore, quem mihi defertis, capere debeo; proque hoc gratiam vobis habeo, ac Deos precor, vt eam mihi facultatem dent, quo vobis me auctore boni quid aliquando eueniat. Enimuero quod me ante alios ducem creatis, quum Lacedaemonius nobis adsit: neque ex mea, neque vestra re esse arbitror. Nam minus ab eis impetrabitis, si quando vobis illorum opus erit opera: et mihi non admodum hoc tutum fore existimo.

18. Video enim prius ipsos non fecisse finem gerendi adversus patriam meam belli, quam vrbem nostram profiteri coegissent, Lacedaemonios ipsorum etiam duces esse. Quod posteaquam nostri fassi sunt, mox bello finem imposuerunt, neque deinceps amplius patriam nostram oppugnarunt. Si ergo, quum haec perspiciam, nihilominus viderer, vbicunque possem, ipsorum auctoritatem imminuere, animaduerto admodum celeriter ipsos me ad modestiam reuocaturos.

19 Quod autem vos existimatis, minus seditionum futurum in

* Al. ὑμῶν.

ἄρχοντος, ἢ πολλῶν, εὖ ἴστε, ὅτι ἄλλον μὲν ἑλόμενοι οὐχ εὑρήσετε με στασιάζοντα. νομίζω γὰρ, ὅτι ὅστις ἐν πολεμῳ ὢν στασιάζει πρὸς ἄρχοντα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν στασιάζει. ἂν δὲ ἐμὲ ἕλησθε, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἴ τινα εὕροιτε καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοὶ ἀχθόμενον.„

κ΄. Επεὶ δὲ ταῦτ' εἶπε, πολὺ πλείονες ἐξανίσταντο, λέγοντες ὡς δέοι αὐτὸν ἄρχειν. Αγασίας δὲ ὁ Στυμφάλιος εἶπεν, ὅτι γελοῖον εἴη, εἰ οὕτως ἔχει, ὡς οὐκ ὀργιοῦνται *Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐὰν σύνδειπνοι συνελθόντες μὴ Λακεδαιμόνιον συμποσίαρχον αἱρῶνται. ἐπεὶ εἰ οὕτω γε τοῦτ', ** ἔφη, οὐδὲ λοχαγεῖν ἡμῖν ἔξεστιν, ὡς ἔοικεν, ὅτι Αρκάδες ἐσμέν. ἐνταῦθα δὴ, ὡς εὖ εἰπόντος τοῦ Αγασίου, ἀνεθορύβησαν.

κά. Καὶ ὁ Ξενοφῶν, ἐπειδὴ ἑώρα πλείονος ἐνδέον, παρελθὼν εἶπε· Αλλ', ὦ ἄνδρες, ἔφη, ὡς πάνυ εἰδῆτε, ὀμνύω

in vnius quam multorum imperio: scire vos velim, me, si alium deligatis, nequaquam seditiosum fore. Arbitror enim, illum qui se belli tempore contra ducem seditiose gerit, adversus suam ipsius salutem seditiosum esse. Sin me omnino ducem esse voletis, mirum mihi non erit, futurum non neminem, qui non mihi solum, sed vobis etiam succenseat.

20. Posteaquam haec loquutus esset, multo plures surgebant, qui Xenophonti deferendum esse imperium dicerent. Et Agasias Stymphalius ridiculum aiebat esse, si quidem ita res se habeat, non tum etiam irasci Lacedaemonios, quum nonnullis, vt vna prandeant, conuenientibus, magisterium homini Lacedaemonio non defertur. Nam si hoc valebit, ne nobis quidem esse praefectis cohortium licebit, vti videtur, qui Arcades sumus. Tum vero, quod recte loquutum esse Agasiam iudicarent, plausus ingens excitatus.

21. Et Xenophon animaduertens amplius agendum, progressus in medium, ait: Vt plane rem

* Al. ὡς ὀργιοῦνται λ.

** Al. τοῦτ' ἔχει, ἔφη etc.

ὀμνύω ὑμῖν Θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἦ μὴν ἐγὼ, ἐπεὶ τὴν ὑμετέραν γνώμην ᾐσθανόμην, ἐθυόμην, εἰ βέλτιον εἴη ὑμῖν τε ἐμοὶ ἐπιτρέψαι ταύτην τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐμοὶ ὑποϛῆναι· καὶ ἐμοὶ οἱ Θεοὶ οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν, ὡς καὶ ἰδιώτην ἂν γνῶναι, ὅτι ταύτης τῆς μοναρχίας ἀπέχεσθαί με δεῖ.,,

κβ'. Οὕτω δὴ Χειρίσοφον αἱροῦνται. Χειρίσοφος δ' ἐπεὶ ᾑρέθη, παρελθὼν εἶπεν· Ἀλλ', ἔφη, ὦ ἄνδρες, τοῦτο μὲν ἴϛε, ὅτι οὐκ ἂν ἔγωγε ἐϛασιάζον, εἰ ἄλλον εἵλεσθε. Ξενοφῶντα μὲν, ἔφη, ὠνήσατε οὐχὶ ἑλόμενοι· ὡς καὶ νῦν Δέξιππος ἤδη διέβαλεν αὐτὸν πρὸς Αναξίβιον ὅ, τι ἐδύνατο, καὶ * μάλιϛα ἐμοῦ αὐτὸν σιγάζοντος. ὁ δὲ ἔφη νομίζειν αὐτὸν Τιμασίωνι μᾶλλον συνάρχειν ἐθελῆσαι Δαρδανεῖ ὄντι τοῦ Κλεάρχου ϛρατεύματος, ἢ ἑαυτῷ, Λάκωνι ὄντι. ἐπεὶ μέντοι ἐμὲ εἵλεσθε, ἔφη, καὶ ἐγὼ πειράσομαι ὅ, τι ἂν δύνωμαι, ὑμᾶς ἀγαθὸν ποιεῖν. καὶ ὑμεῖς οὕτω πα-

rem intelligatis, milites, per Deos ac Deas omnes sancte iuro, me, posteaquam voluntatem vestram perspexissem, quaesisse per exta, vobisne consultum esset, imperium hoc in me conferre, ac mihi illud ipsum accipere. Tum Dii rem omnem in extis adeo perspicue mihi significarunt, vt vel rudis extispicinae intelligeret, ab hoc summo imperio mihi abstinendum esse.

22. Ita demum Cherisopho magistratum mandant. Is posteaquam creatus esset, procedens in medium, ait: Scitis, milites, nullam me seditionem excitaturum fuisse, si alium creassetis. Cum Xenophonte quidem certe actum bene est, quod a vobis lectus non fuerit. Nam Dexippus eum apud Anaxibium, quantum potuit, est criminatus, quum quidem ipse inprimis os ei obstruerem. Aiebat, existimare se, malle ipsum collegam habere Timasionem Dardanensem, vnum de Clearchi militibus, quam se, natione Laconem. Enimuero quum me delegeritis, adnitar et ipse, vt vobis pro meis viribus commodem. Vos ad iter sic

* Al. καὶ μάλα ἐμοῦ αὐτὸν ἂν δοξάζοντος.

παρασκευάζεσθε, ὡς αὔριον ἐὰν πλοῦς ᾖ, ἀναξόμενοι. ὁ δε πλοῦς ἔσται εἰς Ηράκλειαν. ἁπαντας οὖν δεῖ ἐκεῖσε πειρᾶσθαι ἥκειν· τὰ δὲ ἄλλα, ἐπειδὰν ἐκεῖσε ἐλθωμεν, βουλευσόμεθα.

ΚΕΦ. β'.

Εντεῦθεν τῇ ὑστεραίᾳ ἀναγόμενοι πνεύματι καλῷ, ἐπλεον ἡμέρας δύο παρὰ γῆν. καὶ παραπλεοντες ἐθεώρουν τήν τ' Ιασωνίαν ἀκτὴν, ἔνθα ἡ Αργὼ λέγεται ὁρμίσασθαι, καὶ τῶν ποταμῶν τὰ στόματα, πρῶτον μὲν * τοῦ Θερμώδοντος, ἔπειτα δε τοῦ Αλυος· μετὰ δὲ τοῦτον τοῦ Παρθενίου. τοῦτον δὲ παραπλεύσαντες, αφίκοντο εἰς Ηράκλειαν, πόλιν Ελληνίδα, Μεγαρέων ἄποικον, οὖσαν δ' ἐν τῇ Μαρυανδηνῶν χώρᾳ.

β'. Καὶ ὡρμίσαντο παρὰ τῇ Αχερουσιάδι Χερρονήσῳ. ἔνθα λέγεται Ηρακλῆς ἐπὶ τὸν Κερβερον κύνα καταβῆναι, οὗ νῦν τὰ σημεῖα δεικνύουσι τῆς καταβάσεως, τὸ βάθος πλέον ἢ ἐπὶ δύο στάδια. ἐνταῦθα τοῖς Ελλησιν οἱ Ηρακλεῶται

sic vosmet comparate, vt cras, si tempestas idonea fuerit, solvamus. Et quia sumus Heracleam nauigaturi, dare operam debent omnes, vt eo perueniant. De caeteris, quum eo peruentum fuerit, consultabimus.

CAP. II.

Postridie vento secundo solvunt, ac biduum propter litus maris nauigant. Inter nauigandum litus Iasonium adspectant, ad quod Argo fertur appulisse; itemque fluminum ostia, primum Thermodontis, deinde Halyis, tertio Parthenii. Quem praeternecti, Heracleam perueniunt, vrbem Graecam, Megarensium coloniam, in Maryandenorum finibus sitam.

2. Portum propter Acherusiadem peninsulam ingressi sunt. Descendisse hoc loco Herculem ad Cerberum canem fama est, ac descensus etiam nunc monumenta commonstrantur, loco stadiis duobus profundiore. Mittunt huc Graecis Heraclienses hospitalia

* Al. Θερμ. ἐπ. δ. τ. Τίγριος, ἔπειτα δὲ τοῦ Αλ.

κλεῶται ξένια πέμπουσιν, ἀλφίτων μεδίμνους τρισχιλίους, καὶ οἴνου κεράμια δισχίλια, καὶ βοῦς εἴκοσι, καὶ οἰῶς ἑκατόν. ἐνταῦθα διὰ τοῦ πεδίου ῥεῖ ποταμὸς, Λύκος ὄνομα, εὖρος ὡς δύο πλέθρων.

γ'. Οἱ δὲ στρατιῶται συλλεγέντες ἐβουλεύοντο τὴν λοιπὴν πορείαν *, πότερον κατὰ γῆν, ἢ κατὰ θάλατταν χρὴ πορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πόντου. ἀναστὰς δὲ Λύκων Ἀχαιὸς, εἶπε· Θαυμάζω μὲν, ὦ ἄνδρες, τῶν στρατηγῶν, ὅτι οὐ πειρῶνται ἡμῖν ἐκπορίζειν σιτηρέσιον. τὰ μὲν γὰρ ξένια οὐ μὴ γενήσεται τῇ στρατιᾷ τριῶν ἡμερῶν σῖτα. ὁπόθεν δ' ἐπισιτισάμενοι πορευσόμεθα, οὐκ ἔστιν, ἔφη. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ, αἰτεῖν τοὺς Ἡρακλεώτας μὴ ἐλάττονα ἢ τρισχιλίους Κυζικηνούς. ἄλλος δ' εἶπε, μηνὸς μισθὸν μὴ ἐλάττονα ἢ μυρίους, καὶ ἑλομένους πρέσβεις αὐτίκα μάλα ὑμῶν καθημένων πεμπειν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ εἰδέναι ὅ, τι ἂν ἀπαγγέλλωσι, καὶ πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι.

δ'. Ευ-

lia munera, mcio farris medimnos, mcio vini amphoras, xx boues, oues c. Labitur ibidem per campum amnis, cui nomen Lycus, latitudine duûm plethrorum.

3. Quum hoc loco milites conueniſſent, de reliquo itinere conſultabant, terrane potius, an mari eſſet exeundum e Ponto. Tum ſurgens Lyco Achaeus, in hanc ſententiam loquutus eſt: Miror equidem, milites, quid cauſae ſit, quamobrem non dent operam duces, vt ſtipendium aliquod nobis quaerant. Nam ex donis hoſpitalibus vix trium dierum victus exercitui ſuppetet, nec locus vllus eſt, quo proficiſci frumentatum poſſimus. Quapropter arbitror petendos nobis eſſe ab Heraclienſibus nummos Cyzicenos haud pauciores mcio. Et alius ſubiecit, petendum menſtruum ſtipendium, vt minimum cerco Cyzicenorum. Deligendi etiam legati, qui ſtatim nobis heic ſedentibus ad vrbem mittantur, vt, quid nobis renuntient, intelligamus, et ad hoc conſilia noſtra accommodemus.

4. Ita-

* Al. poſt ſublato commate πορείαν ad περὶ τοῦ referunt.

δ'. Εντεῦθεν πρὸβάλλοντο πρέσβεις, πρῶτον μὲν Χειρίσοφον, ὅτι ἄρχων ἥρητο· εἰσὶ δὲ, οἱ καὶ Ξενοφῶντα, οἱ δ' ἰσχυρῶς ἀπεμάχοντο. ἀμφοῖν γὰρ ταῦτα * ἐδόκει μὴ ἀναγκάζειν πόλιν Ελληνίδα καὶ φιλίαν, ὅ, τι μὴ αὐτοὶ ἐθέλοντες διδοῖεν.

ε. Επεὶ δ' ἦν ἥτοι ἐδόκουν ἀπρόθυμοι εἶναι, πέμπουσι Λύκωνα Αχαιὸν, καὶ Καλλίμαχον Παρράσιον, καὶ Αγασίαν Στυμφάλιον. ἥτοι ἐλθόντες ἔλεγον τὰ δεδογμένα, τὸν δὲ Λύκωνα ἔφασαν, καὶ ἐπαπειλεῖν, εἰ μὴ ποιήσαιεν ταῦτα πάντα. ἀκούσαντες δὲ οἱ Ηρακλεῶται, βουλεύσεσθαι ἔφασαν· καὶ εὐθὺς τά τε χρήματα ἐκ τῶν ἀγρῶν συνῆγον, καὶ τὴν ἀγορὰν εἴσω ἀνεσκεύασαν, καὶ αἱ πύλαι ἐκέκλειντο, καὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν ὅπλα ἐφαίνετο.

ς'. Εκ τούτου οἱ ταράξαντες ταῦτα, τὸς στρατηγὸς ἠτιῶντο διαφθείρειν τὴν πρᾶξιν· καὶ συνίσαντο οἱ Αρκάδες

4. Itaque deinde legatos designant, primum omnium Cherisophum, quod is imperator lectus esset, nonnullis Xenophontem producentibus. Illi vero vehementer repugnabant, quod eadem vterque statueret, Graecam nimirum vrbem, et amicitia coniunctam, non esse cogendam, extra quam si quid lubens donare vellet.

5. Quare quum hi viderentur non satis alacriter rem suscepturi, Lyconem Achaeum, Callimachum Parrhasium, et Agasiam Stymphalium mittunt. Illi quum Heracleam veniissent, quid esset ab exercitu decretum, exponunt. Lyconem fama est, etiam minas addidisse, ni haec facerent. Heracliensis, audita illorum oratione, deliberaturos se de re tota respondent, ac mox quidquid esset rerum in agris, ad vrbem comportant, forum eodem transferunt; portis denique clausis, arma in muris conspiciebantur.

6. Ibi tum harum turbarum auctores criminari duces, quasi causae obfuissent. Simul et Arcades cum Achaeis coire, impellentibus inprimis eos

* Al. ταυτὰ.

δες καὶ οἱ Αχαιοί. προειπήκει δὲ μάλιστα αὐτῶν Καλλίμαμαχός τε ὁ Παρράσιος, καὶ Λύκων ὁ Αχαιός. οἱ δὲ λόγοι ἦσαν αὐτοῖς, ὡς αἰσχρὸν εἴη, ἄρχειν ἕνα Αθηναῖον Πελοποννησίων καὶ Λακεδαιμονίων, μηδεμίαν δύναμιν παρεχόμενον εἰς τὴν στρατιάν· καὶ τὰς μὲν πόνους σφᾶς ἔχειν, τὰ δὲ κέρδη ἄλλους, καὶ ταῦτα τὴν σωτηρίαν σφῶν κατειργασμένων. εἶναι γὰρ τὰς κατειργασμένας, Αρκάδας καὶ Αχαιούς, τὸ δ' ἄλλο στράτευμα οὐδὲν εἶναι. (καὶ ἦν δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπερήμισυ τοῦ ἄλλου στρατεύματος Αρκάδες καὶ Αχαιοὶ) εἰ ἂν σωφρονοῖεν ἅτοι, συστάντες, καὶ στρατηγὰς ἑλόμενοι ἑαυτῶν, καθ' ἑαυτάς τε ἂν τὴν πορείαν ποιοῖντο, καὶ πειρῶντο ἀγαθόν τι λαμβάνειν.

ζ'. Ταῦτα ἔδοξε· καὶ ἀπολιπόντες Χειρίσοφον, εἴ τινες ἦσαν παρ' αὐτῷ Αρκάδες ἢ Αχαιοὶ, καὶ Ξενοφῶντα, συνεῖσαν, καὶ στρατηγὰς αἱροῦνται ἑαυτῶν δέκα. τούτους δ' ἐψηφίσαντο ἐκ τῆς νικώσης ὅ, τι δοκοίη, τοῦτο ποιεῖν. ἡ μὲν δὴ τοῦ παντὸς ἀρχὴ Χειρισόφῳ ἐνταῦθα κατε-

eos Callimachio Parrhasio, et Achaeo Lycone. Iactare illi voces, indignum esse, Peloponnesiis ac Lacedaemoniis vnum quendam Athenienſem cum imperio praeesse, qui nullis exercitum copiis auxiliet. Praeterea labores ab ipſis exhauriri, aliis emolumenta cedere: quod eo sit indignius, quia salutis omnium auctores ipſi extitiſſent: Arcadibus scilicet eam, et Achaeis deberi, cum quibus comparatae reliquae copiae, nullae essent. Et conſtabat reuera exercitus, amplius dimidia parte, ex Arcadibus et Achaeis. Quod ſi ergo saperent, coirent, ducibus lectis seorsum iter facerent, operam denique darent, vt aliquod ipſi emolumentum caperent.

7. Hanc in ſententiam facto decreto, ſi qui cum Cheriſopho erant vel Achaei vel Arcades, eum vna cum Xenophonte deſerunt: quumque coiuiſſent, decem ex ſuis duces creant. Decretum hoc quoque, vt illi pro ſuffragiorum numero, quidquid viſum esset, gererent. Ita tum Cheriſopho ſummum imperium, die, ex quo man-

κατελύθη, ἡμέρα ἕκτῃ ἢ ἑβδόμῃ, ἀφ' ἧς ἠρέθη.

η'. Ξενοφῶν μέντοι ἐβούλετο κοινῇ μετ' αὐτῶν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι, νομίζων ἔτως ἀσφαλεστέρων εἶναι, ἢ ἰδίᾳ ἕκαστον στέλλεσθαι· ἀλλὰ Νέων ἔπειθεν αὐτὸν, καθ' ἑαυτὸν πορεύεσθαι, ἀκέστας τῷ Χειρισόφῳ, ὅτι Κλέανδρος ὁ ἐν Βυζαντίῳ ἄρχοντας φαίη τριήρεις ἔχων ἥξειν εἰς Κάλπης λιμένα. ὅπως ἂν μηδεὶς μετάσχοι, ἀλλ' αὐτοὶ καὶ οἱ αὐτῶν στρατιῶται ἐκπλεύσειαν ἐπὶ τῶν τριήρων, διὰ ταῦτα συνεβούλευε. καὶ Χειρίσοφος ἅμα μὲν ἀθυμῶν τοῖς γεγενημένοις, ἅμα δὲ μισῶν ἐκ τούτου στράτευμα, ἐπιτρέπει αὐτῷ ποιεῖν ὅ, τι βούλεται.

θ'. Ξενοφῶν δὲ ἔτι μὲν ἐπεχείρησεν ἀπάγειν τῆς στρατιᾶς ἐκπλεύσας· θυομένῳ δὲ αὐτῷ τῷ ἡγεμόνι Ἡρακλεῖ, καὶ κοινωμένῳ, πότερα λῷον καὶ ἄμεινον εἴη στρατεύεσθαι ἔχοντι τοὺς παραμείναντας τῶν στρατιωτῶν, ἢ ἀπαλλάττεσθαι, ἐσήμηνεν ὁ Θεὸς τοῖς ἱεροῖς συστρατεύεσθαι.

ι'. Οὕτω

mandatum ei fuerat, sexto vel septimo esi abrogatum.

8. Volebat vna cum ipsis Xenophon iter facere, quod existimaret id fore tutius, quam si seorsum quisque pergeret. Verum horum Neonis factum, vt iter ipse pro se instituneret: quod is de Cherisophо audiuisset, praefectum Byzantii Cleandrum constituisse, cum triremibus in Calpae portum venire. Quapropter hoc Xenophonti consilii dabat, ne quis triremium particeps esset, ipsis tantum cum militibus suis nauigantibus. Praeterea Cherisophus partim eorum, quae acciderant, indignitate motus, partim exercitus odio, quod ex eo tempore conceperat, potestatem Xenophonti faciebat agendi, quod vellet.

9. Xenophon, quum in eo persisteret, vt exercitu valere iusso, nauigaret: forte rem sacram Herculi Duci facit, eumque consulit, vtrum rectius cum iis militibus, qui remanserant, expeditionem susciperet: an vero eos missos faceret. Significat per exta Deus, apud exercitum manendum esse.

10.

ί. Οὕτω γίνεται τὸ στράτευμα τριχῆ. Ἀρκάδες μὲν καὶ Ἀχαιοὶ, πλείους ἢ τετρακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ὁπλῖται πάντες· Χειρισόφῳ δὲ ὁπλῖται μὲν εἰς τετρακοσίους καὶ χιλίους, πελτασταὶ δὲ εἰς ἑπτακοσίους, οἱ Κλεάρχου Θρᾷκες· Ξενοφῶντι δὲ ὁπλῖται μὲν εἰς ἑπτακοσίους καὶ χιλίους, πελτασταὶ δὲ εἰς τριακοσίους, ἱππικὸν δὲ μόνος ἕπος εἶχεν, ἀμφὶ τοὺς τετταράκοντα ἱππέας.

ια. Καὶ οἱ μὲν Ἀρκάδες, διαπραξάμενοι πλοῖα παρὰ τῶν Ἡρακλεωτῶν πρῶτοι πλέουσιν, ὅπως ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες τοῖς Βιθυνοῖς, λάβοιεν ὁτιπλεῖστα· καὶ ἀποβαίνουσιν εἰς Κάλπης λιμένα, κατὰ μέσον πως τῆς Θρᾴκης· Χειρίσοφος δ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς πόλεως τῶν Ἡρακλεωτῶν ἀρξάμενος, πεζῇ ἐπορεύετο διὰ τῆς χώρας. ἐπεὶ δ' εἰς Θρᾴκην ἐνέβαλε, παρὰ τὴν θάλατταν ἐπορεύετο. καὶ γὰρ ἤδη ἠσθένει. Ξενοφῶν δὲ πλοῖα λαβών, ἀποβαίνει ἐπὶ τὰ ὄρια τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς Ἡρακλεώτιδος, καὶ διὰ μεσογαίας ἐπορεύετο.

ΚΕΦ.

10. Quo factum, vt trifariam copiae diuiderentur. Nam Arcades et Achaei erant supra IIIICIↃ et Ↄ, omnes grauis armaturae pedites. Cherisophus armaturae grauis CIↃCCC habebat, cetratos fere IↃCC, qui Thraces erant, et Clearchum sequuti fuerant. Xenophon gravis armaturae pedites CIↃ et IↃCC habebat, cetratos CCC. Idem solus ab equitatu instructus erat, qui XL plus minus equitibus constabat.

11. Arcades, postquam naves ab Heraclienſibus impetrassent, primi nauigarunt; vt subito Bithynos adorti, quamplurima auferrent. Deinde ad portum Calpae, qui media prope in Thracia est, e nauibus egrediuntur. Cherisophus inde ab Heraclea, per regionem pedibus iter faciebat; et postquam ingressus Thraciam fuisset, propter mare pergebat, quum valetudine afflicta vteretur. Xenophon, acceptis nauigiis, in Heraclienſium ac Thraciae finibus exercitum in terram exponit, ac deinde per mediterranea progreditur.

CAP.

ΚΕΦ. γ'.

Ον μὲν δὴ τρόπον ἥ τε Χειρισόφου ἀρχὴ τῶν παντὸς κατελύθη, καὶ τῶν Ἑλλήνων τὸ στράτευμα ἐσχίσθη, ἐν τοῖς ἔπανω εἴρηται. ἔπραξαν δ' αὐτῶν ἕκαστοι τάδε. οἱ μὲν Ἀρκάδες, ὡς ἀπέβησαν νυκτὸς εἰς Κάλπης λιμένα, πορεύονται εἰς τὰς πρώτας κώμας, στάδια ἀπὸ θαλάττης πεντήκοντα. ἐπεὶ δὲ φῶς ἐγένετο, ἦγεν ἕκαστος στρατηγὸς * τὸ αὐτῶν λόχος ἐπὶ κώμην. ὁποῖα δὲ μείζων κώμη ἐδόκει εἶναι, σύνδυο λόχους ἦγον οἱ στρατηγοί. συνεβάλοντο δὲ καὶ λόφον, εἰς ὃν δέοι πάντας ἁλίζεσθαι· καὶ, ἅτε ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες, ἀνδράποδά τε πολλὰ ἔλαβον, καὶ πρόβατα πολλὰ περιεβάλοντο.

β'. Οἱ δὲ Θρᾷκες ἠθροίζοντο οἱ διαφεύγοντες· πολλοὶ δὲ διέφυγον πελτασταὶ ὄντες ὁπλίτας ἐξ αὐτῶν τῶν χειρῶν. ἐπεὶ

CAP. III.

Expositum hactenus est, quo pacto summum imperium Cherisopho abrogatum, et Graecorum exercitus dimissus fuerit. A partibus autem singulis haec fuere gesta. Primum Arcades in portum Calpae quum noctu descendissent, ad vicos proximos, stadiis plus minus quinquaginta a mari, pergunt. Quum illuxisset, singuli duces in vicum aliquem eas copias, quae ipsis obuenerant, ducunt. Quod si quis vicus esse videretur amplior, in eum binas cohortes ducebant. Conuenit et de tumulo quodam, in quem vniuersi se congregarent. Et quia repente irruerant, tum mancipia multa capta, tum oues magna copia collectae ab ipsis sunt.

2. Interea Thraces, quotquot elapsi fuerant fuga, se congregabant: et aufugerant multi ex ipsis Graecorum manibus, propterea quod Graeci graui armatura essent onerati, Thraces tantum cetras gestarent. Posteaquam se collegissent,

* Al. τὴν αὐτῶν λόχον.

ἐπεὶ δὲ συνελέγησαν, πρῶτον μὲν τῷ Σμίκρητος λόχῳ, ἑνὸς τῶν Ἀρκάδων στρατηγῶν, ἀπιόντι ἤδη εἰς τὸ συγκείμενον, καὶ πολλὰ χρήματα ἄγοντι, ἐπετίθεντο.

γ'. Καὶ τέως μὲν ἐμάχοντο ἅμα πορευόμενοι οἱ Ἕλληνες, ἐπὶ δὲ διαβάσει χαράδρας τρέπονται αὐτούς· καὶ αὐτόν τε τὸν Σμίκρητα ἀποκτιννύουσι, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας· ἄλλα δὲ λοχαγοὶ τῶν δέκα στρατηγῶν τῶ Ἡγησάνδρου ὀκτὼ μόνοι κατέλιπον, καὶ αὐτὸς Ἡγήσανδρος ἐσάθη. καὶ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ συνῆλθον, οἱ μὲν σὺν πράγμασιν, οἱ δ' ἄνευ πραγμάτων.

δ'. Οἱ δὲ Θρᾷκες, εὐτυχήσαντες τοῦτο τὸ εὐτύχημα, συνεβόων τε ἀλλήλοις, καὶ συνελέγοντο ἐξαμένως τῆς νυκτός. καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ κύκλῳ περὶ τὸν λόφον, ἐνθα οἱ Ἕλληνες ἐστρατοπεδεύσαντο, ἐτάττοντο καὶ ἱππεῖς πολλοὶ, καὶ πελτασταὶ, καὶ ἀεὶ πλείονες συνέβαλλον, καὶ προσέβαλλον πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἀσφαλῶς.

ε. Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ὅτε τοξότην εἶχον, ὅτε ἀκοντιστὴν,

legissent, primum Smicretis cohortem adoriuntur, qui vnus e ducibus Arcadicis erat, ac iam, multa praeda grauis, constitutum ad locum pergebat.

3. Pugnabant eodem tempore Graeci, et progrediebantur: donec ad torrentis alveum delati, in ipso traiiciendi conatu ab hostibus in fugam verterentur. In eo conflictu, cum duce Smicrete, milites omnes caesi sunt: et cuiusdam alterius ducis Hegesandri, qui ex decem ducibus et ipse vnus erat, milites omnes, octo tantum cum duce salvis, perierunt. Tandem reliqui duces conuenere, partim difficulter, partim nullo negotio.

4. Thraces, posteaquam res feliciter cessisset, mutuis acclamationibus se conuocabant, et noctu magno animorum vigore colligebantur. Prima luce, magna equitum et cetratorum multitudo collem, in quo castra Graeci habebant, cingit: quum plures semper affluerent, ac sine periculo suo grauem armaturam adorirentur.

5. Nam Graecis nec sagittarius quisquam aderat, nec iaculator,

τιχὴν, ἅτε ἱππέα· οἱ δὲ, προσθέοντες καὶ προσελαύνοντες, ἠκόντιζον. ὁπότε δ' αὐτοῖς ἐπίοιεν, ῥᾳδίως ἀπέφευγον. ἄλλοι δὲ ἄλλη ἐπετίθεντο. καὶ τῶν μὲν πολλοὶ ἐτιτρώσκοντο, τῶν δὲ ὀλίγοι· ὥστε κινηθῆναι οὐκ ἐδύναντο ἐκ τοῦ χωρίου, ἀλλὰ τελευτῶντες καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος εἶργον αὐτοὺς οἱ Θρᾷκες.

5'. Ἐπεὶ δὲ ἀπορία πολλὴ ἦν, διελέγοντο περὶ σπονδῶν· καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὡμολόγητο αὐτοῖς, ὁμήρους δὲ οὐκ ἐδίδοσαν οἱ Θρᾷκες, αἰτιώντων τῶν Ἑλλήνων· ἀλλ' ἐν τούτῳ ἴσχετο. τὰ μὲν δὴ τῶν Ἀρκάδων ὅτως εἶχε.

6'. Χειρίσοφος δὲ ἀσφαλῶς πορευόμενος παρὰ θάλατταν, ἀφικνεῖται εἰς Κάλπης λιμένα. Ξενοφῶντι δὲ διὰ τῆς μεσογαίας πορευομένῳ οἱ ἱππεῖς προκαταθέοντες ἐντυγχάνουσι πρεσβευταῖς πορευομένοις ποι. καὶ ἐπειδὴ ἦλθησαν πρὸς Ξενοφῶντα, ἐρωτᾷ αὐτοὺς εἴ τι ἐσθηνται ἄλλο στρατεύματος Ἑλληνικοῦ.

lator, nec eques: at illi contra procurrebant, et equis aducti iaculabantur: deinde quum quis aduerfus eos pergebat, nullo negotio fibi fuga confulebant. Praeterea Thraces diuerfis ex locis Graecos adoriebantur, et Graeci permulti vulnerabantur, Thracum nemo. Ita factum, vt ex eo le loco mouere Graeci nullo modo poffent, et a Thracibus ad extremum etiam ab aqua repellerentur.

6. Poftcaquam ad difficultatem magnam deducta res effet, de compofitione fuit iniecta mentio. Heic de caeteris facile conuentum, faltem obfides nullos Thraces dabant, quos Graeci poftulabant: hac enim in parte haerebatur. Atque illo tunc loco res Arcadum erant.

7. Cherifophus autem tuto propter mare pergens, ad Calpae portum pernenit. Xenophonte per mediterranea iter faciente, forte procurrentes equites ipfius ante copias reliquas, in legatos, incertum quo pergentes, incidunt. Hi quum ad Xenophontem deducti effent, an alicubi alias effe copias Graecas animaduertiffent, ab

κᾶ. οἱ δ' ἔλεγον πάντα τὰ γεγενημένα, καὶ νῦν ὅτι πολιορκῶνται ἐπὶ λόφῳ, οἱ δὲ Θρᾷκες πάντες περικεκυκλωμένοι εἶεν αὐτές. ἐνταῦθα τὰς μὲν ἀνθρώπους τάττες ἐφύλαττον ἰσχυρῶς, ὅπως ἡγεμόνες εἶεν, ὅπη δέοι· σκοπὰς δὲ καταστήσας δεκα, συνελεξε τὰς στρατιώτας, καὶ ἔλεξεν·

ἡ. Ἄνδρες στρατιῶται, τῶν Ἀρκάδων οἱ μὲν τεθνᾶσιν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπὶ λόφῳ τινὸς πολιορκῶνται. νομίζω δ' ἔγωγε, εἰ ἐκεῖνοι ἀπολῶνται, ἀδ' ἡμῖν εἶναι ἀδεμίαν σωτηρίαν, ἅτω μὲν πολλῶν ὄντων πολεμίων, ἅτω δὲ τεθαρσηκότων. κράτιστον ἂν ἡμῖν ὡς τάχιστα βοηθεῖν τοῖς ἀνδράσιν, ὅπως, εἰ ἔτι εἰσὶ σῶοι, σὺν ἐκείνοις μαχώμεθα, καὶ μὴ, μόνοι λειφθέντες, μόνοι καὶ κινδυνεύσωμεν. νῦν μὲν ἂν στρατοπεδευσώμεθα, προελθόντες ὅσον ἂν δοκῇ καιρὸς εἶναι εἰς τὸ δειπνοποιεῖσθαι. ἕως δ' ἂν πορευώμεθα, Τιμασίων ἐχων τὰς ἵππεῖς, προελαυνέτω ἐφορῶν ἡμᾶς,

ipso interrogantur. Tum illi omnia, quae acciderant, commemorant; atque etiam adhuc illas in colle obsideri, vniuersa Thracum natione locum ex omni parte cingente. Heic illi homines diligenter asseruari iussi, vt, vbi opus esset, itineris duces essent. Praeterea speculatoribus decem constitutis, coactisque ad concionem militibus; haec ad illos a Xenophonte habita est oratio:

8. Plerique Arcadum, milites, iam interemti sunt: caeteri quodam in colle obsidentur. Sum vero equidem in ea sententia, si illi pereant, minime nos saluos fore; praesertim quum tanta sit hostium multitudo, tantaque confidentia. Quapropter optime nos facturos arbitror, si eis quam maturrime opem feramus: vt, si quidem adhuc sint incolumes, vna cum ipsis in hostem dimicemus, ac non, soli relicti, soli etiam proelii aleam subeamus. Atque hoc quidem tempore proficiscendum nobis erit tantisper, dum cocnandi tempus adsit, ac deinde metanda castra. Interea eundum Timasion cum equitibus

ἡμᾶς, καὶ σκοπεῖτω τὰ ἔμπροσθεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς λάθη.„

θ'. Παρέπεμψε δὲ καὶ τῶν γυμνητῶν ἀνθρώπους εὐζώνους εἰς τὰ πλάγια καὶ τὰ ἄκρα, ὅπως, εἴ πῃ τι ποθὲν καθορῷεν, σημαίνοιεν. ἐκέλευε δὲ καίειν ἅπαντα, ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν καυσίμῳ. "ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀποδραίημεν ἂν ὁδαμῶ· ἐνθένδε δὲ πολλὴ μὲν, ἔφη, εἰς Ἡράκλειαν πάλιν ἀπιέναι, πολλὴ δὲ εἰς Χρυσόπολιν διελθεῖν· (εἰ δὲ πολέμιοι πλησίον) εἰς Κάλπης λιμένα, ἔνθα Χειρισόφον νομίζομεν εἶναι, εἰ σέσωσται, ἐλαχίστη ὁδός. ἀλλὰ δὴ ἐκεῖ μὲν ὅτε πλοῖά ἐσιν, οἷς ἀποπλευσούμεθα· μένσσι δὲ αὐτῶ ὁδεμίας * ἡμέρας ἐσὶ τὰ ἐπιτήδεια."

ι'. Τῶν δὲ πολιορκυμένων ἀπολομένων, σὺν τοῖς Χειρισόφῳ μόνοις κάκιόν ἐσι διακινδυνεύειν, ἢ σωθέντων πάντας εἰς ταυτὸν ἐλθόντας, κοινῇ τῆς σωτηρίας ἔχεσθαι. ἀλλὰ χρὴ παρεσκευασαμένους τὴν γνώμην

bus antecedat, et nos obſervet; ſimul ea conſiderans, quae ante nos erunt, ne quid nos lateat.

9. Miſit et armaturae leuis expeditos ad latera montiumque vertices; vt, ſi quid ex vlla parte conſpicerent, ſibi ſignificarent. Addidit in mandatis, vt, quidquid offenderent, quod exuri poſſet, ei flammas ſubiicerent. Nec enim fieri poterit, ait, vt hinc euadamus fuga: quum ab altera parte magnum iter habituri ſimus, ſi redeamus Heracleam; neque minus, ſi Chryſopolim contendamus: ne dicam, hoſtes vicinos eſſe. Ad Calpae quidem portum, vbi nunc eſſe Cheriſophum arbitramur, ſi quidem incolumis eo peruenit, via breuiſſima eſt. At enim illic neque ſunt naues, quibus auehamur; et, ſi vel vnum ibi diem haereamus, commeatus nos deficiet.

10. Taceo, quod pereuntibus iis, qui nunc obſidentur, deterius erit cum ſolis Cheriſophi copiis belli aleam ſubire; quam, conſeruatis illis, omnes ad eundem locum conuenire, communique ſtudio ſaluti conſulere. Enimuero ſic com-

* Al. ἐσὶ μιᾶς.

μην πορεύεσθαι, ὡς νῦν ἢ εὐκλεῶς τελευτῆσαί ἐστιν, ἢ κάλλιστον ἔργον ἐργάσασθαι, Ἕλληνας τοσούτους σώσαντας.

ιά. Καὶ ὁ Θεὸς ἴσως ἄγει ἅτας, ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας, ὡς πλεῖον φρονοῦντας, ταπεινῶσαι βούλεται· ἡμᾶς δὲ, τοὺς ἀπὸ τῶν Θεῶν ἀρχομένους, ἐντιμοτέρους ἐκείνων καταστῆσαι. ἀλλ' ἕπεσθαι χρὴ καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, ὡς ἂν τὸ παραγγελλόμενον δύνησθε ποιεῖν.,,

ιβ'. Ταῦτ' εἰπὼν ἡγεῖτο. οἱ δ' ἱππεῖς διασπειρόμενοι ἐφ' ὅσον καλῶς εἶχεν, ἔκαιον ἢ ἐβάδιζον. καὶ οἱ πελτασταὶ ἐπισπαριόντες κατὰ τὰ ἄκρα, ἔκαιον πάντα, ὅσα καύσιμα ἑώρων. καὶ ἡ στρατιὰ δὲ, εἴ τινι παραλειπομένῳ ἐντυγχάνοιεν. ὥστε πᾶσα ἡ χώρα αἴθεσθαι ἐδόκει, καὶ τὸ στράτευμα πολὺ εἶναι. ἐπεὶ δ' ὥρα ἦν, κατεστρατοπεδεύσαντο ἐπὶ λόφον ἐκβάντες, καὶ τὰ τε τῶν πολεμίων πυρὰ ἑώρων· (ἀπεῖχον γὰρ ὡς τετταράκοντα στάδια) καὶ αὐ-

comparatis animis pergendum nobis eſt, vt ſtatuamus, hoc tempore vel glorioſe occumbendum eſſe, vel praeclariſſimum facinus patrandum, quo tot homines Graeci ſeruentur.

11. Atque haud ſcio, an non Deus ipſe rem hanc deduxerit, qui hos arroganter ſe iactantes, quaſi prudentia praecellerent, deprimere vult: nos vero, qui actionum noſtrarum primordia ſolemus a Diis capere, maiori ornare gloria. Sed enim veſtrum iam erit ſequi, et inprimis animum attendere, vt imperata quae fuerint, exſequamini.

12. Haec loquutus, copias agere coepit, et equites hinc inde ſparſi, quouſque tutum eſſet, incendebant vbique omnia. Cetrati quum ardua in loca euaſiſſent, quaecunque exuri poſſe viderent, incendebant. Idem faciebat exercitus, ſi quid offenderet, quod ab iis relictum eſſet. Hoc modo factum, vt non ſolum ardere tota regio, ſed etiam ingens quoddam agmen eſſe videretur. Poſteaquam ita res poſceret, conſcenſo colle quodam, caſtra metaban-

αὐτοὶ ὡς ἐδύναντο πλεῖστα πυρὰ ἔκαιον. ἐπεὶ δ' ἐδείπνησαν, τάχιστα παρηγγέλθη τὰ πυρὰ κατασβεννῦναι ἅπαντας.

γ'. Καὶ τὴν μὲν νύκτα φυλακὰς ποιησάμενοι, ἐκάθευδον. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ προσευξάμενοι τοῖς θεοῖς, καὶ συνταξάμενοι ὡς εἰς μάχην, ἐπορεύοντο ἢ ἐδύναντο τάχιστα. Τιμασίων δὲ, καὶ οἱ ἱππεῖς, ἔχοντες τὰς ἡγεμόνας, καὶ προελαύνοντες, ἐλαθον αὐτὰς ἐπὶ τῷ λόφῳ γενόμενοι, ἔνθα ἐπολιορκοῦντο οἱ Ἕλληνες· καὶ οὐκ ἐῶσιν ὅτε τὸ φίλιον στράτευμα, ὅτε τὸ πολέμιον· (καὶ ταῦτα παρηγγέλλοσι πρὸς τὸν Ξενοφῶντα, καὶ τὸ στράτευμα) γραῖδια δὲ, καὶ γερόντια, καὶ προβάτια ὀλίγα, καὶ βοῦς καταλελειμμένους.

ιδ'. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον θαῦμα ἦν, τί εἴη τὸ γεγενημένον· ἔπειτα δὲ τῶν καταλελειμμένων ἐπυνθάνοντο, ὅτι οἱ μὲν Θρᾷκες εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας ᾤχοντο ἀπιόντες, ἔωθεν δὲ καὶ τὰς Ἑλληνας ἔφασαν οἴχεσθαι· ὅπῃ δὲ, οὐκ εἰδέναι.

ιέ. Ταῦτα

tabantur, quum et hostium ignes cernerent, a quibus xl circiter stadiis aberant, et ipsi quam poterant, plurimos accenderent. Coenatum quum esset, mandatum omnibus, vt quam celerrime ignes extinguerent.

13. Deinde constitutis excubiis, per noctem quiescebant. Prima luce Deos comprecati, et structis ordinibus, tanquam si pugnaturi essent, summa celeritate pergebant. Ibi Timasion, et equites, qui habebant apud se duces itineris, quum ante exercitum pergerent; prius in collem euaserunt, in quo Graeci obsessi erant, quam eo se peruenisse animaduerterent. Neque heic vel socias copias, vel hostiles vsquam vident: idque ipsum et Xenophonti et vniuerso exercitui mox significant: sed aniculas tantum quasdam, et senectiones, et ouiculas paucas, et boues relictos.

14. Erat eis res primum monstri similis, dum, quid accidisset, mirarentur. Postea de relictis illis sciscitando comperiunt, Thraces mox a prima nocte discessisse, Graecos mane: quo abiissent, certum se non scire.

ιέ. Ταῦτα ἀκήσατες οἱ ἀμφὶ Ξενοφῶντα, ἐπεὶ ἠρίσησαν, συσκευασάμενοι ἐπορεύοντο, βυλόμενοι ὡς τάχιστα συμμίξαι τοῖς ἄλλοις εἰς Κάλπης λιμένα. καὶ πορευόμενοι ἑώρων τὸν σίβον τῶν Αρκάδων καὶ Αχαιῶν κατὰ τὴν ἐπὶ Κάλπης ὁδόν. ἐπεὶ δ' ἀφίκοντο εἰς τὴν ὁδὸν, ἄσμενοί τε εἶδον ἀλλήλυς, καὶ ἠσπάζοντο ὥσπερ ἀδελφούς.

ις'. Καὶ ἐπυνθάνοντο οἱ Αρκάδες τῶν περὶ Ξενοφῶντα τί τὰ πυρὰ κατασβέσειαν. ἡμεῖς μὲν γὰρ, ἔφασαν, ὡ'μεθα ὑμᾶς τὸ μὲν πρῶτον, ἐπειδὴ τὰ πυρὰ οὐχ ἑωρῶμεν, τῆς νυκτὸς ἥξειν ἐπὶ τὺς πολεμίυς. καὶ οἱ πολέμιοι, ὥς γε ἡμῖν ἐδόκει, τῦτο δείσαντες ἀπῆλθον. σχεδὸν γὰρ ἀμφὶ τῦτον τὸν χρόνον ἀπήεσαν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀφικνεῖσθε, ὁ δὲ χρόνος ἐξῆκεν, ὠόμεθ' ὑμᾶς πυθομένυς τὰ παρ' ἡμῖν, φοβηθέντας οἴχεσθαι ἀποδράντας ἐπὶ θάλατταν· καὶ ἐδόκει ἡμῖν μὴ ἀπολιπέσθαι ὑμῶν. ὅτως δ' οὐ καὶ ἡμεῖς δεῦρο ἐπορεύθημεν.

ΚΕΦ.

15. Quae quum milites Xenophontis audiissent, pranfi vasa colligunt, et iter ingrediuntur. Cupiebant enim quam maturrime se cum suis apud Calpae portum coniungere. Dum pergerent, Arcadum Achaeorumque vestigia, versus Calpae portum tendentia, vident. Posteaquam vtrique conveniissent eodem loco, mutuo se cum gaudio adspexere, ac tanquam fratres se inuicem amplexi sunt.

16. Interrogant deinde Arcades Xenophontis milites, quamobrem ignes extinxissent. Nam primum arbitrabamur, inquiunt Arcades, quum ignes nullos amplius videremus, vos noctu hostes aggredi statuisse. Quod quidem veriti nobis hostes videntur, ac propterea discessisse. Nam id temporis fere abierunt. At quum non veniretis, et tempus iam praeteriisset: putabamus, vos, audito rerum nostrarum statu, prae metu ad mare fugisse. Itaque visum fuit dandam operam, vt a vobis non abessemus. Sic nos etiam huc perreximus.

CAP.

ΚΕΦ. δ'.

Ταύτην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν αὐτοῦ ηὐλίζοντο ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ πρὸς τῷ λιμένι· τὸ δὲ χωρίον τοῦτο, ὃ καλεῖται Κάλπης λιμήν, ἔστι μὲν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τῇ ἐν τῇ Ασίᾳ. ἀρξαμένη δὲ ἡ Θρᾴκη αὕτη ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου μέχρις Ηρακλείας, ἐπὶ δεξιὰ εἰς τὸν Πόντον εἰσπλέοντι. καὶ τριήρης μέν ἐστιν εἰς Ηράκλειαν ἐκ Βυζαντίου κώπαις ἡμέρας μάλα μακρᾶς πλοῦς. ἐν δὲ τῷ μέσῳ ἄλλη μὲν πόλις οὐδεμία, οὔτε Ζιλία, οὔτε Ελληνὶς, ἀλλ' ἢ Θρᾷκες, ἢ Βιθυνοί. καὶ οὓς ἂν λάβωσι τῶν Ελλήνων ἢ ἐκπίπτοντας, ἢ ἄλλως πως, δεινὰ ὑβρίζειν λέγονται τοὺς Ελληνας.

β'. Ο δὲ Κάλπης λιμὴν ἐν μέσῳ μὲν κεῖται ἑκατέρωθεν πλεόντων ἐξ Ηρακλείας καὶ Βυζαντίου. ἔστι δ' ἐν τῇ θαλάττῃ προκείμενον χωρίον, τὸ μὲν εἰς τὴν θάλατταν καθῆκον αὐτοῦ, πέτρα ἀποῤῥῶξ, ὕψος, ὅπη ἐλάχιστον, οὐ μεῖον

CAP. IV.

Atque hoc die tum ibidem in litore propter portum castra sunt habita. Caeterum is locus, qui Calpae portus dicitur, situs est in Asiatica Thracia. Huius Thraciae initium est ab ostio Ponti, et Heracleam vsque se porrigit; in Pontum nauiganti ad dextram sita. Heraclea tantum abest a Byzantio, quantum conici triremis cursu, quae remis agatur, die longissimo potest. In medio nulla neque focia, neque Graeca vrbs est; sed soli Thraces ac Bithyni tractum illum incolunt. Ii quoscunque Graecos homines ceperint, siue illi in litus eiecti fuerint, siue quo alio casu eo venerint; crudelem in modum tractare dicuntur.

2. Calpae vero portus iis, qui Heraclea vel Byzantio nauigant, vtrinque in medio situs est. Locus ipse in mare porrigitur; cuius ea pars, quae ad mare pertinet, abruptus quidam scopulus est, minimum viginti orgyarum

μείων εἴκοσιν ὀργυιῶν· ὁ δὲ αὐχὴν ὁ εἰς γῆν ἀνήκων τῶ χωρίω, μάλιστα τεττάρων πλέθρων τὸ εὖρος. τὸ δ' ἐντὸς τῶ αὐχένος χωρίον, ἱκανὸν μυρίοις ἀνθρώποις οἰκήσειν *. λιμὴν δ' ὑπ' αὐτῇ τῇ πετρᾳ, τὸ πρὸς ἑσπέραν αἰγιαλὸν ἔχων.

γ'. Κρήνη δὲ ἡδέος ὕδατος καὶ ἀφθόνω, ἑξῆσα ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ, ὑπὸ τῇ ἐπικρατείᾳ τῶ χωρίω. ξύλα δὲ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, πάνυ δὲ πολλὰ καὶ καλὰ ναυπηγήσιμα ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ. τὸ δὲ ὄρος τὸ ἐν τῷ λιμένι εἰς μεσόγαιαν μὲν ἀνήκει, ὅσον ἐπὶ εἴκοσι σταδίοις, καὶ τῦτο γεῶδες καὶ ἄλιθον· τὸ δὲ παρὰ θάλατταν, πλέον ἢ ἐπὶ εἴκοσι σταδίοις, δασὺ πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς καὶ μεγάλοις ξύλοις.

δ'. Ἡ δ' ἄλλη χώρα, καλὴ καὶ ποίη, καὶ κῶμαι ἐν αὐτῇ εἰσὶ πολλαὶ καὶ εὖ οἰκεμέναι. Φέρει γὰρ ἡ γῆ καὶ κριθὰς, καὶ πυρὸς, καὶ ὄσπρια πάντα, καὶ μελίνας, καὶ σήσαμον, καὶ σῦκα ἀρκάδικα, καὶ ἀμπέλους πολλὰς

altitudine. Cervix loci, terram versus sita, quatuor plethrum haud dubie latitudinem aequat. Spatium, quod ea cervice continetur, tam capax est, vt hominum in eo vel centum possint habitare. Portus sub ipso scopulo situs est, cuius litus ad solem occidentem vergit.

3. Est ibidem et dulcis ac frigis aquae fons, qui propter ipsum mare sic labitur, vt sub huius tamen loci potestate sit. Est et lignorum cum aliorum copia iuxta ipsum mare, tum vero illorum maxima, quae ad aedificationem nauigiorum aptissima sunt. Mons, qui est in portu, qua versus mediterranea se ad viginti stadia porrigit, terrenus est, et minime saxosus: qua vero mare respicit, vltra viginti stadia, multis et omnis generis arboribus, eisdemque praegrandibus, densus est.

4. Reliquus ager et amoenus est, et late patet, et multos, incolisque frequentes, vicos habet. Nam solum et hordei ferax est, et tritici, et omnis generis leguminum, et panici, et sesami. Nec fici desunt, et magna vitium est copia, quae

* Al. οἰκῆσαι.

λὰς καὶ ἡδυόσμους, καὶ τἆλλα πάντα, πλὴν ἐλαίαν.

ε. Ἡ μὲν χώρα ἦν τοιαύτη. ἐσκήνων δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ. εἰς δὲ τὸ πόλισμα ἂν γενόμενοι ἐκ ἐβάλοντο στρατοπεδεύεσθαι, ἀλλὰ ἐδόκει καὶ τὸ ἐλθεῖν ἐνταῦθα ἐξ ἐπιβολῆς εἶναι, βουλομένων τινῶν κατοικίαν πόλιν. τῶν γὰρ στρατιωτῶν οἱ πλεῖστοι ἦσαν ἃ σπάνει βίου ἐκπεπλευκότες ἐπὶ ταύτην τὴν μισθοφορὰν, ἀλλὰ τὴν Κύρου ἀρετὴν ἀκούοντες, οἱ μὲν καὶ ἄνδρας ἄγοντες προσηλωκότας χρήματα, οἱ δὲ καὶ τούτων ἑτέροις ἀποδεδρακότες πατέρας καὶ μητέρας, οἱ δὲ καὶ τέκνα καταλιπόντες, ὡς, χρήματα αὐτοῖς κτησάμενοι, ἥξοντες πάλιν. ἀκούοντες καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παρὰ Κύρου πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράττειν. τοιοῦτοι ὄντες, ἐπεθύμουν εἰς τὴν Ἑλλάδα σώζεσθαι.

ς'. Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο τῆς εἰς ταυτὸ συνόδου, ἐπ' ἐξόδῳ ἐθύετο Ξενοφῶν. ἀνάγκη γὰρ ἦν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐξά-

quae vini ſuauiſſimi feraces ſunt. Denique habet omnia, extra vnas oleas.

5. Huiuſmodi ea regio erat. Milites in maris litore tabernacula figunt, quod intra oppidi moenia caſtra habere nollent. Quinetiam factum inlidioſe putabant, quod eo loci veniſſent, quaſi huc aliqui deducere coloniam cuperent. Nam pars militum maxima, non adducta rerum ad vitam neceſſariarum inopia, Cyro militatum inerat: ſed audita virtute Cyri, quidam ad eum viros adduxerant, qui iam prodegerant ſua, quidam a patribus et matribus aufugerant, quidam deſeruerant liberos ſuos, quod redituros ſe putarent, vbi rem feciſſent: audierant enim alios quoque, qui cum Cyro eſſent, multa bona ſibi adquirere. Hi quum militum animi eſſent, in Graeciam ſalui redire cupiebant.

6. Tranſierat iam dies vnus, ex quo rurſum conuenerant; quum Xenophon copias educturus, rem ſacram faceret. Nam ipſa flagitabat neceſſitas, vt educerentur ad parandum commeatum

ή. Αὖθις δὲ Τιμασιωνι τῷ Δαρδανεῖ προσελθὼν, ἐπεὶ ἤκουεν αὐτῷ εἶναι καὶ ἐκπώματα καὶ τάπιδας βαρβαρικὰς, ἔλεγεν· ὅτι νομίζοιτο, ὁπότε ἐπὶ δεῖπνον καλέσαι Σεύθης, δωρεῖσθαι αὐτῷ τοὺς κληθέντας· οὗτοσὶ δ' ἂν μέγας ἐνθάδε γενηται, ἱκανὸς ἔσται σε καὶ οἴκαδε κατάγειν, καὶ ἐνθάδε πλούσιον ποιῆσαι. τοιαῦτα προὐμνᾶτο ἑκάστῳ προσιών.

θ. Προσελθὼν

bere suspicaretur, quod Seuthae donarent. Primum adibat Parianos quosdam, qui amicitiae cum Odrysarum rege Medoco ineundae caussa venerant, ac tum ipsi tum vxori eius munera afferebant. Ad hos dicebat, Medocum agere in regione superiori, quae XII dierum itinere a mari abesset: Seuthen, acceptis hisce copiis, regioni maritimae imperaturum. Finitimus igitur cum fuerit, vobis et prodesse et obesse plurimum poterit. Quapropter si sapitis, quidquid attulistis, ei dabitis. Melius enim collocabitur, quam si Medoco, procul hinc dissito, donetur. Atque is sane, vt ita facerent, persuasit.

8. Deinde ad Timasionem Dardanensem accedit, quem quia cognouerat habere pocula tapetesque barbaricos, esse ait in more, vt, si quando ad coenam aliquem vocet Seuthes, inuitati munera quaedam ipsi donent. Quod si potens factus fuerit, vel restituere te in patriam poterit, vel heic collocupletare. Hoc modo cum singulis agebat.

9. Ad

* Al. τὸν.

θ. Προσελθὼν δὲ καὶ Ξενοφῶντι, ἔλεγε. "Σὺ καὶ πόλεως μεγίστης εἶ, καὶ παρὰ Σεύθῃ τὸ σὸν ὄνομα μέγιστόν ἐστι. καὶ ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἴσως ἀξιώσεις καὶ τείχη λαμβάνειν, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τῶν ὑμετέρων ἔλαβόν, καὶ χώραν. ἄξιον δή σοι καὶ μεγαλοπρεπέστατα τιμῆσαι Σεύθην. εὖνος δέ σοι ὢν παραινῶ. εὖ οἶδα γὰρ ὅτι ὅσῳ ἂν μείζω τούτων δωρήσῃ, τοσούτῳ μείζω ὑπὸ τούτου ἀγαθὰ πείσῃ. ἀκούων ταῦτα ὁ Ξενοφῶν, ἠπόρει. ἃ γὰρ διαβεβήκει ἔχων ἐκ Παρίου, εἰ μὴ παῖδα, καὶ ὅσον ἐφόδιον.

ι. Ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθον ἐπὶ τὸ δεῖπνον, τῶν τε Θρᾳκῶν οἱ κράτιστοι τῶν τότε παρόντων, καὶ οἱ στρατηγοὶ, καὶ οἱ λοχαγοὶ τῶν Ἑλλήνων, καὶ εἴ τις πρεσβεία παρῆν ἀπὸ πόλεως, τὸ δεῖπνον μὲν ἦν καθημένοις κύκλῳ. ἔπειτα δὲ τρίποδες εἰσηνέχθησαν πᾶσιν. ἦσαν δ' ὅσον εἴκοσι, κρεῶν μεστοὶ νενεμημένων, καὶ ἄρτοι ζυμῖται μεγάλοι προσπεπερονημένοι ἦσαν πρὸς τοῖς κρέασι.

ιά. Μάλι-

9. Ad Xenophontem quum peruenisset: Tu maxima, inquit, ex vrbe ortus es, ac tuum nomen apud Seuthen amplissimum est. Fortassis etiam mereberis, vt hac in regione castella cum agro consequare, quod et aliis verisimile euenit. Quamobrem ex dignitate tua fuerit, muneribus amplissimis Seuthen ornare. Atque hac in parte te moneo, quod optime tibi velim. Scio enim, futurum, vt quanto ampliora tua, quam horum munera fuerint: tanto ab hoc praeclariora consequare. Quum haec audiret Xenophon, animi angebatur. Nec enim, quum Pario traiiceret, quidquam habebat, praeter puerum, et viaticum.

10. Vbi iam coenatum ingressi fuissent, partim praestantissima dignitate Thraces, qui tum aderant, partim Graecorum duces, et praefecti cohortium, cum legatis, si qui ab vrbibus aderant, in orbem omnes considere. Deinde tripodes vniuersis allati, qui plus minus xx numero erant, carnibus diuisis pleni, cum fermentatis panibus, eisque praegrandibus, qui carnibus affixi erant.

ιά. Μάλιστα δὲ αἱ † τράπεζαι κατὰ τὰς ξένας ἀεὶ ἐτίθεντο· νόμος γὰρ ἦν. καὶ πρῶτος τοῦτο ἐποίει Σεύθης, ἀνελόμενος τὰς παρακειμένας αὐτῷ ἄρτας, διέκλα κατὰ μικρὸν, καὶ διερρίπτει οἷς αὐτῷ ἐδόκει, καὶ τὰ κρέα ὡσαύτως, ὅσον μόνον γεύσασθαι ἑαυτῷ καταλιπών. καὶ οἱ ἄλλοι δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίουν, καθ' ὃς αἱ τράπεζαι ἔκειντο.

ιβ'. Ἀρκὰς δέ τις * Ἀριστος ὄνομα, φαγεῖν δεινὸς, τὸ μὲν διαῤῥίπτειν εἴα χαίρειν, λαβὼν δὲ εἰς τὴν χεῖρα ὅσον †† τριχοίνικον ἄρτου, καὶ κρέα θεμένος ἐπὶ τὰ γόνατα, ἐδείπνει. κέρατα δ' οἴνου περιέφερον, καὶ πάντες ἐδέχοντο. ὁ δ' Ἀριστος, ἐπεὶ παρ' αὐτὸν φέρων τὸ κέρας ὁ οἰνοχόος ἦν, εἶπεν, ἰδὼν τὸν Ξενοφῶντα ἔτι δειπνοῦντα· ἐκείνῳ, ἔφη, δός· σχολάζει γὰρ ἤδη, ἐγὼ δ' ὕπω. ἀκούσας ὁ Σεύθης τὴν φωνὴν, ἠρώτα τὸν οἰνοχόον, τί λέγοι; ὁ δὲ οἰνοχόος εἶπεν. (Ἑλληνίζειν γὰρ ἠπίστατο) ἐνταῦθα μὲν ἤδη γέλως ἐγένετο.

ιγ'. Ἐπεὶ

11. In primis hoc obſeruatum, vt fercula ſemper iuxta holpites ponerentur: quod quidem ita erat in more. Factitabat hoc adeo primus Seuthes ipſe. Panes enim iuxta ſe ſitos ſumebat, minutimque frangebat, ac diſiiciebat hinc inde ad eos, quos viſum eſſet. Idem de carnibus fiebat, de quibus modo tantum ſibi retinebat, quantum ad guſtandum ſatis eſſet. Imitabantur hoc et alii, iuxta quos fercula ſita eſſent.

12. Aderat Arcas quidam, cui nomen Ariſtus, vorax admodum. Is omiſſo diſiiciendi ritu, arreptoque pane trium choenicum, carnes etiam genibus imponebat, et coenabat. Circumferebantur et cornua vino plena, quae omnes ſumebant. Verum vbi pincerna cum cornu ad Ariſtum accelliſſet, atque ille Xenophontem non amplius coenare videret: Huic, ait, porrige. Nam illi otium eſt, at necdum mihi. Eam vocem quum Seuthes audiiſſet, de pocillatore quaerebat, quid ille dixiſſet. Is quum rem narraſſet, quod Graecae linguae non ignarus eſſet, in riſum omnes ſoluuntur.

13. Pro-

† Τράπεζαι h. l. redditur per lat. *fercula* ex autoritate Pollucis, qui ait, veteres etiam cibaria menſis impoſita τραπέζας appellaſſe lib. 6. c. 12.

* Al Ἀρύσης.

†† Χοῖνιξ frumenti tantum quantum vno die ſatis eſt homini, vt patet ex 3 et 7 lib. Herod.

ιγ'. Επεὶ δὲ πρόχωρει ὁ πότος, εἰσῆλθεν ἀνὴρ Θρᾷξ, ἵππον ἔχων λευκόν· καὶ λαβὼν κέρας μετὸν, εἶπε· Προπίνω σοι, ὦ Σεύθη, καὶ τὸν ἵππον τοῦτον δωρᾶμαι, ἐφ' ᾧ καὶ διώκων οὗ ἂν ἐθέλῃς, αἱρήσεις, καὶ ἀποχωρῶν ἧττον μὴ δείσῃς τὸν πολέμιον. ἄλλος παῖδα ἀγαγὼν ἅτως ἐδωρήσατο, προπίνων, καὶ ἄλλος ἱμάτια τῇ γυναικί. καὶ Τιμασίων προπίνων ἐδωρήσατο Φιάλην ἀργυρᾶν, καὶ τάπιδα ἀξίαν δέκα μνῶν. Γνήσιππος δέ τις Αθηναῖος ἀναστὰς εἶπεν, ὅτι ἀρχαῖος εἴη νόμος κάλλιστος, τοὺς μὲν ἔχοντας διδόναι τῷ βασιλεῖ τιμῆς ἕνεκα· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι διδόναι τὸν βασιλέα· ἵνα κἀγὼ, ἔφη, σοὶ ἔχω δωρεῖσθαι καὶ τιμᾶν.

ιδ'. Ο δὲ Ξενοφῶν ἠπορεῖτο ὅ, τι ποιήσοι. καὶ γὰρ ἐτύγχανεν, ὡς τιμώμενος, ἐν τῷ πλησιαίτατω δίφρῳ Σεύθη καθήμενος. ὁ δὲ Ηρακλείδης ἐκελευσεν αὐτῷ τὸ κέρας ὀρέξαι τὸν οἰνοχόον. ὁ δὲ Ξενοφῶν (ἤδη γὰρ ὑποπεπωκὼς ἐτύγχανεν) ἀνέστη θαῤῥαλεως δεξάμενος τὸ κέρας, καὶ εἶπεν·

ιέ. "Εγωὶ

13. Procedente autem potatione, Thrax quidam ingreſſus, cui equus erat albus, arrepto cornu pleno: Propino, inquit, tibi Seuthe, et equum hunc dono do: quo vectus, quemcunque voles, perſequendo capies, et retrocedens non eſt quod hoſtem metuas. Poſtea quidam alius puerum adductum eodem ritu Seuthae donabat, et alius veſtimenta in vſum vxoris. Timaſion quum ei propinaret, argenteam phialam cum tapete, qui decem minarum pretium habebat, dono dabat. Et Athenienſis quidam Gneſippus ſurgens, priſcum eſſe morem aiebat, pulcherrimumque; vt ii, quibus ſint opes, honoris cauſſa regi aliquid dono dent; inopes autem a regibus munerentur. Ita fiet, vt et ipſe tibi quod donem habeam, et quo te ornem.

14. Dubitabat apud ſe Xenophon, quid faceret. Nam vt vir honoratus, in ſella Seuthae proxima ſedebat. Iam pincernae mandarat Heraclides, vt Xenophonti cornu porrigeret. Et Xenophon, qui paullo largius bibiſſet, confidenter ſurgens, accepto cornu, inquit:

ιέ. "Ἐγὼ δέ σοι, ὦ Σεύθη, δίδωμι ἐμαυτὸν, καὶ τοὺς ἐμοὺς τούτους ἑταίρους, φίλους εἶναι πιστούς· καὶ οὐδένα ἄκοντα, ἀλλὰ πάντας μᾶλλον ἐμοῦ σοὶ βουλομένους φίλους εἶναι. καὶ νῦν πάρεισιν οὐδέν σε προσαιτοῦντες, ἀλλὰ καὶ προσέμενοι καὶ πονεῖν ὑπὲρ σοῦ καὶ προκινδυνεύειν· μεθ' ὧν, ἂν οἱ θεοὶ θέλωσι, πολλὴν χώραν τὴν μὲν ἀπολήψῃ, πατρῴαν οὖσαν, τὴν δὲ κτήσῃ· πολλοὺς δὲ ἵππους, πολλοὺς δὲ ἄνδρας καὶ γυναῖκας καλὰς κτήσῃ, οὓς οὐ λήζεσθαι δεήσει, ἀλλ' αὐτοὶ φέροντες παρέσονται πρός σε δῶρα."

ις'. Ἀνασὰς ὁ Σεύθης συνεξέπιε, καὶ συγκατεσκεύασε τῷ μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας. μετὰ ταῦτα εἰσῆλθον Κερασουνταῖοι, οἳ σημαίνουσιν αὐλοῖς τε καὶ σάλπιγξιν ὠμοβοείαις, βυσμός τε καὶ οἷον μαγάδι σαλπίζοντες· καὶ αὐτὸς Σεύθης ἀνασὰς ἀνέκραγέ τε πολεμικὸν, καὶ ἐξήλατο, ὥσπερ βέλος φυλαττόμενος,

15. Ego vero meipsum tibi dono, mi Seuthe, cum his sociis meis, vt nobis vtare tanquam fidis amicis. Neque horum quenquam inuitum tibi trado, sed omnes eo animo, vt vel meipsum in amicitia superare cupiant. Nunc quidem certe adsunt heic tibi, ac tantum abest, vt aliquid abs te praeterea petant, vt etiam expetant tua causſa labores perpeti, ac pericula subire. Horum tu opera, Diis propitiis, partim amplum regnum, idque patrium, recuperabis, partim alia consequere. Praeterea magnam equorum, virorum, elegantium feminarum copiam, tuam in potestatem rediges: neque necesse erit hoc rapiendo effici, sed ipsimet cum muneribus aderunt.

16. Tum surgens Seuthes vna cum Xenophonte bibebat, et illi, qui proximus ab ipso erat, partem porrigebat †. Post haec Cerasuntaei sunt ingressi, qui tibiis ac tubis de crudo bouis corio factis, classicum canunt, et ad numeros tanquam in magade clangunt. Heic Seuthes ipse surgens, bellicum quiddam vociferabatur, et quasi telum

† Al. et cornu in eum, qui vna cum ipso erat, effudit.

μενος, μάλα ἐλαφρῶς. εἰσήεσαν δὲ καὶ γελωτοποιοί.

ιζ'. Ως δ' ἦν ἥλιος ἐπὶ δυσμαῖς, ἀνέσησαν οἱ Ελληνες, καὶ εἶπον ὅτι ὥρα εἴη νυκτοφύλακας καθιστάναι, καὶ σύνθημα παραδιδόναι. καὶ Σεύθην ἐκέλευον παραγγεῖλαι, ὅπως εἰς τὰ Ελληνικὰ στρατόπεδα μηδεὶς τῶν Θρακῶν εἴσεισι νυκτός. οἵ τε γὰρ πολέμιοι Θρᾷκες ἡμῖν, καὶ ὑμεῖς οἱ φίλοι.

ιή. Ως δ' ἐξήεσαν, συνανέση ὁ Σεύθης, ὑδέν τι μεθύοντι ἐοικώς. ἐξελθὼν δ' εἶπεν, αὐτὸς τὸς στρατηγὸς ἀποκαλέσας. "Ω ἄνδρες, οἱ πολέμιοι ἡμῶν οὐκ ἴσασι πω τὴν ὑμετέραν * συμμαχίαν· ἢν οὖν ἔλθωμεν ἐπ' αὐτὸς, πρὶν φυλάξασθαι ὥστε μὴ ληφθῆναι, ἢ παρασκευάσασθαι ὥστε ἀμύνασθαι, μάλιστα ἂν λάβοιμεν χρήματα καὶ ἀνθρώπους. συνεπήνουν ταῦτα οἱ στρατηγοὶ, καὶ ἠγεῖσθαι ἐκέλευον. ὁ δ' εἶπε· παρασκευασάμενοι ἀναμενεῖτε, ἐγὼ δ', ὁπόταν καιρὸς εἴη, ἥξω παρ' ὑμᾶς· καὶ τὸς πελτασὰς,

telum vitaret, agiliter admodum exiliebat. Ingressi sunt et ioculatores.

17. Denique sub occasum solis Graeci surgunt, ac tempus aiunt esse constituendi excubias dandique tesseram. Hortabantur etiam Seuthen, vt suis denuntiaret, ne quis Thracum noctu Graecorum castra ingrederetur. Nam Thraces, aiebant, et hostes habemus, et vos amicos.

18. Posteaquam egrederentur, etiam Seuthes vna cum ipsis surgebat, neque vlla signa ebrietatis prae se ferebat. Quum exiisset, vocatis ad se ducibus: Nec dum, inquit, hostibus nostris quidquam de societate inter nos inita constat. Quare si eos adoriemur prius, quam sibi, ne capiantur, cauerint, vel ad propulsandos nos instruxerint; maximam et hominum et opum copiam facile consequemur. Eam sententiam duces comprobare, atque hortari, vt in hostem duceret. Tum ille: Vbi vos, inquit, ad iter accinxeritis, expectate. Nam ego, quum opportunum fuerit, ad vos veniam; cetratisque ac

* Al. ὑμετέραν.

σας, καὶ ὑμᾶς ἀναλαβὼν, ἡγήσομαι σὺν τοῖς θεοῖς.

ιθ'. Καὶ ὁ Ξενοφῶν εἶπε. σκέψαι τοίνυν, εἴπερ νυκτὸς πορευσόμεθα, εἰ ὁ Ἑλληνικὸς νόμος κάλλιον ἔχει. μεθ' ἡμέραν μὲν γὰρ ἐν ταῖς πορείαις ἡγεῖσθαι * τῶ στρατεύματος, οποῖον ἀεὶ πρὸς τὴν χώραν συμφέρει, ἐάν τε ὁπλιτικὸν, ἐάν τε ἱππικόν. νύκτωρ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησιν ἐστὶ, ἡγεῖσθαι τὸ βραδύτατον. ἅτω γὰρ ἥκιστα διασπᾶται τὰ στρατεύματα, καὶ ἥκιστα λανθάνουσιν ἀποδιδράσκοντες ἀλλήλους· οἱ δὲ διασπαθέντες πολλάκις καὶ περιπίπτουσιν ἀλλήλοις, καὶ ἀγνοοῦντες κακῶς ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν.

κ'. Εἶπεν ἂν Σεύθης· ὀρθῶς τε λέγετε, καὶ τῷ νόμῳ τῷ ὑμετέρῳ πείσομαι. καὶ ὑμῖν μὲν ἡγεμόνας δώσω τῶν πρεσβυτάτων τὰς ἐμπειροτάτας τῆς χώρας, αὐτὸς δ' ἑφέψομαι τελευταῖος, τὰς ἵππους ἔχων. ταχὺ γὰρ πρῶτος, ἂν δέῃ, παρέσομαι. σύνθημα δ' εἶπον ** Ἀθηναῖοι κατὰ τὴν συγγένειαν. ταῦτ' εἰπόντες, ἀνεπαύοντο.

κά. Ηνίκα

vobis mecum sumtis, ipse dux itineris ero, Diis bene iuuantibus.

19. Et Xenophon: Dispice, inquit, si quidem iter noctu faciundum erit, an magis expediat, Graecum nos morem sequi, quam vestrum. Nam diurnis in itineribus, pro locorum ratione, vel armatura grauis, vel equitatus anteire copias solet: noctu vero, Graecorum instituto, pars exercitus tardissima praecedit. Nam hoc pacto copiae minime a se inuicem diuelluntur, minimeque fieri potest, vt clam aliis a se discedant. Quod si copiae dissipentur, fit nonnunquam vt se mutuo adoriantur, ac per ignorationem et errorem ipsimet se laedant, ac laedantur.

20. Recte monetis, ait Seuthes, adeoque vestro huic instituto parebo. Nam vobis eos duces dabo, qui inter natu grandes huius regionis peritissimi sint: ipse a tergo subsequar cum equitatu, ac si res poscat, celeriter in frontem me conferam. Tesseram dabant Athenienses ob cognationem. His dictis quieuere.

21. Nocte

* Al. ἡγεῖται.

** Al. Αθηναίων.

κά. Ηνίκα δ' ἦν ἀμφὶ μέσας νύκτας, παρῆν Σεύθης ἔχων τὰς ἱππέας τεθωρακισμένας, καὶ τὰς πελταστὰς σὺν τοῖς ὅπλοις. καὶ ἐπεὶ παρέδωκε τὰς ἡγεμόνας, οἱ μὲν ὁπλῖται ἡγοῦντο, οἱ δὲ πελτασταὶ εἵποντο, οἱ δὲ ἱππεῖς ὠπισθοφυλάκων.

κβ'. Επεὶ δὲ ἡμέρα ἦν, ὁ Σεύθης παρήλαυνεν εἰς τὸ πρόσθεν, καὶ ἐπήνεσε τὸν Ελληνικὸν νόμον. πολλάκις γὰρ ἔφη νύκτωρ αὐτὸς, καὶ σὺν ὀλίγοις πορευόμενος, ἀποσπασθῆναι σὺν τοῖς ἵπποις ἀπὸ τῶν πεζῶν. νῦν δὲ, ὥσπερ δεῖ, ἀθρόοι πάντες ἅμα τῇ ἡμέρᾳ φαινόμεθα. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν περιμένετε αὐτοῦ, καὶ ἀναπαύεσθε· ἐγὼ δὲ σκεψάμενός τι ἥξω.

κγ'. Ταῦτ' εἰπὼν ἤλαυνε δι' ὄρους, ὁδόν τινα λαβών. ἐπεὶ δ' ἀφίκετο εἰς χιόνα πολλὴν, ἐσκέψατο ἐν τῇ ὁδῷ, εἰ εἴη ἴχνη ἀνθρώπων ἢ προηγμένα, ἢ ἐναντία. ἐπεὶ δὲ ἀτριβῆ ἑώρα τὴν ὁδὸν, ἧκει ταχὺ πάλιν, καὶ ἔλεγε· Καλῶς, ὦ ἄνδρες, ἔσται, ἐὰν Θεὸς θέλῃ· τὰς γὰρ ἀνθρώπους

21. Nocte media Seuthes aderat cum equitibus loricatis, et cum cetratis instructis: quumque duces itineris dedisset, grauis armatura praecessit, subsequentibus peltatis, et equitatu tergum agminis claudente.

22. Quum illuxisset, Seuthes suos in frontem promouit, collaudato Graecorum hoc instituto. Aiebat enim, saepenumero sibi ipsi accidisse, vt quum vel exiguis cum copiis iter faceret, pedites ab equitatu diuellerentur. Nunc, vti fieri debebat, orto die vniuersi eodem loco conspicimur. Enimvero vos heic requiescite, ac nos expectate, donec ego, rebus nonnullis exploratis, rediero.

23. His dictis, quum viam quandam reperisset, per montem cum equitatu pergit: inventaque magna niue, media in via, num quae hominum vel antecedentium, vel contraria vestigia cernere posset, considerabat. Quum viam non tritam esse videret, celeriter reuertitur, et: Praeclare, inquit, res nobis succedet, milites, Diis bene iuuantibus. Sic enim hostes

ἀνθρώπους λήσομεν ἐπιπεσόντες. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἡγήσομαι τοῖς ἵπποις, ὅπως, ἄν τινα ἴδωμεν, μὴ διαφυγὼν σημήνῃ τοῖς πολεμίοις. ὑμεῖς δ' ἕπεσθε, κἂν λειφθῆτε, τῷ σίβῳ τῶν ἵππων ἕπεσθε. ὑπερβάντες δὲ τὰ ὄρη ἥξομεν εἰς τὰς κώμας, πολλάς τε καὶ εὐδαίμονας.

κδ'. Ηνίκα δὲ ἦν μέσον ἡμέρας, ἤδη τε ἦν ἐπὶ τοῖς ἄκροις, καὶ κατιδὼν τὰς κώμας, ἧκεν ἐλαύνων πρὸς τοὺς ὁπλίτας, καὶ ἔλεγεν. ἀφήσω ἤδη καταθεῖν τοὺς μὲν ἱππέας εἰς τὸ πεδίον, τοὺς δὲ πελταστὰς ἐπὶ τὰς κώμας. ἀλλ' ἕπεσθε, ὡς ἂν δύνησθε τάχιστα, ὅπως, ἄν τις ὑφιστῆται, ἀλέξησθε.

κέ. Ακούσας ταῦτα ὁ Ξενοφῶν, κατέβη ἀπὸ τοῦ ἵππου. καὶ ὃς ἤρετο· τί καταβαίνεις, ἐπεὶ σπεύδειν δεῖ; οἶδα, ἔφη, ὅτι οὐκ ἐμοῦ μόνου δέῃ· οἱ δ' ὁπλῖται θᾶττον δραμοῦνται καὶ ἥδιον, ἂν καὶ ἐγὼ πεζὸς ἡγῶμαι.

κς'. Μετὰ

hoſtes adoriemur, vt illi nos aduentare nequaquam ſentiant. Equidem cum equitatu praecedam, vt ne quis a nobis conſpectus elabatur, adventumque noſtrum hoſtibus denuntiet. Vos vero ſequimini, ac ſi a tergo manſeritis, veſtigiis equorum inhaerete. Vbi montes hos ſuperaverimus, ad vicos multos, eoſque peropulentos, perueniemus.

24. Quum meridies appetiiſſet, iam in vertices euaſerat; et in vicos deſpiciens, pergit ad grauis armaturae pedites. Dimittam, inquit, modo equites, vt in planiciem decurrant; et cetratos, vt in vicos ſe conferant. Quare quam poteſtis celerrime ſubſequimini, vt, ſi quis ſe nobis oppoſuerit, opem nobis feratis.

25. Haec verba quum Xenophon audiiſſet, de equo deſcendit. Quaerente Seuthe: Quamobrem quaeſo ex equo deſcendis, quum feſtinatione ſit opus? Equidem, ait, ſcio non mea ſolius opus eſſe praeſentia; et hi grauis armaturae pedites celerius current ac lubentius, ſi et ipſe pedes agmen duxero.

26. Poſt

κϛ'. Μετὰ ταῦτα ᾤχετο καὶ Τιμασίων μετ' αὐτῦ, ἔχων ἱππέας ὡς τετταράκοντα τῶν Ἑλλήνων. Ξενοφῶν δὲ παρηγγύησε τὺς εἰς τριάκοντα ἔτη παριέναι ἀπὸ τῶν λόχων εὐζώνυς. καὶ αὐτὸς μὲν ἐτρόχαζε, τέτυς ἔχων· Κλεάνωρ δὲ ἡγεῖτο τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.

κζ'. Ἐπεὶ δ' ἐν ταῖς κώμαις ἦσαν, Σεύθης ἔχων ὅσον πεντήκοντα ἱππέας, προσελάσας εἶπε. τάδε ὀή, ὦ Ξενοφῶν, ἃ σὺ ἔλεγες, ἔχονται οἱ ἄνθρωποι. ἀλλὰ γὰρ οἱ ἱππεῖς ἔρημοι οἴχονταί μοι, ἄλλος ἀλλαχῆ διώκων· καὶ δέδοικα, μὴ συστάντες ἀθρόοι τι κακὸν τι ἐργάσωνται οἱ πολέμιοι. δεῖ δὲ καὶ ἐν ταῖς κώμαις καταμένειν τινὰς ἡμῶν. μεσαὶ γάρ εἰσιν ἀνθρώπων.

κή. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, σὺν οἷς ἔχω, τὰ ἄκρα καταλήψομαι, σὺ δὲ Κλεάνορα κέλευε διὰ τῦ πεδίυ παρατεῖναι τὴν φάλαγγα παρὰ τὰς κώμας. ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐποίησαν, συνηλίσθησαν ἀνδράποδα μὲν ὡς χίλια, βόες δὲ δισχίλιοι, καὶ ἄλλα πρόβατα μύρια. καὶ τότε μὲν αὐτῦ ηὐλίσθησαν.

ΚΕΦ.

26. Post haec adiungebat ei se Timasion quoque cum Graecis equitibus plus minus quadraginta. Xenophon milites triginta annos natos, qui expediti essent, ex cohortibus ad se iubet accedere. Cum his ipse raptim pergebat, Cleanore Graecos caeteros ducente.

27. Posteaquam in vicos perveniissent, Scuthes cum equitibus quinquaginta aduectus: Accidit, inquit, ita vti tu dicebas, Xenophon, cepimus hos homines: verum equi mihi dilapsi sunt, aliis alibi hostem persequentibus. Quare metuo, ne, hostes alicubi globo facto, male nostros multent. Nihilominus in his etiam vicis manere quosdam nostrûm necesse est. Sunt enim illi hominibus referti.

28. Tum Xenophon: Ego vero, inquit, cum his, quos mecum habeo, vertices occupabo: tu Cleanori manda, vt per campum phalangem propter vicos extendat. Id quum fecissent, plus minus CIↃ mancipia collecta sunt, boues autem IICIↃ, pecoris reliqui CCIↃↃ. Ac tum quidem ibi pernoctarunt.

CAP.

ΚΕΦ. δ'.

Τῇ δ' ὑστεραία καταϰαύσας ὁ Σεύθης τὰς ϰώμας παντελῶς, ϰαὶ ἀδεμίαν οἰϰίαν λιπὼν, ὅπως Φόβον ἐνθείη ϰαὶ τοῖς ἄλλοις οἷα πείσονται, ἂν μὴ πείθωνται, ἀπῄει πάλιν. ϰαὶ τὴν μὲν λείαν ἀπέπεμψε διατίθεσθαι Ηραϰλείδῃ εἰς Πέρινθον, ὅπως μισθὸς γένηται τοῖς στρατιώταις· αὐτὸς δὲ ϰαὶ οἱ Ελληνες ἐστρατοπεδεύσαντο ἀνὰ τὸ Θυνῶν πεδίον. οἱ δ' ἐϰλιπόντες, ἐφευγον εἰς τὰ ὄρη.

β'. Ην δὲ χιὼν πολλὴ, ϰαὶ ψύχος ἄτως, ὥστε τὸ ὕδωρ, ὃ ἐφέροντο ἐπὶ δεῖπνον, ἐπήγνυτο, ϰαὶ οἶνος ἐν τοῖς ἀγγείοις, ϰαὶ τῶν Ελλήνων πολλῶν ϰαὶ ῥῖνες * ἀπεϰαίοντο ϰαὶ ὦτα. ϰαὶ τότε δῆλον ἐγένετο, ἕ ἕνεϰα οἱ Θρᾷϰες τὰς ἀλωπεϰίδας ἐπὶ ταῖς ϰεφαλαῖς φορῶσι ϰαὶ τοῖς ὠσὶ, ϰαὶ χιτῶνας ἃ μόνον περὶ τοῖς στέρνοις, ἀλλὰ ϰαὶ περὶ τοῖς μηροῖς,

CAP. IV.

Postridie Seuthes, vicis prorsus exustis, ac ne vna quidem domo relicta, quod vellet aliis etiam metum incutere, cuiusmodi mala perpeti essent, nisi parerent ipsius imperio, discessit: ac praedam quidem abigi iussit, vt illam Perinthi Heraclides venderet, deque ea militi stipendium conficeret: ipse cum Graecis in Thynorum planicie castra habebat. Illi vero, sedibus suis relictis, in montes se fuga recipiebant.

2. Iacebat nix ingens, et tantum frigus erat, vt etiam aqua ad coenam allata, et vinum ipsum in vasis congelasceret. Nonulli Graecorum nares et aures, adultas [a frigore] amittebant: perpetuumque fuit id temporis, quamobrem vulpinas pelles circum capita Thraces, et circum aures gestent: itemque tunicis non modo pectora, sed ipsa etiam femora muniant: laxa denique sagula, et ad pedes vsque demissa,

* Al. ἀπεϰαίοντο, et ἀπεϰίρναντο, it. ἀπεϰίνατο.

ροῖς, καὶ ζειρὰς μέχρι ποδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ χλαμύδας.

γ'. Αφιεὶς δὲ τῶν αἰχμαλώτων ὁ Σεύθης εἰς τὰ ὄρη, ἔλεγεν· ὅτι, εἰ μὴ καταβήσονται οἰκήσοντες καὶ πείσονται, ὅτι κατακαύσει καὶ τούτων τὰς κώμας, καὶ τὸν σῖτον, καὶ ἀπολοῦνται τῷ λιμῷ· ἐκ τούτων* κατέβαινον καὶ γυναῖκες, καὶ παῖδες, καὶ οἱ πρεσβύτεροι· οἱ δὲ νεώτεροι ἐν ταῖς ὑπὸ τὸ ὄρος κώμαις ηὐλίζοντο.

δ'. Καὶ ὁ Σεύθης καταμαθὼν, ἐκέλευσε τὸν Ξενοφῶντα τῶν ὁπλιτῶν τοὺς νεωτάτους λαβόντα συνέπεσθαι· καὶ ἀναστάντες τῆς νυκτὸς, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ παρῆσαν ἐπὶ ταῖς κώμαις· καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι ἐξέφυγον, (πλησίον γὰρ ἦν τὸ ὄρος) ὅσους δὲ κατέλαβον, κατηκόντισεν ἅπαντας ὁ Σεύθης.

ε'. Επισθένης δὲ ἦν τις Ολύνθιος παιδεραστὴς, ὃς ἰδὼν καλὸν παῖδα ηβάσκοντα ἄρτι, πέλτην ἔχοντα, μέλλοντα ἀποθνήσκειν, προσδραμὼν Ξενοφῶντα ἱκέτευσε βοηθῆσαι

demissa, in equis induant, non chlamydas.

3. Seuthes, dimissis ex iis, qui capti fuerant, nonnullis in montes: denuntiari iussit, ni descenderent, ac secum pacis foedera facerent †, ipsorum etiam se villas incensurum vna cum frumento, vt fame omnes perire necesse esset. Tum vero et mulieres, et pueri, et senes descenderunt. Iuniores in vicis, sub monte sitis, castra locant.

4. Id vbi Seuthes animadvertisset, Xenophontem cum manu ex armatura graui delecta iuuenum maxime vegetorum sequi iussit. Itaque noctu surgunt, et prima luce ad vicos perueniunt. Tum ex hostibus maxima pars fuga dilabi. Etenim mons vicinus erat. Si qui caperentur, iaculis vniuersi a Seuthe configebantur.

5. Erat Olynthius quidam puerorum amator Episthenes, qui quum elegantem puerum, tunc primum pubescentem, cum cetra, quam tenebat, conspiceret, cui Seuthes iamiam vitam ademturus erat; ad Xenophontem accurrit, et suppliciter ipsum orat, vt opem formoso

* Al. ἐκ τούτου.

** Ad verbum vertitur: *ad sedes suas incolendas, et ipsi parerent.*

σαι παιδὶ καλῷ. καὶ ὃς προσελθὼν τῷ Σεύθῃ δέεται, μὴ ἀποκτεῖναι τὸν παῖδα, καὶ τῷ Ἐπιῶθένει διηγεῖται τὸν τρόπον, καὶ ὅτι λόχον ποτὲ συνελέξατο, σκοπῶν ἐδὲν ἄλλο, ἢ εἴ τινες εἶεν καλοὶ, καὶ μετὰ τούτων ἦν ἀνὴρ ἀγαθός.

ε'. Ὁ δὲ Σεύθης ἤρετο, ἢ καὶ ἐθέλοις ἄν, ὦ Ἐπίῶθενες, ὑπὲρ τούτου ἀποθανεῖν; ὁ δ' ἐπανατείνας τὸν τράχηλον· παῖε, εἶπεν, εἰ κελεύει ὁ παῖς, καὶ μέλλει χάριν εἰδέναι. ἐπήρετο ὁ Σεύθης τὸν παῖδα, εἰ παίσειεν αὐτὸν ἀντὶ ἐκείνου. ἐκ εἶα ὁ παῖς, ἀλλ' ἱκέτευε μηδὲ ἕτερον κατακαίειν. ἐνταῦθα δὴ ὁ Ἐπιῶθένης περιλαβὼν τὸν παῖδα, εἶπεν, ὥρα σοι, ὦ Σεύθη, περὶ τοῦδε μοι διαμάχεσθαι. ἀ γὰρ μεθήσω τὸν παῖδα. ὁ δὲ Σεύθης γελῶν, ταῦτα μὲν εἶα.

ζ'. Ἔδοξε δ' αὐτῷ αὐτοῦ αὐλισθῆναι, ἵνα μὴ ἐκ τούτων τῶν κωμῶν οἱ ἐπὶ τοῦ ὄρους τρεφοιντο. καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πεδίῳ ὑποκαταβὰς ἐσκήνει. Ξενοφῶν δὲ ἔχων τοὺς ἐπιλέκτους, ἐν τῇ ὑπὸ τὸ ὄρος ἀνωτάτω κώμῃ, καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, ἐν τοῖς

formoso puero ferat. Xenophon Seuthen conuenit, eumque rogat, ne permat puerum, simul Episthenis ingenium ei narrat, et quod aliquando cohortem collegisset, nihil aliud spectans, quam si qui formosi essent; et cum his egregium se virum declarare consueuisset.

6. Heic Seuthes Episthenem interrogat: Vellesne, mi Episthenes, pro hoc mori? At ille, cervice extensa: Ferito, inquit, si puer hic ita mandat, et gratiam habiturus est. Et Seuthes vicissim puerum interrogat: Num hunc feriri suo loco vellet. Verum is hoc fieri non sinebat, sed supplex orabat, vt neuter interficeretur. Episthenes complexus puerum: Tempus est, Seuthes, vt de hoc mecum proelio decertes, inquit. Non enim puerum dimittam. Ille subridens, haec omittebat.

7. Visum est autem ei, hoc loco habenda esse castra: ne ex his vicis ii, qui in montem confugerant, sese alerent. Ipse sub monte in planicie castra locat, Xenophon cum delectis in villa sub monte suprema, Graeci reliqui prope ab his in agro

τοῖς ὀρεινοῖς τοῖς καλουμένοις Θραξί, πλησίον κατεσκήνησαν.

η'. Ἐκ τούτου ἡμέραι δὲ πολλαὶ διετρίβοντο, καὶ οἱ ἐκ τοῦ ὄρους Θρᾷκες καταβαίνοντες πρὸς τὸν Σεύθην περὶ ὁμήρων καὶ σπονδῶν διεπράττοντο. καὶ Ξενοφῶν ἐλθὼν ἔλεγε τῷ Σεύθῃ, ὅτι ἐν πονηροῖς τόποις σκηνῷεν, καὶ πλησίον εἶεν οἱ πολέμιοι. ἥδιον δ' ἂν ἔξω αὐλίζεσθαι ἔφη ἐν ἐχυροῖς ἂν χωρίοις μᾶλλον, ἢ ἐν τοῖς ξενοῖς, ὥστε ἀπολέσθαι. ὁ δὲ θαρρεῖν ἐκέλευε, καὶ ἔδειξεν ὁμήρους παρόντας αὐτῷ.

θ'. Εἰδέοντο δὲ καὶ τοῦ Ξενοφῶντος καταβαίνοντές τινες τῶν ἐκ τοῦ ὄρους, συμπρᾶξαι σφίσι τὰς σπονδάς. ὁ δὲ ὡμολόγει, καὶ θαρρεῖν ἐκέλευε, καὶ ἠγγυᾶτο μηδὲν αὐτὸς κακὸν πείσεσθαι πειθομένους Σεύθῃ. οἱ δ' ἄρα ταῦτ' ἔλεγον κατάσκοπῆς ἕνεκα.

ι'. Ταῦτα μὲν τῆς ἡμέρας ἐγένετο· εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ἐπιτίθενται ἐλθόντες ἐκ τοῦ ὄρους οἱ Θυνοί. καὶ ἡγεμὼν

agro Thracum, qui Montani dicuntur, habebant castra.

8. Non multis diebus interiectis, Thraces de monte descendunt ad Seuthen, et cum eo de obsidibus, et pacis conditionibus tractant. Tunc Xenophon, ad Seuthen quum accessisset, difficilibus in locis haberi castra monet, ac prope admodum hostes abesse. Lubentius illa se exterius habiturum aliis in locis, quam adeo angustis, in quibus periculum sit, ne ad internecionem caedantur. At Seuthes bono illum esse animo iubet, simulque monstrat obsides ab hostibus missos.

9. Nonnulli etiam descendentes ex iis, qui se in monte continebant, Xenophontem obsecrabant, vt pacis conditiones ipsis impetraret. Ille facturum se recipiebat, bonoque vt animo essent, hortabatur; promittebat etiam, nihil ipsis futurum mali, si Seuthae parere vellent. At illi haec speculandi animo proponebant.

10. Haec illo die tum acta. Nocte insequente Thyni de monte descendunt, et Graecos inuadunt. Paterfamilias cu-

μὼν μὲν ἦν ὁ δεσπότης ἑκάστης οἰκίας. χαλεπὸν γὰρ ἦν ἄλλῳ τὰς οἰκίας, σκότους ὄντος, ἀνευρίσκειν ἐν ταῖς κώμαις. καὶ γὰρ αἱ οἰκίαι κύκλῳ περιεσαύρωντο μεγάλοις σαυροῖς, τῶν προβάτων ἕνεκα.

ια. Ἐπεὶ δ' ἐγένοντο κατὰ τὰς θύρας ἑκάστῳ οἰκήματος, οἱ μὲν εἰσηκόντιζον, οἱ δὲ τοῖς σκυτάλοις ἔβαλλον, ἃ ἔχειν ἔφασαν, ὡς ἀποκόψοντες τῶν δοράτων τὰς λόγχας· οἱ δὲ ἐνεπίμπρασαν· καὶ Ξενοφῶντα ὀνομαστὶ καλοῦντες, ἐξιόντα ἐκέλευον ἀποθνήσκειν, ἢ αὐτῷ ἔφασαν κατακαυθήσεσθαι αὐτόν.

ιβ. Καὶ ἤδη τε διὰ τοῦ ὀρόφου ἐφαίνετο πῦρ, καὶ ἐντεθωρακισμένοι οἱ περὶ Ξενοφῶντα ἔνδον ἦσαν, ἀσπίδας καὶ μαχαίρας καὶ κράνη ἔχοντες. καὶ Σιλανὸς Μακέτιος, ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα ὤν, σημαίνει τῇ σάλπιγγι· καὶ εὐθὺς ἐκπηδῶσιν ἐσπασμένοι τὰ ξίφη καὶ οἱ ἐκ τῶν ἄλλων σκηνωμάτων.

ιγ. Οἱ δὲ Θρᾷκες φεύγουσιν, ὥσπερ δὴ τρόπος αὐτοῖς, ὄπισθεν περιβαλλόμενοι τὰς πέλτας· καὶ αὐτῶν ὑπεραλλομένων τὰς σαυρὰς ἐλήφθησάν τινες κρεμαθέντες, ἐνισχομένων

iuſque domus, dux erat. Nam aliis domus inuenire per tenebras in vicis erat difficile, praeſertim quod domus ipſae magnis eſſent vallis ouium caulla circumſeptae.

11. Poſteaquam ad aedificii cuiusque fores veniſſent, partim in eas iacula torquebant, partim clauas, quas habere ſe aiebant, vt haſtarum cuſpides decuterent: Nonnulli aedificiis ignes immittebant, nominatimque compellatum Xenophontem exire iubebant, ac mortem occumbere, niſi mallet iſtic ab igne conſumi.

12. Iam per ipſum tectum ignis conſpiciebatur, et Xenophontis milites loricati ſe adhuc in aedibus continebant, ſcutis, gladiis, galeis armati. Denique Silanus Maceſius XIIX natus annos, tuba ſignum dat. Mox et aliis ex aedificiis milites cum diſtrictis enſibus ſeſe proripiunt.

13. Thraces fuga dilabuntur, cetris in terga more ſuo reiectis. Quumque fudes tranſilire vellent, nonnulli in eis haerentes capti

σχομένων τῶν πελτῶν ἐν τοῖς σαυροῖς· οἱ δὲ καὶ ἀπέθανον, διαμαρτόντες τῶν ἐξόδων. οἱ δ' Ελληνες ἐδίωκον ἔξω τῆς κώμης.

ιδ'. Τῶν τε Θυνῶν ὑποσραφέντες τινὲς ἐν τῷ σκότει, τοὺς παρατρέχοντας παρ' οἰκίαν καιομένην ἠκόντιζον εἰς τὸ φῶς ἐκ τοῦ σκότους· καὶ ἔτρωσαν Ιερώνυμόν τε καὶ * Ενοδίαν τὸν λοχαγὸν, καὶ Θεαγένην δε Λοκρὸν τὸν λοχαγόν· ἀπέθανε δὲ οὐδείς· κατεκαύθη μέντοι ** καὶ ἐσθής τινων καὶ σκεύη.

ιέ. Σεύθης δὲ ἧκε βοηθήσων σὺν ἑπτὰ ἱππεῦσι τοῖς πρώτοις, καὶ τὸν σαλπιγκτὴν ἔχων τὸν Θράκιον. καὶ ἐπείπερ ᾔσθετο, ὅσον περ χρόνον ἐβοήθει, τοσοῦτον καὶ τὸ κέρας ἐφθεγγετο αὐτῷ· ὥστε καὶ τοῦτο φόβον συμπαρεῖχε τοῖς πολεμίοις. ἐπεὶ δ' ἦλθεν, ἐδεξιοῦτο, *** καὶ ἔλεγεν ὅτι οἰοιτο τεθνεῶτας πολλοὺς εὑρίσκειν.

ιϛ'. Εκ τούτου ο Ξενοφῶν δεῖται τοὺς ὁμήρους τε αὐτῷ παραδοῦναι, καὶ ἐπὶ τὸ ὄρος, εἰ βούλεται, συστρατεύεσθαι· εἰ δὲ μὴ, αὐτὸν ἐᾶσαι. τῇ οὖν ὑστεραίᾳ παραδίδωσιν ὁ Σεύθης τοὺς ὁμήρους, πρεσβυτέρους ἄνδρας, τοὺς κρατίστους, ὡς ἔφασαν,

capti sunt, cetris inter sudes impeditis; nonnulli occisi, quod aberrando nequirent exitus reperire. Graeci fugientes extra vicum persequuti sunt.

14. Nonnulli tamen ex Thynis reuersi, per tenebras, eos, qui domum ardentem praetercurrebant, missis e tenebris in lucem iaculis petebant. Ita vulnerati Hieronymus, Enodias, et Theagenes Locrensis, cohortium ductor: nemo tamen mortuus est. Fuere quorum vestis et impedimenta exurerentur.

15. Accurrit et Seuthes cum Thracio tubicine, ac septem equitibus primis, opem laturus: atque ex quo tempore rem animaduertit, quam diu properabat ad opem ferendam, tam diu buccina sonabat. Quae res et ipsa metum hostibus iniecit. Posteaquam venisset, amanter complexus Graecos, existimasse se dicebat, futurum vt multos mortuos offenderet.

16. Rogat heic Xenophon, vt sibi tradat obsides; vnaque in montem, si velit, tendat: Sin autem, sibi hoc permittat. Postridie Seuthes ei tradit obsides, homines aetate graues; maxima, vti ferebatur,

* Al. Ευοδέα. ** Al. μέντοι ἔστιν ὧν καὶ σκεύη. *** Al. ἐδεξιοῦτό τε καὶ ἔλ.

ἔφασαν, τῶν Ὀρειτῶν *, καὶ αὐτὸς ἐρχεται σὺν τῇ δυνάμει. ἤδη δ' εἶχε καὶ τριπλασίαν δύναμιν ὁ Σεύθης. ἐκ γὰρ τῶν Ὀδρυσῶν, ἀκόντων ἃ πράττοι ὁ Σεύθης, πολλοὶ κατέβαινον συστρατευσόμενοι.

ιζ'. Οἱ δὲ Θυνοὶ, ἐπεὶ εἶδον ἀπὸ τοῦ ὄρους πολλοὺς μὲν ὁπλίτας, πολλοὺς δὲ πελταστὰς, πολλοὺς δὲ ἱππέας, καταβάντες ἱκέτευον σπείσασθαι· καὶ πάντα ὁμολόγουν ποιήσειν, καὶ τὰ πιστὰ λαμβάνειν ἐκέλευον. ὁ δὲ Σεύθης καλέσας τὸν Ξενοφῶντα, ἐπεδείκνυεν ἃ λέγοιεν· καὶ ἐκ ἂν ἔφη σπείσεσθαι, εἰ Ξενοφῶν βούλοιτο τιμωρήσασθαι αὐτοὺς τῆς ἐπιθέσεως.

ιή. Ὁ δ' εἶπεν· Ἀλλ' ἔγωγε ἱκανὴν νομίζω δίκην ἔχειν, εἰ ἅτοι δοῦλοι ἔσονται ἀντ' ἐλευθέρων. συμβουλεύειν μέντοι ἔφη αὐτῷ, τοὐλοιπὸν ὁμήρους λαμβάνειν τοὺς δυνατωτάτους κακόν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ γέροντας οἴκοι ἐᾶν· οἱ μὲν ἂν ταύτῃ πάντες προσωμολόγουν.

ΚΕΦ.

batur, apud Montanos dignitate: atque etiam ipse cum suis copiis venit. Habebat autem iam triplo maiores. Nam quum apud Odrysas, quid rerum Seuthes gereret, auditum esset: multi, vti ipsum in eo bello iuvarent, descenderant.

17. Thyni, quum de monte prospectantes, magnas grauis armaturae, magnas cetratorum, et equitum copias viderunt; descendunt, ac supplices pacem poscunt, polliciti omnia se facturos, eiusque rei pignora vt accipiantur, petunt. Seuthes, vocato ad se Xenophonte, quid illi dicerent, demonstrabat. Addebat, nullas se pacis conditiones admissurum, si vellet in eos animaduertere Xenophon, propterea quod ipsum adorti fuissent.

18. Ego vero, subiecit Xenophon, satis eos magno malo multatos arbitror, si pro liberis servi fiant. Hoc se tamen Seuthae consilii dare, vt deinceps obsidum loco illos acciperet, quibus ad laedendum plurimum esset virium: senes autem domi esse relinquendos. Ita tunc omnes eius loci Thraces imperata se facturos receperunt.

CAP.

* Al. τῶν Ἰρειτῶν.

ΚΕΦ. έ.

Υπερβάλλωσι δὲ πρὸς τὰς ὑπερ Βυζαντιὰ Θρᾴκας, εἰς τὸ Δελτα καλούμενον. αὕτη δ' ἦν ἀκέτι ἀρχὴ * Μησάδα, ἀλλὰ Τήρα ** τῦ Οδρύσα ἀρχαιὰ τινός. καὶ ὁ Ηρακλείδης ἐνταῦθα ἔχων τὴν τιμὴν τῆς λείας παρῆν. καὶ Σεύθης ἐξαγαγὼν ζεύγη ἡμιονικὰ τρία, (ἃ γὰρ ἦν πλείω) τὰ δ' ἄλλα βοεικὰ, καλέσας Ξενοφῶντα ἐκέλευσε λαβεῖν, τὰ δ' ἄλλα διανεῖμαι τοῖς στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς.

β'. Ξενοφῶν δὲ τάδ' εἶπεν· Ἐμοὶ μὲν τοίνυν ἀρκεῖ, καὶ αὖθις λαβεῖν· τούτοις δὲ τοῖς στρατηγοῖς δωρᾶ, εἰ σὺν ἐμοὶ ἠκολούθησαν, καὶ λοχαγοῖς. καὶ τῶν ζευγῶν λαμβάνει ἓν μὲν Τιμασίων ὁ Δαρδανεὺς, ἓν δὲ Κλεάνωρ ὁ Ορχομένιος, ἓν δὲ Φρυνίσκος ὁ Ἀχαιός· τὰ δὲ βοεικὰ ζεύγη τοῖς λοχαγοῖς κατεμέρισε.

γ'. Τὸν

CAP. V.

Postea profecti altius ad illos sunt Thraces, qui supra Byzantium in loco, cui Delta nomen, sedes habent. Non hi ad Mesadae regnum pertinebant, sed olim sub Terei ditione fuerant, prisci cuiusdam apud Odrysas principis. Venit huc, cum pecunia coacta de mancipiis, Heraclides. Et Seuthes, quum mulorum iuga tria produxisset, (nec enim habebat plura) reliqua boum; Xenophontem arcessit, eaque vt acciperet hortatur, caetera in duces et praefectos cohortium distribueret.

2. Tum Xenophon, Mihi vero satis est, inquit, vt deinceps aliquid accipiam. Tantum his ea ducibus et cohortium praefectis largire, qui me sequuti sunt. Ita Dardanensis Timasion iugum vnum accepit, alterum Cleanor Orchomenius, tertium Phrynisceus Achaeus. Boum iuga in cohortium ductores est partitus.

3. Militi

* Al. Μαισάδα.

** Al. Τήρας τῦ Οδρυσεῦ, al. Τηρία τῦ Οδρυσεῦ, al. Τήρα τῦ Οδρυσεῦ.

γ'. Τὸν δὲ μισθὸν ἀποδίδωσιν, ἐξεληλυθότος ἤδη τοῦ μηνὸς, εἴκοσι μόνον ἡμερῶν. ὁ γὰρ Ηρακλείδης ἔλεγεν, ὅτι ὀλίγου πλεῖον ἐμπωλήσαι. ὁ δὲ Ξενοφῶν ἀχθεσθεὶς εἶπε, Δοκεῖς μοι, ὦ Ηρακλείδη, οὐχ ὡς δεῖ κήδεσθαι Σεύθου· εἰ γὰρ ἐκήδου, ἦκες ἂν πλήρη φέρων τὸν μισθὸν, καὶ προσδανεισάμενος, εἰ μή γ' ἄλλως ἐδύνω, καὶ ἀποδόμενος τὰ σαυτοῦ ἱμάτια.

δ'. Ἐντεῦθεν ὁ Ηρακλείδης ἠχθέσθη τε, καὶ ἐδείσε, μὴ ἐκ τῆς Σεύθου φιλίας ἐκβληθείη· καὶ ὅ, τι ἐδύνατο ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας Ξενοφῶντα διεβαλλε πρὸς Σεύθην. οἱ μὲν δὴ στρατιῶται Ξενοφῶντι ἐνεκάλουν, ὅτι οὐκ εἶχον τὸν μισθόν· Σεύθης δὲ ἤχθετο αὐτῷ, ὅτι ἐντόνως τοῖς στρατιώταις ἀπῄτει τὸν μισθόν. καὶ τέως μὲν ἀεὶ ἐμέμνητο, ὡς ἐπειδὰν ἐπὶ θάλατταν ἀπέλθοι, παραδώσει αὐτῷ Βισάνθην, καὶ Γάνον, καὶ Νεον τεῖχος· ἀπὸ δὲ τοῦτου τοῦ χρόνου ἀδεὴς ἔτι τούτων

3. Militi tantum viginti dierum ſtipendium numerari potuit, tametſi iam menſis exiſſet. Negabat enim Heraclides, pluris ſe manubias vendere potuiſſe. Quod graviter Xenophon, moleſteque ferens: Videris, inquit, Heraclides, non ita vti debebas, Seuthae commoda procurare. Nam ea ſi tibi cordi eſſent, ſtipendium integrum attuliſſes, vel foenore accepta praeter hanc pecunia, ſi alia ratione non potuiſſes, tuiſque veſtibus diſtractis.

4. Ex eo grauiter commotus Heraclides, ne amicitia Seuthae excideret, verebatur. Quare ab illo die, quacunque ratione poterat, Xenophontem apud Seuthen criminabatur. At vero milites in Xenophontem culpam conferebant, quod ſtipendium non accepiſſent. Eidem Xenophonti Seuthes etiam ſuccenſebat, quod enixe ſtipendium pro milite poſceret: atque vt ante illum diem ſemper dictitauerat, ſe, poſteaquam ad mare peruenilſet, Biſanthem, Ganum et Caſtellum nouum ei traditurum: ita ex eo tempore nullius horum men-

τάτων ἐμέμνητο. ὁ μὲν γὰρ Ηρακλείδης καὶ τᾶτο διαβεβλήκει, ὡς ἂν ἀσφαλὲς εἴη, τείχη παραδιδόναι αὐτοῖ δύναμιν ἔχοντι.

ε. Ἐκ τάτε ὁ μὲν Ξενοφῶν ἐβελεύετο, τί χρὴ ποιεῖν περὶ τᾶ ἔτι ἄνω στρατεύεσθαι. ὁ δ' Ηρακλείδης, εἰσαγαγὼν τὰς ἄλλας στρατηγὰς πρὸς Σεύθην, λέγειν τε ἐκέλευεν αὐτὰς, ὅτι ἁδὲν ἂν ἧττον σφεῖς ἀγάγοιεν τὴν στρατιὰν ἢ Ξενοφῶν, τόν τε μισθὸν ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν ἔκπλεων παρέσεσθαι δυοῖν μηνοῖν. συστρατεύεσθαί τε ἐκέλευε.

ς'. Καὶ ὁ Τιμασίων εἶπεν· ἐγὼ μὲν τοίνυν ἁδ' ἂν πέντε μηνῶν μισθὸς μέλλῃ εἶναι, στρατευσαίμην ἂν ἄνευ Ξενοφῶντος· καὶ ὁ Φρυνίσκος καὶ ὁ Κλεάνωρ συνωμολόγεν Τιμασίωνι. ἐντεῦθεν Σεύθης ἐλοιδόρει τὸν Ηρακλείδην, ὅτι ἁ παρακαλεῖ τὸν Ξενοφῶντα. ἐκ δὲ τάτε παρακαλᾶσιν αὐτὸν μόνον.

ζ'. Ο δὲ, γνὰς τᾶ Ηρακλείδα τὴν πανεργίαν, ὅτι βάλοιτο αὐτὸν διαβάλλειν πρὸς τὰς ἄλλας στρατηγὰς,

mentionem faciebat. Nam et hac in parte calumniis vsus Heraclides fuerat, tutum non esse, castella illi tradere, cui ad manum exercitus esset.

5. Deliberabat hinc Xenophon, an esset vlterius hac in expeditione cum Seuthe progrediendum. Heraclides, introductis ad Seuthen ducibus caeteris, monebat, vt dicerent, nihilo se minus posse copias ducere, quam posset Xenophon. Addebat, polliceri se, stipendium integrum duûm mensium paucos intra dies adfuturum: tantum hortabatur, vt expeditioni se socios adiungerent.

6. Ibi Timasion: Equidem, ait, non si vel quinque mensium stipendium mihi numeretur, absque Xenophonte bello huic interfuero. Idem et Phrynisscus et Cleanor aiebant. Quo factum, vt, quum Heraclidem Seuthes obiurgaret, quod non etiam Xenophontem aduocasset, solus deinde Xenophon arcesseretur.

7. Verum ille, animaduersa Heraclidae vafricie, quod hoc modo vellet ipsum apud duces

τηγὸς, παρέρχεται λαβὼν τάς τε στρατηγὸς πάντας καὶ τὰς λοχαγάς· καὶ ἐπεὶ πάντες ἐπείσθησαν, συνεστρατεύοντο, καὶ ἀφικνοῦνται, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν Πόντον, διὰ τῶν Μελινοφάγων καλουμένων Θρᾳκῶν, εἰς τὸν Σαλμυδησσόν.

ή. Ενθα τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεουσῶν νηῶν πολλαὶ ὀκέλλουσι καὶ ἐκπίπτουσι. τέναγος γάρ ἐστιν ἐπιπολὺ τῆς θαλάττης. καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ κατὰ ταῦτα οἰκοῦντες, σήλας ὁρισάμενοι, τὰ καθ' αὑτοὺς ἕκαστοι ἐκπίπτοντα λῃΐζονται. τέως δ' ἐλέγοντο πρὶν ὁρίσασθαι, ἁρπάζοντες πολλοὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀποθνήσκειν. ἐνταῦθα εὑρίσκονται πολλαὶ μὲν κλίναι, πολλὰ δὲ κιβώτια, πολλαὶ δὲ βίβλοι, καὶ τἄλλα πολλὰ, ὅσα ἐν ξυλίνοις τεύχεσι ναύκληροι ἄγουσιν.

θ'. Εντεῦθεν ταῦτα κατασεψάμενοι, ἀπῆσαν πάλιν· ἔνθα δὴ Σεύθης εἶχε στράτευμα πλέον τὸ Ελληνικόν. ἐκ τε γὰρ

reliquos ſuſpectum et inuiſum reddere: Seuthen vna cum aliis ducibus ac praefectis cohortium conuenit. Quos vbi ſuam in ſententiam Seuthes adduxiſſet, expeditio coniunctis copiis eſt ſuſcepta. Quumque ſic proficiſcerentur, vt Pontum ad dextram haberent; per Thraces, qui Melinophagi vocantur, Salmydeſſum peruenerunt.

8. Hoc loco pleraeque naues in Pontum profecturae adliduntur, et in litus eiiciuntur. Nam vadoſum illic magna ex parte mare eſt, ac Thraces iis in locis habitantes, limitibus per cippos diſtinctis, ea rapiunt ſinguli, quae in litora ſingulorum eiiciuntur. Prius ſane quam limites illi conſtituti fuiſſent, captatores illos praedae mutuis ſe vulneribus confeciſſe proditum eſt. Inuenitur heic magna ſpondarum, arcularum, librorum, aliarumque rerum copia, quae res a nauiculatoribus in valis ligneis vehuntur.

9. Poſteaquam haec loca in poteſtatem Seuthae redacta fuiſſent, abductus eſt inde exercitus. Habebat iam Seuthes maiores copias, quam eſſent Graecae, Nam

γὰρ Ὀδρυσῶν πολὺ ἔτι πλείους καταβεβήκεσαν, καὶ οἱ ἀεὶ πειθόμενοι συνεστρατεύοντο. κατηυλίσθησαν δὲ ἐν τῷ πεδίῳ ὑπὲρ Σηλυμβρίαν, ὅσον πεντήκοντα σταδίους ἀπέχοντες τῆς θαλάττης.

ι. Καὶ μισθὸς μὲν οὐδεὶς πω ἐφαίνετο, πρὸς δὲ τὸν Ξενοφῶντα, οἵ τε στρατιῶται πάντες καλεπῶς εἶχον, ὅ, τε Σεύθης οὐκέτι οἰκείως διέκειτο, ἀλλ' ὁπότε συγγενέσθαι αὐτῷ βουλόμενος ἔλθοι, πολλαὶ ἤδη ἀσχολίαι ἐγίνοντο.

ΚΕΦ. ς'.

Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, σχεδὸν ἤδη δύο μηνῶν ὄντων, ἀφικνοῦνται Χαρμῖνός τε ὁ Λάκων, καὶ Πολύνεικος παρὰ Θίμβρωνος· καὶ λέγουσιν, ὅτι Λακεδαιμονίοις δοκεῖ στρατεύεσθαι ὡς ἐπὶ Τισσαφέρνην, καὶ Θίμβρων ἐκπέπλευκεν ὡς πολεμήσων, καὶ δεῖται ταύτης τῆς στρατιᾶς, καὶ λέγει, ὅτι Δαρεικὸς ἑκάστῳ ἔσαι μισθὸς τοῦ μηνός, καὶ

Nam et multo plures ex Odrysarum natione defcenderant, et omnes, qui in fidem recipiebantur, vna cum aliis arma coniungebant. Caſtra in campo ſupra Selymbriam habebantur, a mari prope quinquaginta ſtadiorum interuallo.

10. Stipendium nullum vſquam apparebat, et Xenophonti non ſolum milites ſuccenſebant: ſed etiam Seuthes alieno erat in ipſum animo. Quoties hunc conuenire cuperet Xenophon, multis occupationibus diſtineri ſe ſimulabat.

CAP. VI.

Duo iam prope menſes elapſi fuerant, quum Charminus Laco, et Polynicus, a Thimbrone miſſi in caſtra veniunt. Exponunt, decreuiſſe Lacedaemonios bellum Tiſſapherni facere. Eius belli cauſſa iam Thimbronem cum claſſe profectum eſſe, qui exercitus huius operam egeat; ac polliceatur, ſe cuiuis militi ſingulos in menſes Daricum nummum daturum in ſtipendium, praeſe-

καὶ τοῖς λοχαγοῖς διμοιρία, καὶ τοῖς στρατηγοῖς τετραμοιρία.

β'. Ἐπεὶ δ' ἦλθον οἱ Λακεδαιμόνιοι, εὐθὺς ὁ Ἡρακλείδης, πυθόμενος ὅτι ἐπὶ τὸ στράτευμα ἥκοσι, λέγει τῷ Σεύθῃ ὅτι κάλλιον γεγένηται. οἱ μὲν γὰρ Λακεδαιμόνιοι δέονται τοῦ στρατεύματος, σὺ δ' οὐ δέῃ. ἀποδιδοὺς δὲ τὸ στράτευμα αὐτοῖς χαριεῖ, σὲ δὲ οὐκέτι ἀπαιτήσουσι τὸν μισθόν, ἀλλ' ἀπαλλάξονται ἐκ τῆς γῆς.

γ'. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Σεύθης, κελεύει παράγειν· καὶ ἐπεὶ εἶπον, ὅτι ἐπὶ τὸ στράτευμα ἥκοσι, λέγει ὅτι τὸ στράτευμα ἀποδίδωσι, φίλος τε καὶ σύμμαχος βούλεται εἶναι. καλεῖ τε αὐτοὺς ἐπὶ ξένια *, καὶ ἐξενίζε μεγαλοπρεπῶς. Ξενοφῶντα δὲ οὐ καλεῖ, οὐδὲ τῶν ἄλλων στρατηγῶν οὐδένα.

δ'. Ἐρωτώντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, Τίς ἀνὴρ εἴη Ξενοφῶν, ἀπεκρίναντο, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα εἴη ἂν κακὸς, φιλοστρατιώτης δὲ, καὶ διὰ τοῦτο χεῖρόν ἐστιν αὐτῷ. καὶ οἳ εἶπον, Ἀλλ' ἦ δημαγωγεῖ ὁ ἀνὴρ τοὺς ἄνδρας;

etis cohortium binos, ducibus quaternos.

2. Posteaquam Lacedaemonii venissent, mox Heraclides, qui eos ad exercitum missos audiisset, melius rem succedere Seuthae narrat. Lacedaemonios enim copiis Graecis egere, quibus ipse non amplius egeat. Quare si exercitum ipsis trades, simul et gratiam inibis, et milites stipendium abs te non petent amplius, sed finibus tuis excedent.

3. Quae quum Seuthes audiisset, deduci eos ad se iubet. Vbi exposuissent, ad exercitum se venisse; concedere se ipsis hasce copias ait, ac Lacedaemoniorum amicitiam societatemque expetere. Deinde hospitaliter inuitatos magnifice excepit. Neque tamen aut Xenophontem, aut quenquam alium ex ducibus vocat.

4. Interrogantibus de Xenophonte Lacedaemoniis, cuiusmodi vir esset; caeteroqui non infrenuum esse respondit, tantum militum peresse studiosum, quae res ipsius etiam commodis plurimum officiat. Tum illi: Num milites, inquiunt, gratia et auctoritate sibi deuinctos

* Al. ἐπὶ ξενίᾳ.

ἄνδρας; καὶ ὁ Ηρακλείδης, πάνυ μὲν οὖν, ἔφη.

ε. Ἆρ' οὖν, ἔφασαν, μὴ καὶ ἡμῖν ἐναντιώσεται περὶ τῆς ἀπαγωγῆς; ἀλλ' ἢν ὑμεῖς, ἔφη ὁ Ηρακλείδης, συλλέξαντες αὐτὰς ὑπόσχησθε τὸν μισθὸν, ὀλίγον ἐκείνῳ προσχόντες, ἀποδραμοῦνται σὺν ὑμῖν. πῶς ἂν οὖν, ἔφασαν, ἡμῖν συλλεγεῖεν; αὔριον ὑμᾶς, ἔφη ὁ Ηρακλείδης, πρωΐ ἄξομεν πρὸς αὐτὰς, καὶ οἶδα, ἔφη, ὅτι ἐπειδὰν ὑμᾶς ἴδωσιν, ἅσμενοι συνδραμοῦνται.

ς'. Αὕτη μὲν ἡ ἡμέρα οὕτως ἔληξε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἄγουσιν ἐπὶ τὸ στράτευμα τὰς Λάκωνας Σεύθης τε καὶ Ηρακλείδης, καὶ συλλέγεται ἡ στρατιά. τὼ δὲ Λάκωνε ἐλεγέτην, ὅτι Λακεδαιμονίοις δοκεῖ πολεμεῖν Τισσαφέρνει τῷ ὑμᾶς ἀδικήσαντι. ἢν οὖν ἴητε σὺν ἡμῖν, τόν τε ἐχθρὸν τιμωρήσεσθε, καὶ Δαρεικὸν ἕκαστος οἴσει τὸν μηνὸς ὑμῶν, λοχαγὸς δὲ τὸ διπλοῦν, στρατηγὸς δὲ τὸ τετραπλοῦν.

ζ'. Καὶ

deuinctos habet? Omnino, subiecit Heraclides.

5. Num igitur, aiunt illi, nobis etiam aduersabitur, quominus exercitum abducamus? Si vos, respondit Heraclides, vocatis ad concionem militibus stipendium promiseritis, neque magnopere, quid ille faciat, curaueritis: vobiscum hinc vel currentes abibunt. At qui fieri poterit, aiunt Lacedaemonii, vt nostra causſa conueniant? Nos, inquit, cras mane vos ad illos deducemus. Sat scio, quam primum vos viderint, libenter concurrent.

6. In hunc modum is tum dies exactus fuit. Postridie Seuthes et Heraclides Lacedaemonios ad exercitum deducunt: Milites ad concionem veniunt: Exponunt illi duo, decreuisse Lacedaemonios bellum aduersus Tissaphernem gerere; qui vos, inquiunt, affecit iniuria. Quare si nobis vosmet adiunxeritis, non solum hostem vlciscemini: sed etiam singuli in stipendium menstruum habebitis nummum Daricum vnum, praefecti cohortium binos, duces quaternos.

7. Eam

ζ'. Καὶ οἱ στρατιῶται ἄσμενοί τε ἤκουσαν, καὶ εὐθὺς ἀνίσταταί τις τῶν Ἀρκάδων, τὸν Ξενοφῶντος κατηγορήσων. παρῆν δὲ καὶ Σεύθης, βουλόμενος εἰδέναι τί πραχθήσεται· καὶ ἐν ἐπηκόῳ εἱστήκει, ἔχων τὸν ἑρμηνέα. συνίει δὲ καὶ αὐτὸς Ἑλληνιστὶ τὰ πλεῖστα.

ή. Ἐνθα δὴ λέγει ὁ Ἀρκάς. Ἀλλ' ἡμεῖς μέν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ πάλαι ἂν ἦμεν παρ' ὑμῖν, εἰ μὴ Ξενοφῶν δεῦρο ἡμᾶς πείσας ἀπήγαγεν, ἔνθα δὴ ἡμεῖς μὲν τὸν δεινὸν χειμῶνα στρατευόμενοι καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ὀδὸν * πεπάμεθα· ὁ δὲ τὰς ἡμετέρους πόνους ἔχει. καὶ Σεύθης ἰδίᾳ μὲν ἐκεῖνον πεπλούτικεν, ἡμᾶς δὲ ἀποστερεῖ τὸν μισθόν· ὥστε, ὅγε πρῶτος λέγων, Ἐγὼ μέν, ἔφη, εἰ τοῦτον ἴδοιμι καταλευσθέντα, καὶ δόντα δίκην ὧν ἡμᾶς περιεῖλκε, καὶ τὸν μισθὸν ἂν μοι δοκῶ ἔχειν, καὶ ὀδὸν ἂν ἐπὶ τοῖς πεποιημένοις ** ἄχθεσθαι. μετὰ τοῦτον ἄλλος ἀνέστη· ὁμοίως καὶ ἄλλος.

θ'. Ἐκ

7. Eam orationem milites perlubenter audiere, ſtatimque ſurrexit Arcadum quidam, vt Xenophontem accuſaret. Aderat et Seuthes, qui euentum rei ſcire cuperet. Stabat autem in loco, de quo audire omnia poſſet, ac ſecum habebat interpretem: quanquam et ipſe pleraque Graece dicta intelligeret.

8. Arcadis illius haec fuit oratio: Iamdudum vobis nosmet adiunxiſſemus, Lacedaemonii, ſi non huc nos Xenophon in ſententiam ſuam pertractos abduxiſſet; quo loco tametſi nos et faeuae hyemis tempore, et noctu atque interdiu labores militares pertulerimus: minime tamen rem fecimus, quum ille noſtrorum laborum praemia tulerit. Nam Seuthes ipſum quidem ditauit, at nos ſtipendiis noſtris fraudat. Quo ſit, vt ego, qui primus ſententiam dico, ſi lapidibus hunc obrutum videam, et poenas dantem pro eo, quod nos hinc inde traxit: non ſolum me accepiſſe mercedem meam ſim exiſtimaturus, ſed etiam illa me pertuliſſe, quae tuli, luſque deque laturus. Poſt hunc ſurrexit alius, atque alius.

9. Tan-

* Al. πεπάμεθα. ** Al. ὅτι pro ἐπὶ, it. πεπονημένοις pro πεποιημένοις.

θ' Ἐκ δὲ τούτων Ξενοφῶν ἔλεξεν ὧδε. "Ἀλλὰ πάντα μὲν ἀνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ, ὁπότε καὶ ἐγὼ μὲν ὑφ' ὑμῶν αἰτίας * ἔχω, ἐν ᾧ πλείστην προθυμίαν ἐμαυτῷ γε δή μοι δοκῶ συνειδέναι περὶ ὑμᾶς παρεσχημένος. ἀπετραπόμην μέν γε ἤδη οἴκαδε ὁρμώμενος μὰ τὸν Δία, ὅτι πυνθανόμενος ὑμᾶς εὖ πράττειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκούων ἐν ἀπόροις εἶναι, ὡς ὠφελήσων εἴ τι δυναίμην.

ι. Ἐπεὶ δ' ἦλθον, Σεύθης τοτὲ μὲν πολλὰς ἀγγέλους πρὸς ἐμὲ πέμποντος, καὶ πολλὰ ὑπισχνουμένης ἐμοὶ, εἰ πείσαιμι ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπεχείρησα ποιεῖν, ὡς αὐτοὶ ἐπίστασθε. ἦγον δ' ὅθεν ᾤμην τάχιστ' ἂν ὑμᾶς εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι. ταῦτα γὰρ καὶ βέλτιστα ἐνόμιζον ὑμῖν εἶναι, καὶ ὑμᾶς ἥδεσθαι βουλομένους.

ια. Ἐπεὶ δὲ Ἀρίσταρχος ἐλθὼν σὺν τριήρεσιν ἐκώλυσε διαπλεῖν ἡμᾶς, ἐκ τούτου (ὅπερ εἰκὸς δῆπου ἦν) συνέλεξα ὑμᾶς, ὅπως βουλευσαίμεθα ὅ, τι χρὴ ποιεῖν. ἀκοῦ" ** ὑμεῖς ἀκούοντες μὲν Ἀριστάρχου ἐπιτάττον-

τος

9. Tandem Xenophon in hanc ſententiam verba fecit: Nimirum homini nihil nonexpectandum eſt, quum in eo vos me reum peragatis, in quo benevolentiae ſummae vobis praeſtitae mihi ſum conſcius. Domum profecto quum proficiſcerer, non quod fortuna vos vti proſpera, ſed potius quod in anguſtias maximas adductos intelligerem; reuerſus ad vos ſum ex itinere, non nihil opis pro virili mea rebus veſtris allaturus.

10. Poſteaquam veni, Seuthes hic multos ad me mittebat nuntios, multa mihi polliceba-

tur, ſi vobis perſuaſiſſem vt ad ipſum veniretis. Verum ego hac in parte nihil tentaui, quemadmodum ipſi noſtis: ſed eo vos duxi, vnde putabam celerrime in Aſiam traiici poſſe. Nam id plurimum rebus veſtris commodaturum exiſtimabam, et vos non nolle ſciebam.

11. Verum vbi cum triremibus Ariſtarchus venit, ac nos in Aſiam traiicere nauigiis vetuit: vocaui vos ego ad concionem, (quod vtique conſentaneum erat) vt quid eſſet agendum, deliberaremus. Vos quum audiretis Ariſtarchum mandantem

* Al. αἰτίαν.

** In al. haec vſque ad ἐπιτάττοντος p. ſequ. interrogatiue pronuntur.

τος ὑμῖν εἰς Χερρόνησον πορεύεσθαι, ἀκούοντες δὲ Σεύθᾳ πειθομένους ἑαυτῷ συστρατεύεσθαι, πάντες μὲν ἐλέγετε σὺν Σεύθῃ ἰέναι, πάντες δ' ἐπεψηφίσασθε ταῦτα.

ιβ'. Εἴ τι ἂν ἐγὼ ἐνταῦθα ἠδίκησα, ἀγαγὼν ὑμᾶς ἔνθα πᾶσιν ὑμῖν ἐδόκει, εἴπατε. ἐπεί γε μὴν ψεύδεσθαι ἤξιωσε Σεύθης περὶ τῶν μισθῶν, εἰ μὲν ἐπαινῶ αὐτὸν, δικαίως ἂν με αἰτιῶσθε καὶ μισοῖτε. εἰ δὲ πρόσθεν αὐτῷ πάντων μάλιστα φίλος ὢν, νῦν πάντων διαφορώτατός εἰμι, πῶς ἔτι δικαίως, αἰρούμενος ὑμᾶς ἀντὶ Σεύθου, ὑφ' ὑμῶν αἰτίαν ἔχοιμι περὶ ὧν πρὸς τοῦτον διαφέρομαι;

ιγ'. Ἀλλ' εἴποιτε ἄν, ὅτι ἔξεστι καὶ τὰ ὑμέτερα ἔχοντα παρὰ Σεύθου, τεχνάζειν. ἀκοῦν * δῆλον τοῦτό γε, ὅτι εἴπερ ἐμοὶ ἐτέλει τι Σεύθης, οὐχ ὅτως ἐτέλει δήπου, ὡς ὧν τε ἐμοὶ δοίη, στεροῖτο, καὶ ἄλλα ὑμῖν ἀποτίσειεν. ἀλλ' οἶμαι, εἰ ἐδίδου, ἐπὶ τούτῳ ἂν ἐδίδου, ὅπως ἐμοὶ

tem, vt in Cherronesum proficiscemini, et Seuthen simul audietis suadentem vobis, vt signa sua sequemini: vos omnes Seuthen sequuturos dixistis, eamque sententiam decreto vestro sanxistis.

12. Quamobrem exponite quaeso, num quid a me factum iniuste fuerit, qui vos eo duxerim, quo duci omnes voluerit is. Enimuero si Seuthes a me laudatur, posteaquam datam de stipendio fidem fallere coepit: iure culpam in me confertis, iure apud vos in odio sum. Sin autem modo maxime abeo dissidem, quo vno inter omnes hactenus ille amicissimo vsus est: quo iure a vobis eas ob causas accusor, propter quas ipsas ab eo dissideo, quum vos Seuthae praetulerim?

13. Fortasse dicetis fieri posse, vt impetratis iis a Seuthe, quae vobis debebantur, artificiosa dissimulatione vtar. At vero manifestum est, si quid mihi pendit Seuthes, id eum non sic pependisse, vt simul et illa, quae mihi daret, amitteret; et vobis alia persoluerit. Nimirum ita statuo, si quid ille mihi dedisset, ea causa daturum fuisse: vt mihi

* Al. ἀκοῦν - - - ἀποτίσειν; interrogatiue.

ἐμοὶ δὲς μεῖον, μὴ ἀποδοίη ὑμῖν τὸ πλεῖον. εἰ τοίνυν ἔτως ἔχειν οἴεσθε, ἔξεστιν ὑμῖν αὐτίκα μάλα ματαίαν ταύτην τὴν πρᾶξιν ἀμφοτέροις ἡμῖν ποιῆσαι, ἐὰν πράττητε αὐτὸν τὰ χρήματα.

ιδ'. Δῆλον γάρ, ὅτι Σεύθης, εἰ ἔχω τι παρ' αὐτῦ, ἀπαιτήσει μέντοι δικαίως, ἐὰν μὴ βεβαιῶ τὴν πρᾶξιν αὐτῦ, ἐφ' ᾗ ἐδωροδοκήμην. ἀλλὰ πολλῦ μοι δοκῶ δεῖν, τὰ ὑμέτερα ἔχειν. ὀμνύω γὰρ ὑμῖν Θεὺς ἅπαντας, καὶ πάσας, μηδὲ ἃ ἐμοὶ ἰδία ὑπέσχετο Σεύθης, ἔχειν. πάρεστι δὲ αὐτός, καὶ ἀκούων σύνοιδέ μοι, εἰ ἐπιορκῶ.

ιέ. Ἵνα δὲ μᾶλλον θαυμάσητε, συνεπόμνυμι, μηδὲ ἃ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἔλαβον, εἰληφέναι, μὴ τοίνυν μηδ' ὅσα τῶν λοχαγῶν ἔνιοι. καὶ τί δὴ ταῦτα ἐποίουν; ὤμην, ὦ ἄνδρες, ὅσῳ μᾶλλον συμφέροιμι τούτῳ τὴν τότε πενίαν, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸν φίλον μοι ἔσεσθαι, ὁπότε δυνηθείη. ἐγὼ δὲ ἅμα ὁρῶ

mihi numerata minore ſumma, vobis maiorem non daret. Quod ſi rem hoc pacto ſe habere exiſtimatis, facillime id, quod geſtum a me atque ipſo eſt, irritum reddetis, ſi pecuniam ab ipſo exegeritis.

14. Nam Seuthes haud dubie, quod ab ipſo accepi, repetet, et quidem merito: ſi id non praeſtitero, quod vt illi effectum darem, muneribus corrumpi me paſſus fueram. Enimuero multum abeſt, vt ego ſtipendia vobis debita interceperim. Nam per omnes Deos Deaſque iuro, mene illa quidem habere, quae mihi priuatim Seuthes promittebat. Adeſt heic ipſe, audit haec, nouit an modo peierem.

15. Atque vti magis etiam, quod admiremini, habeatis: hocquoque iureiurando confirmo, me non illa, quae acceperunt duces caeteri, accepiſſe: immo ne quidem ea, quae nonnulli cohortium praefecti acceperunt. Et quamobrem tandem illud feci? Exiſtimabam, milites, me, quanto aequiore animo paupertatem, qua tum premebatur, vna cum Seuthe perferrem: tanto amiciorem homini fore,

ὁρῶ αὐτὸν εὖ πράττοντα, καὶ γιγνώσκω δὴ αὐτῷ τὴν γνώμην.

15. Εἶποι δή τις ἄν, ἤκουν αἰσχύνη ἔτω μωρῶς ἐξαπατώμενος; ναὶ μὰ Δία ἠσχυνόμην μέντοι, εἰ ὑπὸ πολεμίᾳ γε ἔτως ἐξηπατήθην· φίλῳ δ' ὄντι ἐξαπατᾶν αἴσχιόν μοι δοκεῖ εἶναι, ἢ ἐξαπατᾶσθαι. ἐπεὶ εἴ γε πρὸς φίλους ἐστὶ φυλακή, πάντας οἶδα ὑμᾶς φυλαξαμένους*, ὡς μὴ παρασχεῖν τότῳ πρόφασιν δικαίαν, μὴ ἀποδιδόναι ὑμῖν, ἃ ὑπέσχετο. ὅτε γὰρ ἠδικήσαμεν τοῦτον οὐδέν, ὅτε κατεβλακεύσαμεν τὰ τότε, ὅτε μὴν κατεδειλιάσαμεν οὐδέν, ἐφ' ὅ, τι ἡμᾶς ἔτος παρεκάλεσεν.

17. Ἀλλὰ, φαίητε ἄν, ἔδει τὰ ἐνέχυρα τότε λαβεῖν, ὡς μηδὲ, εἰ ἐβούλετο, ἐδύνατο ἐξαπατᾶν. πρὸς ταῦτα δὲ ἀκούσατε, ἃ ἐγὼ οὐκ ἄν ποτε εἶπον τότε ἐναντίον, εἰ μή μοι ἢ παντάπασιν ἀγνώμονες ἐδοκεῖτε εἶναι, ἢ λίαν εἰς ἐμὲ ἀχάριστοι. ἀναμνήσθητε γὰρ, ἐν ποίοις τισὶν

fore', posteaquam nactus aliquam potentiam esset. Nunc et fecundis eum rebus frui video, et animum cognosco.

16. Fortassis obiecerit heic aliquis mihi: An non igitur erubescis, adeo te stulte circumventum esse? Ego vero erubescerem, si ab hoste in hunc modum circumscriptus essem. At homini amico turpius esse duco, si amicum ipse decipiat, quam si decipiatur. Quod si aliqua est aduersus amicos cautio, eam vos omnino adhibuisse scio, ne huic vllam occasionem iustam praeberetis, quominus id praestaret, quod se praestaturum receperat. Non vlla ipsum affecimus iniuria, non per inertiam rebus ipsius quidquam detrimenti attulimus, non metu deterriti sumus, quominus id faceremus, ad quod nos hortaretur.

17. Forte dixeritis, pignora tunc fuisse capienda; ne nos, etiamsi maxime vellet, posset decipere. Ad ea velim audiatis, quae contra ipsum nunquam ego proferrem; nisi mihi vel omnino iniqui homines, vel admodum erga me ingrati videremini. Recordamini, quo res vestrae

* Al. διαφυλαξαμένους.

τισὶν ὄντες πράγμασιν ἐτυγχάνετε, ἐξ ὧν ὑμᾶς ἐγὼ ἀνήγαγον πρὸς Σεύθην. οὐκ εἰς μὲν Πέρινθον, εἰ προσίητε τῇ πόλει, Ἀρίσαρχος ὑμᾶς ὁ Λακεδαιμόνιος οὐκ εἴα εἰσιέναι, ἀποκλείσας τὰς πύλας; ὑπαίθριοι δὲ ἔξω ἐστρατοπεδεύετε; μέσος δὲ χειμὼν ἦν; ἀγορᾷ δὲ ἐχρῆσθε, σπάνια μὲν ὁρῶντες τὰ ὤνια, σπάνια δὲ ἔχοντες ὅτων ὠνήσεσθε;

ιή. Ἀνάγκη δὲ ἦν μένειν ἐπὶ Θράκης. τριήρεις γὰρ ἑρμεῦσαι ἐκώλυον διαπλεῖν. εἰ δὲ μένοι τις, ἐν πολεμίᾳ χώρᾳ εἶναι, ἔνθα πολλαὶ μὲν ἱππεῖς ἐναντίοι ἦσαν, πολλοὶ δὲ πελτασταί. ἡμῖν δὲ ὁπλιτικὸν μὲν ἦν, * ὡς ἀθρόοι μὲν ἰόντες ἐπὶ τὰς κώμας, ἴσως ἂν ἐδυνάμεθα σῖτον λαμβάνειν ὀλέγον τι ἄφθονον. ὅτῳ δὲ διώκοντες ἂν ἢ ἀνδράποδα, ἢ πρόβατα καταλαμβάνοιμεν, οὐκ ἦν ἡμῖν. ἅτε γὰρ ἱππικὸν, ἅτε πελταστικὸν ἔτι ἐγὼ συνεσκηνὸς κατέλαβον παρ' ὑμῖν.

ιθ'. Εἰ

vestrae loco fuerint, quum vos ad Seuthen duxi. An non vos, ad Perinthi muros accedentes, Aristarchus Lacedaemonius, occlusis portis arcebat, quominus oppidum ingrederemini? non castra sub dio foris habebati? non media hyems erat? Non foro vtebamini, in quo magnam rerum venalium penuriam videbatis, quum vobis ne quidem pecunia suppeteret, qua necessaria coëmeretis?

18. Taceo, quod necessario manendum in Thracia fuerit. Nam triremes in statione nos obseruantes, quominus traiiceremus, impediebant. Iam si in Thracia subsisteremus, necesse erat hostium in solo versari, vbi magnus nobis equitatus opponebatur, magnae cetratorum copiae. Nobis autem grauis sane armatura non deerat, qua cum vniuersa vicos licuisset inuadere, frumentique capere non magnam profecto copiam: verum non erat, quo vel mancipia vel oves persequendo rapere possemus. Nec enim hactenus ego, dum vobiscum fui, vel equitum vel cetratorum frequentes copias apud vos reperi.

ιθ. Si

* Al. ὃ ὡσεί.

ιθ'. Εἰ οὖν, ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ὄντων ὑμῶν, μηδ' ὁντινανοῦν μισθὸν προσαιτήσας, Σεύθην σύμμαχον ὑμῖν προσέλαβον, ἔχοντα ἱππέας καὶ πελταστάς, ὧν ὑμεῖς προσεδεῖσθε, κακῶς ἂν ἐδόκουν ὑμῖν βεβουλεύσθαι πρὸ ὑμῶν; τούτων γὰρ δήπου κοινωνήσαντες, καὶ σῖτον ἀφθονώτερον ἐν ταῖς κώμαις εὑρίσκετε, διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι τοὺς Θρᾷκας κατὰ σπουδὴν μᾶλλον φεύγειν· καὶ προβάτων καὶ ἀνδραποδῶν μετέσχετε.

κ'. Καὶ πολέμιον οὐδένα ἔτι ἐωρῶμεν, ἐπειδὴ τὸ ἱππικὸν ἡμῖν προσεγένετο. τέως δὲ θαρσαλέως ἡμῖν ἐφείποντο οἱ πολέμιοι καὶ ἱππικῷ καὶ πελταστικῷ, κωλύοντες μηδαμῇ κατ' ὀλίγους ἀποσκεδαννυμένους τὰ ἐπιτήδεια ἀφθονώτερα ἡμᾶς πορίζεσθαι.

κά. Εἰ δὲ δὴ ὁ συμπαρέχων ὑμῖν ταύτην τὴν ἀσφάλειαν, μὴ πάνυ πολὺν μισθὸν προστετέλει τῆς ἀσφαλείας, τοῦτο δὴ τὸ πάθημα τὸ σχέτλιον, καὶ διὰ τοῦτο οὐδαμῇ οἴεσθε χρῆναι ζῶντά * μ' ἀνεῖναι; νῦν δὲ δὴ πῶς ἀπέρχεσθε; οἳ διαχειμάσαντες μὲν ἐν ἀφθόνοις τοῖς ἐπιτη-

19. Si ergo, quum tali necessitate premeremini, nullum ipse stipendium postulans, Seuthen vobis socium conciliarem, cui et equites erant, et cetrati, quibus vos egebatis: malene consuluisse commodis vestris videbar? Nimirum postea quam his sociis vti estis, non solum maiore copia frumentum in vicis reperistis, quod fugere maiore festinatione Thraces cogerentur; sed etiam pecudum mancipiorumque participes facti estis.

20. Praeterea nullum amplius hostem vidimus, postea quam equestribus copiis aucti fumus. At vero prius fidentibus animis hostes a tergo nos cum equitum et cetratorum agmine vrgebant, planeque impediebant, quominus hinc inde parua manu palantes commeatum largiorem pararemus.

21. Qui ergo securitatem hanc vobis peperit, si praeter eam non admodum ampla stipendia *pro securitate* vobis praebuit, ideone vos indignam in calamitatem coniecit, ac mortem vestra sententia meruit? At quaeso discedite? an non hyemem in magna commeatus copia

* Al. ἐμὲ δὲν εἶναι.

ἐπιτηδείοις, περιττὸν δ' ἔχοντες τῦτο ὅ, τι ἐλάβετε παρὰ Σευθε; τὰ γὰρ τῶν πολεμίων εὐαπανᾶτε. καὶ ταῦτα πράττοντες, ὅτε ἄνδρας ἐπείδετε ὑμῶν αὐτῶν ἀποθανόντας, ὅτε ζῶντας ἀπεβάλετε.

κβ'. Εἰ δέ τι καλὸν πρὸς τὰς ἐν τῇ Ασίᾳ βαρβάρους ἐπέπρακτο ὑμῖν, ἀπ ἐκεῖνο σὰν ἔχετε, καὶ πρὸς ἐκείνοις νῦν ἀλλην εὐκλειαν προσειλήφατε, καὶ τὰς ἐν τῇ Εὐρώπῃ Θρᾷκας, ἐφ' ὃς ἐστρατεύεσθε, κρατήσαντες; ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἔγωμὶ δικαίως ἂν, ὧν ἐμοὶ χαλεπαίνετε, τότων τοῖς Θεοῖς χάριν εἰδέναι ὡς ἀγαθῶν. καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα, τοιαῦτα.

κγ'. Αγετε δὴ πρὸς Θεῶν, καὶ τὰ ἐμὰ σκέψαθε ὡς ἔχει. ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτε πρῶτον ἀπῆρα οἴκαδε, ἔχων μὲν ἔπαινον πολὺν πρὸς ὑμῶν ἀπεστρεύόμην, ἔχων δὲ δι' ὑμᾶς καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων Ελλήνων εὔκλειαν· ἐπισευόμην δὲ ὑπὸ Λακεδαιμονίων. ἐ γὰρ ἂν με ἔπεμπον πάλιν πρὸς ὑμᾶς.

κδ'. Νῦν

copia exegiſtis, ac praeter hoc, illud etiam habetis, quod a Seuthe conſequuti eſtis? Quae hoſtium erant, a vobis abſumta ſunt: et interea neque veſtro ex agmine trucidari vidiſtis vllos, nec vinos amiliſtis.

22. Quod ſi quid a vobis praeclare aduerſus barbaras in Aſia nationes geſtum, an non id vobis integrum manet, ac praeterea nunc aliam nacti gloriam eſtis, victis etiam Thracibus iis, qui in Europa ſedes habent, ac bello a vobis laceſſiti ſunt? Equidem aio, Diis habendam merito a vobis gratiam pro iis ipſis, tanquam pro beneficiis, quorum cauſa mihi ſuccenſetis. Atque haec iam rerum veſtrarum eſt conditio.

23. Nunc quo loco meae ſint, per Deos quaeſo, conſideretis. Ego quum in patriam primum nauigaturus ſoluerem, hic diſcedebam, vt et magnam a vobis laudem reportarem, et propter vos a Graecis etiam caeteris inſigni ornarer gloria. Quin et Lacedaemonii mihi fidem habebant. Nam abſque eo fuiſſet, nunquam me rurſus ad vos ablegaſſent.

κδ'. Νῦν δ' ἀπέρχομαι πρὸς Λακεδαιμονίους ὑφ' ὑμῶν διαβεβλημένος, Σεύθῃ δὲ ἀπεχθόμενος ὑπὲρ ὑμῶν, ὃν ἤλπισ' ἂν εὖ ποιήσας μεθ' ὑμῶν, ἀποσοφὴν καὶ ἐμοὶ καλὴν καὶ παισὶν, εἰ γένοιντο, καταθήσεσθαι. ὑμεῖς δ', ὑπὲρ ὧν ἐγὼ ἀπήχθημαί τε πλεῖστα, καὶ ταῦτα πολὺ κρείττοσιν ἐμαυτοῦ, πραγματευόμενός τε ἀδὲ νῦν πω πέπαυμαι ὅ, τι δύναμαι ἀγαθὸν, τοιαύτην γνώμην ἔχετε περὶ ἐμοῦ.

κε. Αλλ' ἔχετε μέν με ἅτε φεύγοντα λαβόντες, ἅτε ἀποδιδράσκοντα. ἢν δὲ ποιήσετε, ἃ λεγετε, ἴστε ὅτι ἄνδρα κατακανόντες ἕσεσθε, πολλὰ μὲν δὴ πρὸ ὑμῶν ἀγρυπνήσαντα, πολλὰ δὲ σὺν ὑμῖν πονήσαντα καὶ κινδυνεύσαντα, καὶ ἐν τῷ μέρει, καὶ παρὰ τὸ μέρος, θεῶν δὲ ἵλεων ὄντων, καὶ τρόπαια βαρβάρων πολλὰ δὴ σὺν ὑμῖν στησάμενον· ὅπως δέ γε τῶν Ελλήνων μηδενὶ πολέμιοι γένοισθε, πᾶν ὅσον ἐγὼ ἐδυνάμην, πρὸς ὑμᾶς διατεινάμενον.

κς'. Καὶ

24. Iam ita discedo, vt et Lacedaemoniis fides mea suspecta per vos reddita sit, et apud Seuthem vestra sim causa in odio: de quo si, vobis adiuvantibus, bene meritus essem, fore sperarem, vt apud ipsum ego cum liberis meis, si quos habiturus essem, honestissimum perfugium haberem. Interim vos, quorum ego causa maximo sum in odio etiam apud multo me potentiores; vos, quibus ne nunc quidem studio, quanto possum maximo, commodare desino; vos inquam ita de me statuitis.

25. Enimuero habetis iam me neque retractum ex fuga, neque cupientem se subducere. Quod si ea, quae minamini, feceritis: scitote vos illum hominem peremturos, qui non parum pro salute vestra vigilauerit, multos vobiscum labores exantlauerit, pericula multa tum suo tum aliorum loco adierit, atque etiam. Diis fauentibus, multa de barbaris tropaea vobiscum excitarit, omni denique studio contenderit, ne cum vllo Graeci nominis inimicitias susciperetis.

26. Itaque

κς'. Καὶ γὰρ ἔν νῦν ὑμῖν ἔξεστιν ἀνεπιλήπτως πορεύεσθαι, ὅποι ἂν θέλητε καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. ὑμεῖς δὲ, ὅτι πολλὴ ὑμῖν εὐπορία φαίνεται, καὶ πλεῖτε ἔνθα δὴ ἐπιθυμεῖτε πάλαι, δέονται δὲ ὑμῶν οἱ τὸ μέγιστον δυνάμενοι, μισθὸς δὲ φαίνεται, ἡγεμόνες δὲ ἥκουσι Λακεδαιμόνιοι, κράτιστοι νομιζόμενοι εἶναι, νῦν* δὴ καιρὸς δοκεῖ ὑμῖν εἶναι ὡς τάχιστα ἐμὲ κατακτανεῖν.

κζ'. Οὐ μὴν, ὅτε γε ἐν τοῖς ἀπόροις ἦμεν, ὦ πάντων μνημονικώτατοι· ἀλλὰ καὶ πατέρα ἐμὲ ἐκαλεῖτε, καὶ ἀεὶ ὡς εὐεργέτην μεμνῆσθαι ὑπισχνεῖσθε. ἃ μέντοι ἀγνώμονες οὗτοί εἰσιν, οἱ νῦν ἥκοντες ἐφ' ὑμᾶς· ὥστε, ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὐδὲ τούτοις δοκεῖτε βελτίονες εἶναι, τοιοῦτοι ὄντες περὶ ἐμέ.„

κή. Ταῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο. Χαρμῖνος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ἀναστὰς, εἶπεν ὅτωσί· Ἀλλ' ἐμοὶ μέντοι, ὦ

26. Itaque iam nemine de vobis querente, quocunque lubet, terra marique proficiſci poteſtis. Et vero quia ſe magna vobis offert rerum omnium copia, et quo iam dudum cupiebatis, nauigandi poteſtatem nacti eſtis: egent opera veſtra potentiſſimi homines: ſtipendium promittitur: Lacedaemonii duces adſunt, vni omnium opinione maximae auctoritatis: idcirco iam vobis opportunum eſſe videtur, vt me quamprimum e medio tollatis.

27. Non is erat animus in me veſter ſummis in rerum angu-

ſtiis, o maxime omnium memores! ſed me parentem appellabatis, et mei vos ita ſemper recordaturos pollicebamini, vt qui praeclare de vobis eſſet promeritus. Equidem hos etiam homines, qui modo ad vos venerunt, minime iniquos iudices eſſe arbitror. Quo fiet, vt, mea ſane ſententia, nihilo vos exiſtimaturi ſint eſſe meliores, quod hoc modo voſmet erga me geratis.

28. Haec proloquutus, finem dicendi fecit. Tum Charmiuus Lacedaemonius ſurgens, in hanc ſententiam verba fecit; Mi-

* Al. νῦν - - - κατακτανεῖν; cum interrogatione.

ὦ ἄνδρες, ἐ δικαίως γε δοκεῖτε τῷ ἀνδρὶ τούτῳ χαλεπαίνειν. ἐχω γὰρ καὶ αὐτὸς αὐτῷ μαρτυρῆσαι. Σεύθης γὰρ, ἐρωτῶντος ἐμοῦ καὶ Πολυνείκου περὶ Ξενοφῶντος, τίς ἀνὴρ εἴη, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶχε μέμφεσθαι, ἄγαν δὲ φιλοστρατιώτην ἔφη αὐτὸν εἶναι· διὸ καὶ χεῖρον αὐτῷ εἶναι πρὸς ἡμῶν τε τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ πρὸς αὐτοῦ.

κθ'. Ἀναστὰς ἐπὶ τούτῳ Εὐρύλοχος ὁ Λουσιάτης Ἀρκὰς εἶπε· Καὶ δοκεῖ δέ μοι, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τοῦτο ὑμᾶς πρῶτον ἡμῶν στρατηγήσαι, παρὰ Σεύθου ἡμῖν τὸν μισθὸν πρᾶξαι ἢ ἑκόντος ἢ ἄκοντος, καὶ μὴ πρότερον ἡμᾶς ἀγαγεῖν.

λ'. Πολυκράτης δὲ Ἀθηναῖος εἶπεν ἀναστὰς ὑπὲρ Ξενοφῶντος· Ὁρῶ γε μὴν, ὦ ἄνδρες, ἔφη, καὶ Ἡρακλείδην ἐνταῦθα παρόντα, ὃς παραλαβὼν τὰ χρήματα, ἃ ἡμεῖς ἐπονήσαμεν, ταῦτα ἀπιδόμενος, ὅτε Σεύθης ἀπέδωκεν, ὅτε ἡμῖν τὰ γινόμενα, ἀλλ' αὐτὸς κλεψας

hi fane, milites, non iure videmini huic viro fuccenfere. Nam et ipfe illi effe teftimonio poffum. Quum enim Polynicus et ego apud Seuthen de Xenophonte fcifcitaremur, qui vir effet; nihil ille, quod in eo reprehenderet aliud habebat, quam quod eum per effe militum ftudiofum diceret. Eadem de cauffa fieri, vt minorem tam apud nos Lacedaemonios, quam ipfum, fit in gratia.

29. Poft hunc furgens Eurylochus Luficnfis, natione Arcas, ait: Mea vero, Lacedaemonii, haec fententia eft, vt primum hac in parte munere imperatorio fungamini noftra cauſa: nimirum vt nobis a Seuthe vel volente, vel inuito, ftipendium impetretis; neque prius, quam id effeceritis, nos hinc abducatis.

30. Surrexit et Polycrates Athenienfis, proque Xenophonte in hanc fententiam loquutus eft: Video, milites, Heraclidem hoc adeffe, qui res noſtro labore partas quum vendidiffet, coactam ex iis pecuniam neque Seuthae, neque nobis tradidit; fed ea interuerfa, feipfum

ψας πέπαται. ἢν ἂν σωφρονῶμεν, ἐξόμεθα αὐτῶ. ὁ γὰρ δὴ ὅτος γε, ἔφη, Θρᾷξ ἐστιν, ἀλλὰ Ἕλλην ὢν Ἕλληνας ἀδικεῖ.

λά. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἡρακλείδης, μάλα ἐξεπλάγη. καὶ προσελθὼν τῷ Σεύθῃ λέγει· Ἡμεῖς, ἢν σωφρονῶμεν, ἄπιμεν ἐντεῦθεν ἐκ τῆς τούτων ἐπικρατείας. καὶ ἀναβάντες ἐπὶ τὰς ἵππους, ᾤχοντο ἀπελαύνοντες εἰς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον. καὶ ἐντεῦθεν Σεύθης πέμπει * Ἐβοζέλμιον τὸν ἑαυτῶ ἑρμηνέα πρὸς Ξενοφῶντα, καὶ κελεύει αὐτὸν καταμεῖναι παρ' ἑαυτῷ ἔχοντα χιλίους ὁπλίτας· καὶ ὑπισχνεῖτο αὐτῷ ἀποδώσειν τά τε χωρία τὰ ἐπὶ θαλάττῃ, καὶ τὰ ἄλλα, ἃ ὑπέσχετο. καὶ ἐν ἀποῤῥήτῳ ποιησάμενος, λέγει, ὅτι ἀκήκοε Πολυνείκην, ὡς εἰ ὑποχείριος ἔσαι Λακεδαιμονίοις, σαφῶς ἀποθάνοι ὑπὸ Θίμβρωνος.

λβ'. Ἐπέστελλον δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἄλλοι πολλοὶ ξένοι τῷ Ξενοφῶντι, ὡς διαβεβλημένος εἴη, καὶ φυλάττεσθαι δέοι. ὁ δ' ἀκούων ταῦτα, δύο ἱερεῖα λαβὼν, ἐθυε τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ, πότερά οἱ λῴϊον καὶ ἄμεινον εἴη μένειν

seipsum ditauit. Quare si sapimus, ab ipso, quod debetur, postulabimus. Non enim natione Thrax est, sed Graecus ipse, nos itidem Graecos homines iniuria afficit.

31. Ea quum Heraclides audiisset, exterritus admodum Seuthen adit, et ad eum conuersus: Si sapimus, ait, hinc nos ex horum potestate subducimus. Itaque conscensis equis, in sua castra reuersi sunt. Inde Seuthes Ebozelmium interpretem suum ad Xenophontem mittit, eumque hortatur, vt apud se cum eo grauis armaturae peditibus maneat: pollicetur etiam se tam sita ad mare castella daturum quam alia, quae promisisset. Secreto etiam renuntiat, audiisse se de Polynico, futurum: vt, si Lacedaemoniorum in potestatem veniat, certum ipsi a Thimbrone exitium immineat.

32. Idem et alii non pauci hospites Xenophonti significabant, esse nimirum gravatum calumniis, omninoque cautione ipsi opus esse. Quae quum audiret, duabus mactatis hostiis, Iovem regem consulit; virum magis ex ipsius re fo-

* Al. Ἀβραζέλμην.

μένειν παρὰ Σεύθη, ἐφ' οἷς Σεύθης λέγει, ἢ ἀπιέναι σὺν τῷ στρατεύματι. ἀναιρεῖ δὲ αὐτῷ, ἀπιέναι.

ΚΕΦ. ζ'.

Ἐντεῦθεν Σεύθης μὲν ἀπεστρατοπεδεύσατο πρόσω τέρω. οἱ δὲ Ἕλληνες ἐσκήνησαν εἰς κώμας, ὅθεν ἔμελλον πλεῖστα ἐπισιτισάμενοι ἐπὶ θάλατταν ἥξειν. αἱ δὲ κῶμαι αὗται ἦσαν δεδομέναι ὑπὸ Σεύθου Μηδοσάδῃ. ὁρῶν δὲ ὁ Μηδοσάδης δαπανώμενα τὰ ἐν ταῖς κώμαις ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, χαλεπῶς ἔφερε· καὶ λαβὼν αὐτῶν Ὀδρύσην δυνατώτατον τῶν ἄνωθεν καταβεβηκότων, καὶ ἱππέας ὅσον πεντήκοντα, ἔρχεται, καὶ προσκαλεῖται Ξενοφῶντα ἐκ τοῦ Ἑλληνικοῦ στρατεύματος· καὶ ὃς, λαβών τινας τῶν λοχαγῶν καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἐπιτηδείων, προσέρχεται.

β'. Ἐνθα δὴ λέγει ὁ Μηδοσάδης· Ἀδικεῖτε, ὦ Ξενοφῶν, τὰς ἡμετέρας κώμας πορθοῦντες. πρόλεγομεν

ret, si conditionibus iis, quas Scuthes obtulisset, maneret: an vero si vna cum exercitu discederet. Significatum a Iove, vt discederet.

CAP. VII.

Postilhaec Scuthes longius a Graecis castra mouet, illi vero sua in vicis locant, vnde commeatus quam maxima copia conquisita, inde versus tenderent. Eos vicos Scuthes Medosadae donauerat. Itaque quum Medosades absumi a Graecis ea, quae in vicis essent, videret: grauiter id ferebat, assumtoque, praeter quinquaginta plus minus equites, Odrysa quodam, eorum omnium potentissimo qui e superiore Thracia descenderant; Graecorum ad castra pergit, deque his Xenophontem ad se arcessit. Ille cum nonnullis praefectis cohortium, et aliis hominibus idoneis ad eum propius accedit.

2. Tum Medosades dicere coepit: Iniurii, Xenophon, in nos estis, qui vicos nostros depopulamini.

μεν ὧν ὑμῖν, ἐγώ τε ὑπὲρ Σεύθα, καὶ ὅδε ἀνὴρ παρὰ Μηδόκου ἥκων τῶ ἄνω βασιλέως, ἀπιέναι ἐκ τῆς χώρας. εἰ δὲ μή, οὐκ ἐπιτρέψομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν ποιῆτε κακῶς τὴν ἡμετέραν χώραν, ὡς πολεμίους ἀλεξησόμεθα.„

γ'. Ο δὲ Ξενοφῶν ἀκούσας ταῦτα, εἶπεν· "Αλλὰ σοὶ μὲν τοιαῦτα λέγοντι καὶ ἀποκρίνασθαι χαλεπόν. τῶδε δὲ ἕνεκα τῶ νεανίσκου λέξω, ἵν' * εἰδῇ οἷοί τε ὑμεῖς ἐσε, καὶ οἷοι ἡμεῖς. ἡμεῖς μὲν, ἔφη, πρὶν φίλοι γενέσθαι ὑμῖν, ἐπορευόμεθα διὰ ταύτης τῆς χώρας ὅποι ἐβουλόμεθα, ἢν μὲν ἐθέλοιμεν πορθοῦντες, ἢν δ' ἐθέλοιμεν κατακαίοντες. καὶ σὺ, ὁπότε πρὸς ἡμᾶς ἦλθες πρεσβεύων, ηὐλίζου παρ' ἡμῖν, οὐδένα φοβούμενος τῶν πολεμίων. ὑμεῖς δὲ οὐκ ἦτε εἰς τήνδε τὴν χώραν, ἢ, εἴ ποτε ἔλθοιτε, ὡς ἐν κρειττόνων χώρᾳ ηὐλίζεσθε ἐγκεχαλινωμένοις τοῖς ἵπποις.

δ'. Επεὶ δὲ ἡμῖν φίλοι ἐγένεσθε, καὶ δι' ἡμᾶς ἔχετε τήνδε

pulamini. Quare vobis, ego Seuthae nomine; hic, Medoci superioris Thraciae regis; edicimus vt finibus his excedatis. Id nisi feceritis, haud impune feretis. Nam si agrum nostrum infestabitis, vicissim nos de vobis vt hostibus vlciscemur.

3. Quum haec audisset Xenophon: Equidem, ait, haec tibi dicenti non sine animi molestia respondere possum. Sed tamen huius adolescentis causa aliquid dicam; vt, quales vos sitis, et quales item nos, cognoscat. Nos prius, quam vobis amici facti sumus, per hanc regionem, quacunque lubebat, iter faciebamus; et partim eam pro lubitu nostro populabamur, partim incendiis vastabamus. Tu ipse, queties ad nos legatus veniebas, nobiscum in castris pernoctabas, neque hostium quenquam metuebas. Vos e contrario in hanc regionem non veniebatis, aut si aliquando veniretis, non nisi frenatis equis pernoctabatis, ac si eorum essetis in agro, quos viribus esse superiores fateremini.

4. Postea vero quam nobis amici facti estis, opera nostra

* Al. ἵν' εἰδῇτε οἷοί τε.

τήνδε τὴν χώραν, νῦν δὲ ἐξελαύνετε ἡμᾶς ἐκ τῆς χώρας, ἣν παρ' ἡμῶν ἑκόντων κατὰ κράτος παρελάβετε. ὡς γὰρ αὐτὸς οἶδα, οἱ πολέμιοι οὐκ ἦσαν ἱκανοὶ ἡμᾶς ἐξελαύνειν. καὶ οὐχ ὅπως δῶρα δοὺς καὶ εὖ ποιήσας, ἀνθ' ὧν εὖ ἔπαθες, ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀποπέμψασθαι, ἀλλὰ πορευομένους ἡμᾶς ὁδὸν ἐναυλιοῦσθαι, ὅσον δύνασαι, ἐπιτρέπεις.

ε. Καὶ ταῦτα λέγων, ἅτε Θεοὺς αἰσχύνη, ἅτε τόνδε τὸν ἄνδρα, ὃς νῦν σε ὁρᾷ πλουτοῦντα· πρὶν δὲ ἡμῖν φίλον γενέσθαι, ἀπὸ λῃστείας τὸν βίον ἔχοντα, ὡς αὐτὸς ἔφησθα. ἀτὰρ τί καὶ πρὸς ἐμὲ ταῦτα λέγεις; ἔφη· οὐ γὰρ ἐγὼ ἔτι ἄρχω, ἀλλὰ Λακεδαιμονίοις ὑμεῖς παρεδάκατε τὸ στράτευμα ἀπάγειν, οὐδὲ ἐμὲ παρακαλέσαντες, ᾧ θαυμαστότατοι, ὅπως ὥσπερ ἀπηχθανόμην αὐτοῖς, ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦγον, ἅτω καὶ χαρισαίμην νῦν ἀποδιδάς.„

ς'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἤκουσεν ὁ Ὀδρύσης, εἶπεν· ἐγὼ μὲν, ὦ Μηδόσαδες, κατὰ τῆς γῆς καταδύομαι ὑπὸ

regionem hanc possidetis. Ex ea nos iam eiicitis, quum vos illam a nobis assentientibus vi captam acceperitis. Nosti enim ipse, non potuisse hostes hinc nos pellere. Tuque adeo tantum abest, vt nos pro nostris in te meritis muneribus donatos, et affectos beneficiis, ablegare velis; vt etiam, quod in te quidem est, potestatem non facias nobis hac proficiscentibus castra in hac regione habendi.

5. Atque haec dum profers, neque Deos reuereris, neque hunc hominem; qui modo te dilatum videt, quum prius, quam nostrae te amicitiae adiunxisses, ex latrocinio, quemadmodum aiebas ipse, victitares. At enim cur haec mihi dicis? Non enim penes me rerum summa est, quum vos, homines maxime suspiciendi, Lacedaemoniis copias abducendas tradideritis, me non monito, vt eas tradendo gratiam apud ipsos inirem, qui id temporis in illorum odium incurri, quo exercitum ad vos adduxi.

6. Haec quum alter ille Odrysses audiuisset: Ego vero, mi Medosades, inquit, dum haec audio,

ὑπὸ τῆς αἰσχύνης, ἀκόων ταῦτα. καὶ εἰ μὲν πρόσθεν ἠπιστάμην, οὐκ ἂν συνηκολούθησά σοι· καὶ νῦν ἄπειμι· ἐγὰρ ἂν Μήδοκός με ὁ βασιλεὺς ἐπαινοίη, εἰ ἐξελαύνοιμι τοὺς εὐεργέτας. ταῦτ' εἰπὼν, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον ἀπήλαυνε, καὶ σὺν αὐτῷ οἱ ἄλλοι ἱππεῖς, πλὴν τεττάρων ἢ πέντε.

ζ'. Ὁ δὲ Μηδοσάδης (ἐλύπει γὰρ αὐτὸν ἡ χώρα πορθουμένη) ἐκέλευε τὸν Ξενοφῶντα καλέσαι τὼ Λακεδαιμονίω. ὁ δ' ἀπολαβὼν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους προσῆλθε τῷ Χαρμίνῳ καὶ τῷ Πολυνείκῳ, καὶ ἔλεξεν, ὅτι καλεῖ αὐτοὺς Μηδοσάδης προσερῶν, ἅπερ αὐτῷ, ἀπιέναι ἐκ τῆς χώρας.

η'. Οἶμαι ἂν ἔφη, ἡμᾶς ἀπολαβεῖν τῇ στρατιᾷ τὸν ὀφειλόμενον μισθὸν, εἰ εἴποιτε, ὅτι δέοιτο ὑμῶν ἡ στρατιὰ συναναπραξαι τὸν μισθὸν ἢ παρὰ ἐκόντος, ἢ παρὰ ἄκοντος Σεύθου, καὶ ὅτι τούτων τυχόντες, προθύμως μὲν ἂν συνέπεσθαι ὑμῖν φασί. καὶ ὅτι δίκαια ὑμῖν δοκοῦσι λέγειν, καὶ ὅτι ὑπέσχεθε αὐτοῖς,

τότε

dio, prae pudore ſub terram mergor. Quod ſi ea prius ſciuiſſem, non te fuiſſem huc ſequutus, atque adeo nunc diſcedo. Nec enim Medocus rex vnquam me bene de nobis promeritos homines eiicientem laudauerit. Quae quum dixiſſet, equo conſcenſo, diſceſſit: ſequentibus ipſum equitibus caeteris, extra ſolos quatuor aut quinque.

7. Tum Medoſades, cui doleret agrum illum direptionibus vexari, Xenophontem hortatur, vt duos illos Lacedaemonios aduocaret. Xenophon, ſumtis ſecum hominibus maxime idoneis, Charminum ac Polynicum accedit, vocari eos a Medoſade ait, qui ſignificare velit ipſis, vt hac regione excedant, de quo ſecum etiam egiſſet.

8. Atque equidem arbitror, inquit, impetraturos nos ſtipendium exercitui debitum; ſi dixeritis, vos a militibus rogatos eſſe, vt ipſos in extorquendis a Seuthe vel volente, vel inuito, ſtipendiis adiuuetis. Ea ſi impetretis, polliceri milites, ſe libenter vos ſequuturos. Addite, videri vobis haec optimo iure peti; voſque pollicitos eſſe, non prius,

τότε ἀπιέναι, ὅταν τὰ δίκαια ἔχωσιν οἱ στρατιῶται.

θ'. Ἀκούσαντες οἱ Λάκωνες, ταῦτα ἔφασαν ἐρεῖν, καὶ ἄλλα, ὁποῖα ἂν δύνωνται κράτιστα. καὶ εὐθὺς ἐπορεύοντο ἔχοντες πάντας τοὺς ἐπικαιρίους. ἐλθόντων δὲ ἔλεξε Χαρμῖνος· εἰ μέν τι σὺ ἔχεις, ὦ Μηδόσαδες, πρὸς ἡμᾶς λέγειν· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς πρός σε ἤκομεν.

ι. Ὁ δὲ Μηδοσάδης, μάλα ὑφειμένος· ἀλλ' ἐγὼ μέν, ἔφη, λέγω καὶ Σεύθης ταῦτα, ὅτι ἀξιοῦμεν τοὺς φίλους ἡμῖν γεγενημένους μὴ κακῶς πάσχειν ὑφ' ὑμῶν. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτους κακῶς ποιῆτε, ἡμᾶς ἤδη ποιεῖτε. ἡμέτεροι γάρ εἰσιν. ἡμεῖς τοίνυν, ἔφασαν οἱ Λάκωνες, ἀπίοιμεν ἄν, ὁπότε τὸν μισθὸν ἔχοιεν οἱ ταῦτα ὑμῖν καταπράξαντες· εἰ δὲ μή, ἐχόμεθα μὲν καὶ νῦν βοηθήσοντες τούτοις, καὶ τιμωρησόμενοι ἄνδρας, οἳ τούτους παρὰ τοὺς ὅρκους ἠδίκησαν. ἢν δὲ καὶ ὑμεῖς τοιοῦτοι ἦτε, ἐνθενδε ἀρξόμεθα τὰ δικαια λαμβάνειν.

ια. Ὁ

prius hinc abituros, quam fit exercitui fatisfactum.

9. His auditis, Lacedaemonii reſpondent, ea ſe dicturos, et alia, quae proferri ab iplis poſſent appoſitiſſima. Statimque cum hominibus maxime idoneis pergunt. Quum ad Medoſadem veniſſent: Charminus; dicito, inquit, ſi quid habes quod nobis dicas, Medoſades: Sin autem, eſi quod tibi nos dicamus.

10. Tum perquam demiſſe Medoſades: Dicimus, ait, Seuthes et ego, rogare nos, vt ab illis laedendis vos abſtineatis, quos in amicitiam noſtram nos recepimus. Nam quidquid horum rebus detrimenti affertur, id totum in nos redundat, quos illi dominos agnoſcunt. Ad ea Lacedaemonii: Diſcedemus, aiunt, poſteaquam illis ſtipendium numeratum fuerit; qui, vt horum domini effecerunt. Id niſi fiat, adſumus iam laturi eis opem. et in illos animaduerſuri, qui in eos contra iurisiurandi religionem iniurii fuerunt. Quod ſi vos huiusmodi homines eſtis, a vobis primis ius noſtrum obtinebimus.

11. Et

ια. Ο δὲ Ξενοφῶν εἶπεν· ἐθέλοιτε δ' ἄν, ὦ Μηδόσαδες, τάτοις ἐπιτρέψαι, ἐπειδὴ φατὲ φίλους εἶναι ὑμῶν, ἐν ὧν τῇ χώρᾳ ἐσμὲν, ὁπότερα ἂν ψηφίσωνται, εἴθ' ὑμᾶς πρόσθεν * ἐκ τῆς χώρας ἀπιέναι, εἴθ' ἡμᾶς; ὁ δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἔφη, ἐκέλευε δὲ μάλιστα αὐτὼ ἐλθεῖν τὼ Λάκωνε παρὰ Σεύθην περὶ τὸ μισθὸ, καὶ οἴεσθαι ἂν Σεύθην ἀκοῦσαι· εἰ δὲ μὴ, Ξενοφῶντα σὺν αὐτῷ πέμπειν, καὶ συμπράξειν ὑπισχνεῖτο. ἐδόκει δὲ τὰς κώμας μὴ καίειν.

ιβ'. Ἐντεῦθεν πέμπουσι τὸν Ξενοφῶντα, καὶ σὺν αὐτῷ οἱ ἐδόκουν ἐπιτηδειότατοι εἶναι. ὁ δ' ἐλθὼν, λέγει πρὸς τὸν Σεύθην. Οὐδὲν ἀπαιτήσων, ὦ Σεύθη, πάρειμί, σε, ἀλλὰ διδάξων ὡς ἂν δύνωμαι, ὡς ὁ δικαίως μοι ἠχθέσθης, ὅτι ὑπὲρ τῶν στρατιωτῶν ἀπήτουν σε, ἃ ὑπέσχου αὐτοῖς προθύμως. σοὶ γὰρ ἐγωγε οὐκ ἧττον ἐνόμιζον εἶναι συμφέρον ἀποδοῦναι, ἢ ἐκείνοις ἀπολαβεῖν.

ιγ'. Πρῶ-

11. Et Xenophon: Velitisne, inquit, Medosades, his ipsis permittere, in quorum regione sumus, et quos amicos esse vestros dicitis; vt vtrum voluerint decernant, vosne his finibus aequum sit excedere, an vero nos? Ei conditioni Medosades non assentiebatur, sed hortabatur, vt ipsi potissimum Lacedaemonii Seuthen stipendii nomine convenirent: existimare se futurum, vt Seuthes illis auscultaret: Sin minus id videretur, Xenophontem secum mitterent. Simul pollicebatur, se negotio conficiundo non defuturum. Rogare tamen, vt ab exurendis vicis abstinerent.

12. Missus deinde Xenophon est, et adiuncti huic, qui maxime viderentur idonei. Quum is ad Seuthen veniisset, Adsum, inquit, Seuthe, non petiturus abs te quidquam: sed demonstraturus pro mea virili, non iure te mihi succensuisse, quod abs te militum nomine peterem, quae tu eis alacriter pollicitus fueras. Nam ego non minus existimabam e re tua fore, reddere; quam illorum, accipere.

13. Pri-

* Al. πρωΐτερον pro πρόσθεν.

ιγ'. Πρῶτον μὲν γὰρ οἶδα μετὰ τὰς Θεὰς εἰς τὸ φανερόν σε τύτας κατασήσαντας, ἐπεί γε βασιλέα σε ἐποίησαν πολλῆς χώρας καὶ πολλῶν ἀνθρώπων· ὥστε ἐχ οἷόν τ' ἐστὶ λανθάνειν, ἔτε ἤν τι καλὸν, ἔτε ἤν τι αἰσχρὸν ποιήσῃς. τοιύτῳ δ' ὄντι ἀνδρὶ μέγα μέν μοι δοκεῖ εἶναι, μὴ δοκεῖν ἀχαρίστως ἀποπέμψασθαι ἄνδρας εὐεργέτας, μέγα δ' εὖ ἀκύειν ὑπὸ ἑξακισχιλίων ἀνθρώπων· τὸ δὲ μέγιστον, μηδαμῶς ἄπιστον σαυτὸν κατασῆσαι ὁ, τι λέγεις.

ιδ'. Ορῶ γὰρ τῶν μὲν ἀπίστων ματαίως, καὶ ἀδυνάτως, καὶ ἀτίμως τὰς λόγως πλανωμένως· οἱ δ' ἂν φανερὰ ὦσιν ἀληθείαν ἀσκοῦντες, τύτων οἱ λόγοι, ἤν τι δέωνται, ὠδὲν μεῖον δύνωνται ἂν ἔσεσθαι, ἢ ἄλλων ἡ βία· ἤν τε τινὰ σωφρονίζειν βάλωνται, γινώσκω τὰς τύτων ἀπειλὰς ὀχ ἧττον σωφρονιζύσας, ἢ ἄλλων τὸ ἡδὺ κολάζειν. ἤν τέ τῳ τὶ ὑπισχνῶνται οἱ τοιῦτοι ἄνδρες, ὠδὲν μείω διαπράττειν, ἢ οἱ ἄλλοι παραχρῆμα διδόντες.

ιέ. Αναμνήθητι δὲ καὶ σὺ, τί προτελέσας ἡμῖν συμμάχως

13. Primum hos ſcio poſt Deos te illuſtri conſtituiſſe loco, qui te regionis amplae, multorumque hominum regem fecerint. Quo ſit, vt occultum eſſe nequeat, ſiue aliquod honeſtum, ſeu turpe facinus admittis. Magnum autem quiddam ego in eiuſmodi viro eſſe ſtatuo, non videri, bene promeritos homines, nulla relata gratia, ablegaſſe: magnum etiam, a ſex millibus hominum praedicari: maximum omnium, nequaquam committere, vt in iis, quae dixeris, parum fidei mereare.

14. Video enim, orationem hominum, promiſſa non ſeruantium, vanam et imbellem eſſe, ac ſine honore hinc inde vagari: at qui palam ſe veritatis ſtudioſos declarant, eorum verba petentium aliquid, non minus polluunt, quam vis aliorum. Si quem caſtigare velint, non minus hos minis caſtigando efficere animaduerto, quam alios, puniendo. Si cui quid polliceantur, nihilo minus aliquid impetrant, quam alii ſtatim largiendo.

15. Tu ipſe tibi in mentem revocato, quid prius nobis dederis,

μάχας ἡμᾶς ἔλαβες. οἶδ' ὅτι ᾔδεις· ἀλλὰ πιστευθεὶς ἀληθεύσειν ἃ ἔλεγες, ἐπῆρας τοσούτους ἀνθρώπους συστρατεύσασθαί τε καὶ κατεργάσασθαί σοι ἀρχὴν ἃ πεντήκοντα μόνον ἀξίαν ταλάντων, ὅσα οἴονται δεῖν ἔτοι νῦν ἀπολαβεῖν, ἀλλὰ πολλαπλασίων.

ις'. Οὐκοῦν τοῦτο μὲν πρῶτον τὸ πιστεύεσθαί σε (τὸ καὶ τὴν βασιλείαν σοὶ κατειργασμένον) τούτων τῶν χρημάτων ὑπὸ σοῦ πιπράσκεται. ἰδὲ δή, ἀναμνήσθητι πῶς μέγα ἡγοῦ τοῦτο καταπράξω, ὃ νῦν κατασρεψάμενος ἔχεις. ἐγὼ μὲν οἶδ' ὅτι εὖξω ἂν τὰ νῦν πεπραγμένα μᾶλλον σοὶ καταπραχθῆναι, ἢ πολλαπλάσια τούτων τῶν χρημάτων γενέσθαι.

ιζ'. Εμοὶ τοίνυν μεῖζον βλάβος καὶ αἴσχιον δοκεῖ εἶναι, τὸ ταῦτα νῦν μὴ κατασχεῖν, ἢ τότε μὴ λαβεῖν, ὅσῳπερ χαλεπώτερον ἐκ πλουσίᾳ πένητα γενέσθαι, ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι, καὶ ὅσῳ λυπηρότερον ἐκ βασιλέως ἰδιώτην

ris, quam societatem tecum coiremus. Nihil profecto, sed creditus fore verax in iis quae dicebas, tot homines excitasti ad militandum tecum, et ad occupandum regnum, quod non solum quinquaginta talentis, quae hi sibi deberi abs te putant; sed multo pluris esi aestimandum.

16. Ergo primum hominis fide digni existimatio, quae quidem etiam regnum tibi peperit, abs te hac pecunia venditur. Iam vero memoria velim repetas, quanti aestimaris, vt iis potirere, quae iam, tuam in potestatem redacta, pollides. Noui ego te optaturum potius fuisse, vt ea consequereris, quae nos effecta tibi dedimus; quam vt pecunias multo maiores iis, quae nobis debentur, comparares.

17. Arbitror autem tanto maius damnum, atque etiam turpius esse, non iam illa pollidere, quam tum non occupasse: quanto e diuite pauperem fieri grauius est, quam ab initio diuitias nullas habuisse: quantoque de rege ad priuati hominis fortunam redigi acerbius

ἰδιώτην Φανῆναι, ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι. ἀκὴν ἐπίσασαι μὲν, ὅτι οἱ νῦν σοι ὑπήκοοι γενόμενοι, ἀ φιλίᾳ τῇ σῇ ἐπείθησαν ὑπὸ σὲ ἄρχεσθαι, ἀλλ' ἀνάγκῃ· καὶ ὅτι ἐπιχειροῖεν ἂν πάλιν ἐλεύθεροι γίγνεσθαι, εἰ μή τις αὐτοὺς φόβος κατέχοι.

ιή. Ποτέρως ἂν οἴει μᾶλλον ἂν φοβεῖσθαί τε αὐτοὺς, καὶ φρονεῖν τὰ πρός σε, εἰ ὁρῷεν σοι τοὺς στρατιώτας ἕτω διακειμένους, ὡς νῦν τε μένοντας ἂν, εἰ σὺ κελεύεις*, αὖθίς τ' ἂν ταχὺ ἐλθόντας, εἰ δέοι, ἄλλους τε, τάττω περὶ σὲ ἀκόντας πολλὰ ἀγαθὰ, ταχὺ ἂν σοι πρὸς σὺ βάλοιο παραγίγνεσθαι. ἢ εἰ καταδοξάσειαν μήτε ἀ ἄλλους σοι ἐλθεῖν δι' ἀπιστίαν, ἐκ τῶν νῦν γενομένων, τούτους τε αὐτοῖς εὐνοϊκωτέρους εἶναι ἢ σοί;

ιθ'. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲν πλήθει γε ἡμῶν λειφθέντες ὑπεῖξάν σοι, ἀλλὰ προσατῶν ἀπορία. ἀκὴν νυὶ καὶ τοῦτο κίνδυνος, μὴ λάθωσι προστάτας αὐτῶν τινὰς τούτων οἳ νομίζουσιν ὑπὸ σὲ ἀδικεῖσθαι, ἢ καὶ τούτων κρείττονας τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐὰν οἱ μὲν στρατιῶται

acerbius eſt, quam ab initio non regnaſſe. Tu vero non ignoras, eos, qui ſe nunc imperio tuo ſubiecere, non adductos amicitia tuiſſe, vt tibi parerent, ſed neceſſitate: eoſdem libenter in libertatem ſe vindicaturos, niſi quis eos metus contineret.

18. Vtrum igitur magis eos arbitraris in metu futuros, teque non derferturos; ſi milites erga te ſic affectos viderint, vt et iam te iubente maneant, et quamprimum, ſi ſit opus, reuertantur; atque etiam alii praeclara de te multa ex his audientes, celeriter ad te pro lubitu tuo confluant: an vero ſi opinionem conceperint, neque venturos ad te alios, ob diffidentiam ex iis ortam, quae modo fiunt; et hos amiciore in ipſos eſſe animo, quam in te?

19. Enimuero non illi, quod numero ſuperarentur, idcirco tibi ceſſere: ſed ducum inopia. Quapropter hac etiam in parte periculum eſt, ne vel ſibi praeſciant eos, qui ſe per iniuriam fraudatos abs te putant, vel etiam Lacedaemonios longe his potentiores; nimirum

* Al. κελεύεις.

στρατιῶται ὑπισχνῶνται προθυμότερον αὐτοῖς συστρατεύεσθαι, ἐὰν παρὰ σοῦ ἀναπράξωσιν· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, διὰ τὸ δέεσθαι τῆς στρατιᾶς, συναινέσωσιν αὐτοῖς ταῦτα.

κ'. Ὅτι γε μὴν οἱ νῦν ὑπό σοι Θρᾷκες γενόμενοι πολὺ ἂν προθυμότερον ἴοιεν ἐπί σε ἢ σύν σοι, δῆλον. σοῦ μὲν γὰρ κρατοῦντος, δηλεία ὑπάρχει αὐτοῖς· κρατουμένου δὲ σοῦ, ἐλευθερία. εἰ δὲ καὶ τῆς χώρας προνοεῖσθαι ἤδη τι δεῖ, ὡς σῆς ἔσης, ποτέρως ἂν οἴει ἀπαθῆ κακῶν αὐτὴν εἶναι μᾶλλον, εἰ ἕτοι οἱ στρατιῶται ἀπολαβόντες ἃ ἐγκαλοῦσιν, εἰρήνην καταλιπόντες οἴχοιντο, ἢ εἰ ἕτοί τε μένοιεν ὡς ἐν πολεμίᾳ, σύ τε ἄλλας πειρῷο πλείονας τούτων ἔχων ἀντιστρατοπεδεύεσθαι, δεομένης τῶν ἐπιτηδείων;

κά. Ἀργύριον δὲ ποτέρως ἂν πλεῖον ἀναλωθείη, εἰ τούτοις τὸ ὀφειλόμενον ἀποδοθείη, ἢ εἰ ταῦτά τε ὀφείλοιτο, ἄλλας τε κρείττονας τούτων δέοι μισθοῦσθαι; ἀλλὰ

rum si milites alacrius se cum illis expeditionem suscepturos polliceantur, extortis abs te per ipsos stipendiis: Lacedaemonii vero conditionem accipiant, quum exercitus opera indigeant.

20. Obscurum quidem certe non est, eos Thraces, quos imperio tuo subiecisti, multo alacrius aduersus te, quam tecum militaturos. Etenim quamdiu tu cum potestate es, seruitutem seruiunt: te superato, libertate fruuntur. Quod si etiam regioni consulendum est, quippe quae iam tua sit; vtro modo minus eam detrimenti accepturam existimas, si milites hi, receptis iis, de quibus queruntur, pace post se relicta discedant: an vero si et ipsi maneant tanquam in hostico, et tu des operam, vt cum maioribus, quam illorum sint, copiis aduersus eos arma sumas, quae tamen et ipsae commeatu carere non possint?

21. Vtro itidem modo plus expendetur pecuniae; si his debitum stipendium persolvatur; an vero si et illud debeatur, et maioribus copiis stipendium numerandum sit?

ἀλλὰ γὰρ Ἡρακλείδη, ὡς πρὸς ἐμὲ ἐδήλου, πάμπολυ τοῦτο δοκεῖ τὸ ἀργύριον εἶναι. ἦ μὴν πολύ γέ ἐστιν ἔλαττον νῦν σοι καὶ λαβεῖν τοῦτο καὶ ἀποδοῦναι, ἢ, πρὶν ἡμᾶς ἐλθεῖν πρός σε, τὸ δέκατον τούτου μέρος. ὁ γὰρ ὁ ἀριθμὸς ὁρίζων ἐστὶ τὸ πολὺ καὶ ὀλίγον, ἀλλ' ἡ δύναμις τῶν τε ἀποδιδόντος καὶ τοῦ λαμβάνοντος. σοὶ δὲ νῦν ἡ κατ' ἐνιαυτὸν πρόσοδος πλείων ἐστὶν, ἢ πρόσθεν τὰ παρόντα, ἃ ἐκέκτησο.

κβ. Ἐγὼ μὲν, ὦ Σεύθη, ταῦτα, ὡς φίλου σου ὄντος, σοῦ προενοούμην, ὅπως σύ τε ἄξιος δοκοίης εἶναι ὧν οἱ θεοί σοι ἔδωκαν ἀγαθῶν, ἐγώ τε μὴ διαφθαρείην ἐν τῇ στρατιᾷ. εὖ γὰρ ἴσθι, ὅτι νῦν ἐγὼ ὅτ' ἂν ἐχθρὸν κακῶς ποιῆσαι βούλωμαι δυνηθείην σὺν ταύτῃ τῇ στρατιᾷ, ὅτ' ἂν, εἴ σοι πάλιν βουλοίμην βοηθῆσαι, ἱκανὸς ἂν γενοίμην. οὕτω γὰρ πρὸς ἐμὲ ἡ στρατιὰ διάκειται.

κγ'. Καίτοι αὐτόν σε μάρτυρα σὺν τοῖς θεοῖς εἰδόσι ποιοῦμαι, ὅτι οὔτε ἐγὼ ἔχω παρὰ σοῦ ἐπὶ τοῖς στρατιώταις οὐδὲν, οὔτε ᾔτησα πώποτε εἰς τὸ ἴδιον τὰ ἐκείνων, οὔτε ἃ ὑπεσχό-

At enim Heraclidae, ficut et ipfe mihi narrabat, haec pecunia per effe magna videbatur. Profecto multo facilius eft iam tibi pecuniam hanc alicunde fumere atque expendere, quam partem eius decimam id temporis, quum necdum ad te veniffemus. Non enim numero multum ac parum definiuntur, fed illius poteftate, qui vel dat, vel accipit. Tibi vero iam maior eft in annos fingulos prouentus, quam prius id totum effet, quod poffidebas.

22. In his ego, mi Seuthes, tuis tanquam amici rebus profpiciebam, vt et tu dignus iis bonis videreris, quae Dii tibi largiti funt, et ego in exercitu non opprimerer. Nam fcire te volo, me iam harum copiarum ope, fi ita velim, neque hoftem afficere damno poffe, neque tibi auxilio effe. Eo fcilicet erga me animo eft exercitus.

23. Atqui teipfo, praeter Deos, qui omnia norunt, teftе vtar: me neque huius exercitus cauſa quidquam abs te habere, neque vnquam ad vſum priuatum ea petiiſſe, quae ipſis debebantur: denique ne illa quidem

ὑπέσχε μοι ἀπήτησα. ὄμνυμι δέ σοι μηδ' ἀποδιδόντος δέξασθαι ἄν, εἰ μὴ καὶ οἱ στρατιῶται ἔμελλον τὰ ἑαυτῶν συναπολαμβάνειν. αἰσχρὸν γὰρ ἦν τὰ μὲν ἐμὰ διαπεπράχθαι, τὰ δὲ ἐκείνων περιορᾶν ἐμὲ κακῶς ἔχοντα, ἄλλως τε καὶ τιμώμενον ὑπ' ἐκείνων.

κδ'. Καίτοι γε Ἡρακλείδῃ λῆρος πάντα ἐδόκει εἶναι πρὸς τὸ ἀργύριον ἔχειν ἐκ παντὸς τρόπου. ἐγὼ δέ, ὦ Σεύθη, οὐδὲν νομίζω γε ἀνδρὶ, ἄλλως τε καὶ ἄρχοντι, κάλλιον εἶναι κτῆμα, οὐδὲ λαμπρότερον ἀρετῆς, καὶ δικαιοσύνης, καὶ γενναιότητος. ὁ γὰρ ταῦτα ἔχων πλουτεῖ μὲν ὄντων φίλων πολλῶν, πλουτεῖ δὲ καὶ ἄλλων βουλομένων γενέσθαι. καὶ εὖ μὲν πράττων ἔχει τοὺς συνηθησομένους· ἐὰν δέ τι σφαλῇ, οὐ σπανίζει τῶν βοηθησόντων.

κε'. Ἀλλὰ γὰρ εἰ μήτε ἐκ τῶν ἐμῶν ἔργων κατέμαθες, ὅτι σοι ἐκ τῆς ψυχῆς φίλος ἦν, μήτε ἐκ τῶν ἐμῶν λόγων δύνασαι τοῦτο γνῶναι, ἀλλὰ τοὺς τῶν

quidem poſtulaſſe, quae mihi es pollicitus. Immo ſacramento tibi confirmo, me non acceptarum ea fuiſſe, niſi etiam milites ſimul acciperent ſtipendium ipſis debitum. Nam turpe mihi fuiſſet, rem meam confectam eſſe, ipſorum cauſa neglecta, praeſertim quum ab illis magno fuerim honore affectus.

25. At enim nugas eſſe putabat Heraclides omnia, praeſtudio argenti quauis ratione cogendi. Ego vero, mi Seuthes, nullam arbitror eſſe homini, ac praeſertim ei qui cum imperio ſit, poſſeſſionem vel pulchriorem, vel ſplendidiorem virtute, iuſtitia, generoſitate animi: quae cui adſunt, non poteſt non diues eſſe, quum multos amicos habeat, atque etiam alii ſe ad ipſius amicitiam adiungere cupiant. Quod ſi fortuna proſpera vtitur, habet qui vna gaudeant: ſin aduerſi quid accidat, non deſunt qui opituleutur.

25. Enimuero ſi neque de factis meis perſpexiſti, me amicum tibi ex animo fuiſſe, neque idem ex oratione mea cogno-

τῶν στρατιωτῶν λόγους κατανόησον. παρῆσθα γὰρ, καὶ ἤκουες ὃς ἔλεγον οἱ ψέγειν ἐμὲ βουλόμενοι. κατηγόρουν μὲν γάρ μου πρὸς Λακεδαιμονίους, ὡς σὲ περὶ πλείονος ποιοίμην, ἢ Λακεδαιμονίους· αὐτοὶ δ' ἐνεκάλουν ἐμοὶ, ὡς μᾶλλον ἐλοίμην, ὅπως τὰ σὰ καλῶς ἔχοι, ἢ ὅπως τὰ ἑαυτῶν. ἔφασαν δέ με καὶ δῶρα ἔχειν παρὰ σοῦ. καίτοι τὰ δῶρα ταῦτα πότερον οἴει αὐτοὺς, κακόνοιάν τινα ἐνιδόντας μοι πρός σε, αἰτιᾶσθαί με ἔχειν παρὰ σοῦ, ἢ προθυμίαν πολλὴν περὶ σὲ κατανοήσαντας;

κε'. Ἐγὼ μὲν οἶμαι πάντας ἀνθρώπους εὔνοιαν δεῖν ἀποδείκνυσθαι τούτῳ, παρ' ὅ ἄν τις δῶρα λαμβάνῃ. σὺ δὲ, πρὶν μὲν ὑπηρετῆσαί τι σοὶ ἐμὲ, ἐδέξω ἡδέως καὶ ὄμμασι καὶ φωνῇ καὶ ξενίοις, καὶ ὅσα ἔσοιτο ὑπισχνούμενος οὐκ ἐνεπίμπλασο· ἐπεὶ δὲ κατέπραξας ἃ ἐβούλου, καὶ γεγένησαι, ὅσον ἐγὼ ἐδυνάμην, μέγιστος, νῦν οὕτω με ἄτιμον ὄντα ἐν τοῖς στρατιώταις τολμᾷς περιορᾶν *.

κς'. Ἀλλὰ

scere potes: saltem' militum verba considerato: Etenim audieras, et quae illi dicerent, qui vituperare me volebant, audiebas. Nam ita me coram Lacedaemoniis accusabant, quasi te pluris quam Lacedaemonios facerem. Reprehendebant, quod tuis consultum mallem, quam ipsorum rebus. Etiam munera me aiebant abs de cepisse. Num igitur existimas, eos, animadversa in me quadam erga te maleuolentia, captorum munerum me insimulasse; an vero, quod insigne studium erga te meum perspicerent?

26. Equidem statuo, neminem non debere animi sui beneuolentiam erga illum declarare, a quo munera accipit. Tu vero me, prius, quam vlla in te officia mea extarent, perhumaniter et vultu, et voce, et donis hospitalibus excepisti: quum quidem promittendi finem nullum faceres. Postea quam perfecisti, quae volebas, et opera mea, quantum quidem in me fuit, maximus euasisti; nunc tandem apud milites, honore spoliatum pristino, etiam ipse contemnere audes.

27. At

* Al. hic notam interrogandi ponunt.

κζ'. Αλλὰ μὴν ὅτι σοὶ δόξει ἀποδῶναι, πιστεύω καὶ τὸν χρόνον διδάξειν σε, καὶ αὐτὸν γέ σε οὐκ ἀνέξεσθαι τὰς σοὶ προειμένας εὐεργεσίαν ὁρῶντα ἐγκαλοῦντας σοι, δέομαι ὧν σοῦ, ὅταν ἀποδίδως, προθυμεῖσθαι ἐμὲ παρὰ τοῖς στρατιώταις τοιοῦτον ποιῆσαι, οἷόν περ καὶ παρέλαβες.„

κή. Ακούσας ταῦτα ὁ Σεύθης κατηράσατο τῷ αἰτίῳ τοῦ μὴ πάλαι ἀποδεδόσθαι τὸν μισθόν· καὶ πάντες τὸν Ηρακλείδην ὑπώπτευσαν εἶναι· Εγὼ γάρ, ἔφη, ὅτε διενοήθην πώποτε ἀποστερῆσαι, ἀποδώσω τε.

κθ'. Εντεῦθεν πάλιν εἶπεν ὁ Ξενοφῶν, ἐπεὶ τοίνυν ἀποδιδόναι βούλει, νῦν ἐγώ σου δέομαι δι' ἐμοῦ ἀποδιδόναι, καὶ μὴ παριδεῖν με διά σε ἀνομοίως ἔχοντα ἐν τῇ στρατιᾷ νῦν τε καὶ ὅτε πρός σε ἀφικόμεθα. ὁ δ' εἶπεν· ἀλλὰ ὅτε τοῖς στρατιώταις ἔσῃ δι' ἐμὲ ἀτιμότερος. ἂν τε μένῃς παρ' ἐμοὶ χιλίους μόνους ὁπλίτας ἔχων, ἐγώ σοι τά τε χωρία ἀποδώσω, καὶ τἄλλα ἃ ὑπεσχόμην.

λ'. Ο

27. At enim confido, tempus ipsum te docturum, vt statuas, pecuniam hanc numerandam esse: neque teipsum laturum amplius, vt eos, qui sua profuderunt in te beneficia, queri de te videas. Te quidem oro, vt numerata pecunia, in eum me apud milites locum, in quem accepisti, restituere studeas.

28. Haec quum Seuthes audiisset, exerabatur eum, per quem stetisset, quominus iamdudum stipendium persolutum fuisset. Eum suspicabantur omnes Heraclidem esse. Equidem, ait Seuthes, stipendium numerabo, neque vnquam in animo habui, vt vos illo fraudarem.

29. Tum Xenophon: Si omnino, inquit, persoluere statuisti: rogo te, vt per me id fiat, neque committas, vt propter te alio nunc simapud exercitum loco, quam id temporis fuerim, quum ad te veniremus. Et Seuthes: Per me, ait, contemtui militibus non eris, et si vel cum solis eo grauis armaturae peditibus manseris; dabo castella tibi cum aliis omnibus quae promisi.

λ'. Ο δὲ πάλιν εἶπε, ταῦτα μὲν ἔχειν ἅτως ἂχ οἷόν τε· ἀπόπεμπε δὲ ἡμᾶς· καὶ μήν, ἔφη ὁ Σεύθης, καὶ ἀσφαλέστερον γέ σοι οἶδα ὂν παρ' ἐμοὶ μένειν ἢ ἀπιέναι. ὁ δὲ πάλιν εἶπεν· ἀλλὰ τὴν μὲν σὴν πρόνοιαν ἐπαινῶ· ἐμοὶ δὲ μενεῖν ἂχ οἷόν τε. ὅπως δ' ἂν ἐγὼ ἐντιμότερος ὦ, νόμιζε καί σοι τοῦτο ἀγαθὸν ἔσεσθαι.

λά. Ἐντεῦθεν λέγει Σεύθης· Ἀργύριον μὲν ἂκ ἔχω, ἀλλ' ἢ μικρόν τι, καὶ τοῦτό σοι δίδωμι, τάλαντον· βοῦς δ' ἑξακοσίας, καὶ πρόβατα εἰς τετρακισχίλια, καὶ ἀνδράποδα εἰς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ταῦτα λαβών, καὶ τοὺς τῶν ἀδικησάντων σε ὁμήρους προσλαβών, ἀπιθι.

λβ'. Γελάσας ὁ Ξενοφῶν εἶπεν. ἢν ἓν μὴ ἐξαρκῇ ταῦτα εἰς τὸν μισθόν, τίνος τάλαντον φήσω ἔχειν; ἆρ' ἂκ, ἐπειδή μοι καὶ ἐπικίνδυνόν ἐστιν ἀπιόντι, ἄμεινον φυλάττεσθαι τὰς πέτρας; ἤκουες δὲ τὰς ἀπειλάς. τότε μὲν δὴ αὐτοῦ ἔμειναν.

λγ'. Τῇ

30. Atenim, ſubiecit Xenophon, id fieri nequaquam poteſt. Tantum nos abs te dimittito. Atqui, ait Seuthes, noui ego tutius futurum tibi, ſi mecum maneas, quam ſi diſcedas. Cui Xenophon: Laudo, inquit, ſollicitudinem de me tuam. Mihi tamen nequaquam integrum eſt heic manere; Velim tu exiſtimes, e re tua futurum, vbicunque tandem dignitate auctus fuero.

31. Poſt haec Seuthes: Argenti, ait, copiam hoc tempore non magnam habeo, vnum videlicet talentum, quod tibi do. Boues mihi ſunt ɪɔc, ouium plus minus ɪɪɪɪcɪɔ, mancipia cxx. Haec tu accipe, vna cum illorum, qui te laeſerunt, obſidibus; atque ita diſcedito.

32. Ibi ſubridens Xenophon: Quod ſi haec, ait, non ſufficerint ad ſtipendii perſolutionem, cuius talentum habere me dicam? annon magis expediet, a lapidibus vt mihi caueam, quum iter hoc periculo non careat? Audiſti certe ipſorum minas. Ita tum iſtic manſerunt.

33. Poſtridie

λγ'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀπέδωκεν αὐτοῖς ἃ ὑπέσχετο, καὶ τὰς ταῦτα ἐλάσοντας συνέπεμψεν. οἱ δὲ στρατιῶται τέως μὲν ἔλεγον, ὡς Ξενοφῶν οἴχοιτο πρὸς Σεύθην οἰκήσων, καὶ ἃ ὑπέσχετο αὐτῷ ἀπολῃψόμενος· ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἥκοντα εἶδον, ἤσθησάν τε καὶ προσέθεον.

λδ'. Ξενοφῶν δ', ἐπεὶ εἶδε Χαρμῖνον καὶ Πολύνεικον, ταῦτα, ἔφη, καὶ σέσωσται δι' ὑμᾶς τῇ στρατιᾷ, καὶ παραδίδωμι αὐτὰ ἐγὼ ὑμῖν· ὑμεῖς δὲ διατιθέμενοι διάδοτε τῇ στρατιᾷ. οἱ μὲν ἂν, παραλαβόντες καὶ λαφυροπώλας κατασήσαντες, ἐπώλων, καὶ πολλὴν εἶχον αἰτίαν.

λε. Ξενοφῶν δὲ ὁ πρόσθεν, ἀλλὰ φανερὸς ἦν οἰκαδε παρασκευαζόμενος. ὁ γάρ πω ψῆφος αὐτῷ ἐπῆκτο Ἀθήνησι περὶ φυγῆς. προσελθόντες δὲ αὐτῷ οἱ ἐπιτήδειοι ἐν τῷ στρατεύματι, ἐδέοντο μὴ ἀπελθεῖν πρὶν ἀπαγάγοι τὸ στράτευμα, καὶ Θίμβρωνι παραδοίη.

ΚΕΦ.

33. Postridie Seuthes, quae pollicitus eis fuerat, tradit: simul adiungit suos, qui ea abigerent. Interea milites aiebant, Xenophontem profectum esse ad Seuthen, vt apud ipsum maneret, eaque reciperet, quae ipsi Seuthes promisisset. Verum vbi redeuntem videre, magnopere gaudebant, et ad ipsum accurrebant.

34. Posteaquam Charminum et Polynicum vidit: Haec, inquit, per vos exercitui conservata sunt, quae quidem ego vobis tradó. Vos arbitratu vestro ea distribuite inter milites. Illi, receptis omnibus, et manubiarum venditoribus constitutis, ea distrahebant, et magnopere accusabantur.

35. Xenophon minime accedebat, sed palam se ad iter in patriam comparabat. Necdum enim suffragiis damnatus erat, vt Athenis exularet. Veniunt heic ad eum homines, e toto exercitu lectissimi, atque orant, ne prius discedat, quam copias abduxisset, ac Thimbroni tradidisset.

ΚΕΦ. ή.

Ἐντεῦθεν διέπλευσαν εἰς Λάμψακον, καὶ ἀπαντᾷ τῷ Ξενοφῶντι Εὐκλείδης μάντις Φλιάσιος, Κλεαγόρᾳ υἱὸς, τῶν τὰ ἐνύπνια ἐν Λυκείῳ γεγραφότος. ἔτος συνήδετο τῷ Ξενοφῶντι ὅτι ἐσέσωστο· καὶ ἠρώτα αὐτὸν, πόσον χρυσίον ἔχει. ὁ δ' αὐτῷ ἐπομόσας εἶπεν, ἢ μὴν ἔσεσθαι μηδ' ἐφόδιον ἱκανὸν οἴκαδε ἀπιόντι, εἰ μὴ ἀπόδοιτο τὸν ἵππον καὶ ἃ ἀμφὶ αὐτὸν εἶχεν. ὁ δ' αὐτῷ οὐκ ἐπίστευεν.

β'. Ἐπεὶ δ' ἔπεμψαν Λαμψακηνοὶ ξένια τῷ Ξενοφῶντι, καὶ θύων τῷ Ἀπόλλωνι παρεσκήσατο τὸν Εὐκλείδην, ἰδὼν τὰ ἱερὰ ὁ Εὐκλείδης, εἶπεν ὅτι πείθοιτο, αὐτῷ μὴ εἶναι χρήματα. ἀλλ' οἶδα, ἔφη, ὅτι, κἂν μέλλῃ ποτὲ γενήσεσθαι, φαίνεταί τι ἐμπόδιον, ἐὰν μηδὲν ἄλλο, σὺ σαυτῷ. συνωμολόγει ταῦτα ὁ Ξενοφῶν.

CAP. VIII.

Hinc Lampſacum nauigio traiecerunt, vbi Euclides Phliaſius vates in Xenophontem incidit; eius Cleagorae filius, qui ſomnia in Lyceo pinxit. Is Xenophonti, quod ſaluus rediiſſet, gratulabatur; eumque interrogabat, quantum auri haberet. Cui Xenophon iureiurando ſancto confirmat, ne quidem redituro domum viatici ſatis fore, niſi et equum venderet, et quae circa ſe haberet. Non habebat ei fidem Euclides.

2. Poſtea quum Lampſaceni hoſpitalia munera Xenophonti miſiſſent, atque ille, ſacrum Apollini faciens, Euclidem iuxta ſe ſiſteret; viſis extis, Euclides habere ſe fidem ipſi aiebat, quod a pecunia non eſſet inſtructus. Atque equidem animaduerto, inquit, etiamſi opes olim ſis conſequuturus, quoddam impedimentum apparere; ac ſi nullum aliud fuerit, ipſemet tibi eris impedimento. Fatebatur hoc verum eſſe Xenophon;

φῶν. ὁ δ' εἶπεν, ἐμπόδιος γάρ σοι ὁ Ζεὺς ὁ * Μειλίχιός ἐστι· καὶ ἐπήρετο, εἰ ἤδη ποτὲ θύσειεν, ὥσπερ οἶκοι, ἔφη, εἰώθειν ἐγὼ ὑμῖν θύεσθαι καὶ ὁλοκαυτεῖν. ὁ δὲ οὐκ ἔφη ἐξ ὅτου ἀπεδήμησε τεθυκέναι τοῦτο τῷ Θεῷ. συνεβούλευσεν οὖν αὐτῷ θύεσθαι, καὶ ἃ εἰώθει, ** καὶ ἔφη συνοίσειν ἐπὶ τὸ βέλτιον.

γ'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Ξενοφῶν προελθὼν εἰς Οφρύνιον ἐθύετο, καὶ ὡλοκαύτει χοίρους τῷ πατρίῳ νόμῳ, καὶ ἐκαλλιέρει. καὶ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀφικνεῖται Βίτων καὶ ἅμα Εὐκλείδης χρήματα δώσοντες τῷ στρατεύματι. καὶ ξενοῦνταί τε τῷ Ξενοφῶντι, καὶ ἵππον οὐ ἐν Δαμψάκῳ ἀπέδοτο πεντήκοντα Δαρεικῶν, ὑποπτεύοντες αὐτὸν δι' εὐδειαν πεπρακέναι, ὅτι ἤκουον αὐτὸν ἥδεσθαι τῷ ἵππῳ, λυσάμενοι ἀπέδοσαν, καὶ τὴν τιμὴν οὐκ ἤθελον ἀπολαβεῖν.

δ'. Εντεῦθεν ἐπορεύοντο διὰ τῆς *** Τροίας, καὶ ὑπερβάντες τὴν Ιδην, εἰς Ανταν δρον ἀφικνοῦνται πρῶτον. εἶτα παρὰ

θάλατταν

Xenophon: et Euclides porro: Impedimento tibi est, inquit, Iupiter Milichius. Simul interrogat, anne rem sacram fecisset, quemadmodum in patria, inquit, ego vobis sacrificare, totasque victimas exurere solebam. Negabat ille, se interea, dum patria abfuisset, huic Deo sacrificasse. Quare suadebat Euclides, vt in hunc modum rem sacram faceret, idque ipsi profuturum aiebat.

3. Postridie Xenophon Ophrynium progressus sacrificabat, et porcos integros ritu patrio exurebat, esque tum perlitatum. Venit eodem die Biton cum Euclide, qui pecuniam exercitui daturi erant. Hi cum Xenophonte hospitii necessitudine init., gratis ei restituunt equum ab se redemtum, quem Lampsaci quinquaginta nummis Dariis vendiderat; quod suspicarentur illum propter inopiam fuisse venditum, quum Xenophon eo mirifice delectaretur, vt ab aliis acceperant.

4. Hinc per Troiam profecti, superata Ida, primo Antandrum perueniunt, inde propter oram

* Cognomentum Iouis apud Athenienses, quasi dicas: Mitis seu clemens.

** Al. omittunt verba: καὶ ἃ εἰώθει. *** Al. Τρωάδος.

θάλατταν πορευόμενοι τῆς * Ασίας, εἰς Θήβης πεδίον. ἐντεῦθεν δι' Ατραμυττίου καὶ Κερτονίου παρ' Ατάρνεα εἰς Καΐκου πεδίον ἐλθόντες, Πέργαμον καταλαμβάνουσι τῆς ** Ασίας. ἐνταῦθα δὲ ξενεῖται Ξενοφῶν παρ' Ελλάδι τῇ Γογγύλου τοῦ Ερετριέως γυναικὶ, καὶ Γοργίωνος καὶ Γογγύλου μητρί.

ε. Αὕτη δ' αὐτῷ φράζει, ὅτι Ασιδάτης ἐστὶν ἐν τῷ πεδίῳ ἀνὴρ Πέρσης. τοῦτον ἔφη αὐτὸν, εἰ ἔλθοι τῆς νυκτὸς σὺν τριακοσίοις ἀνδράσι, λαβεῖν ἄν, καὶ αὐτὸν, καὶ γυναῖκα, καὶ παῖδας, καὶ τὰ χρήματα· εἶναι δὲ πολλά. ταῦτα δὲ καθηγησομένους ἔπεμψε τόν τε αὑτῆς ἀνεψιὸν, καὶ Δαφναγόραν, ὃν περὶ πλείστου ἐποιεῖτο.

ς'. Εχων δὲ ὁ Ξενοφῶν τούτους παρ' ἑαυτῷ, ἐθύετο. καὶ *** Αγασίας ὁ Ηλεῖος μάντις παρὼν εἶπεν, ὅτι κάλλιστα εἴη τὰ ἱερὰ αὐτῷ, καὶ οἱ ὁ ἀνὴρ ἂν ἁλώσιμος εἴη. δειπνήσας δὲ ἐπορεύετο, τούς τε λοχαγοὺς τοὺς μάλιστα φίλους λαβὼν καὶ πιστοὺς γεγενημένους διαπαντὸς, ὅπως εὖ ποιήσαι αὐτούς. συνεξέρχονται δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλοι βιασά-

maris Asiae, ad Thebes campum. Illinc per Atramyttium et Certonium haud procul ab Atarnis ad Caici campum delati, Pergamum Lydiae ciuitatem attigerunt. Heic Xenophon hospitio excipitur ab Hellade, Gongyli Eretrienſis vxore, quae Gorgionis et Gongyli mater erat.

5. Significat haec ipſi, Asidaten in illa esse planitie campestri, hominem natione Persam. Quod si noctu cum ccc aduersus hunc pergeret, posse et ipsum, et vxorem eius, et liberos, et opes, quae quidem magnae sint, capi. Addit etiam, qui duces itineris essent, consobrinum suum, et Daphnagoram, quem maxime faciebat.

6. Quos vbi secum habebat Xenophon, exta consulit. Tum Eleus Agasias hariolus perpulchra esse dixit exta, et posse omnino hominem capi. Quare quum coenasset, sumtis secum praefectis cohortium, amicissimis sibi, et quorum semper ei perspecta fuerat fides, vt aliquo eos beneficio afficeret, proficiscitur. Egrediuntur et alii cum eo quidam, id ferre coacto.

* Al. Λυδίας sed perperam. ** Al. Μυσίας. *** Al. Βασίας.

βιασάμενοι, εἰς ἑξακοσίους. οἱ δὲ λοχαγοὶ ἀπήλαυνον, ἵνα μὴ μεταδοῖεν τὸ μέρος, ὡς ἑτοίμων δὴ χρημάτων.

ζ'. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο περὶ τὰς μέσας νύκτας, τὰ μὲν πέριξ ὄντα ἀνδράποδα τῆς τύρσιος καὶ χρήματα πλεῖστα ἀπέδρα αὐτὸς παραμελήσαντας, ὡς τὸν Ασιδάτην αὐτὸν λάβοιεν, καὶ τὰ ἐκείνου. πυργομαχοῦντες δ' ἐπεὶ οὐκ ἐδύναντο λαβεῖν τὴν τύρσιν, (ὑψηλὴ γὰρ ἦν, καὶ μεγάλη, καὶ προμαχῶνας καὶ ἄνδρας πολλοὺς καὶ μαχίμους ἔχουσα) διορύττειν ἐπεχείρησαν τὸν πύργον. ὁ δὲ τοῖχος ἦν ἐπὶ οὐκτὼ πλίνθων γηίνων τὸ εὖρος.

η'. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ διωρώρυκτο· καὶ ὡς τὸ πρῶτον διεφάνη, ἐπάταξεν ἐνδοθεν βαπτόρῳ τις ὀβελίσκῳ διαμπερὲς τὸν μηρὸν τῶν ἐγγυτάτω· τὸ δὲ λοιπὸν, ἐκτοξεύοντες, ἐποίουν μηδὲ παριέναι ἔτι ἀσφαλὲς εἶναι. κεκραγότων δ' αὐτῶν καὶ πυρσευόντων, ἐβοήθουν Ιταβέλιος μὲν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἐκ Κομανίας δὲ ὁπλῖται * Φρυγοὶ, καὶ ἱππεῖς

coacta, plus minus ccc. Verum ab eis praefecti cohortium discedunt, ne pars pecuniae, quam paratam fore putabant, ipsis cederet.

7. Quum ad locum nocte media peruenissent, mancipia, quae circum turrim erant, aliasque res plurimas dilabi sinunt; vt ipsi, cum suis, Asidate potirentur. Quumque turrim oppugnando capere non possent, quod esset alta, et ampla, neque propugnacula et homines complures ad pugnandum idonei desiderarentur, conati sunt eam perfodere. Habebat muros octo laterculorum fictilium latitudinem.

8. Quamprimum illucesceret, iam perfossus erat et pervius; quum quidam eorum, qui erant intus, veru pungendis bobus facto, femur eius, qui ad turrim proxime accesserat, ictu transfodit. Deinde sagittas excutiendo efficiebant, vt amplius aliquis accedere tuto non posset. Simul clamantibus ipsis, et per ignes signum dantibus, Itabelius cum copiis suis, itemque ex Comania graui armaturae praesidiarii, cum equitibus Hyrcaniis,

* Al. ὁπλῖται Ασσύριοι καὶ Τρκάνιοι ἱππεῖς.

ἱππεῖς Γρηάνιοι, καὶ ἅτοι βασιλέως μισθοφόροι, ὡς ὀγδοήκοντα, καὶ ἄλλοι πελτασταὶ εἰς ὀκτακοσίους. ἄλλοι δ' ἐκ * Παρθενίδ, ἄλλοι δ' ἐξ Ἀπολλωνίας, καὶ ἐκ τῶν πλησίον χωρίων, καὶ ἱππεῖς.

θ'. Ἐνταῦθα δὴ ὥρα ἦν, πῶς ἔσαι ἡ ἄφοδος, σκοπεῖν. καὶ λαβόντες ὅσοι ἦσαν βόες, καὶ πρόβατα, ἤλαυνον, καὶ τὰ ἀνδράποδα, ἐντὸς πλαισίου ποιησάμενοι, ἅτοῖς χρήμασιν ἔτι προσέχοντες τὸν νοῦν, ἀλλὰ μὴ φυγὴ εἴη ἡ ἄφοδος, εἰ καταλιπόντες τὰ χρήματα ἀπίοιεν, καὶ οἵ τε πολέμιοι θρασύτεροι εἶεν, καὶ οἱ στρατιῶται ἀθυμότεροι. νῦν δὲ ἀπῆσαν ὡς περὶ τῶν χρημάτων μαχόμενοι.

ι'. Ἐπεὶ δὲ ὥρα Γογγύλος ὀλίγους μὲν τοὺς Ἕλληνας, πολλοὺς δὲ τοὺς ἐπικειμένους, ἐξέρχεται καὶ αὐτὸς βίᾳ τῆς μητρὸς, τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἔχων, βουλόμενος συμμετασχεῖν τοῦ ἔργου. συνεβοήθει δὲ καὶ Προκλῆς, ἐξ ** Ἐλισάρνης καὶ Τευθρανίας, ὁ ἀπὸ Δαμαράτου.

ια'. Οἱ δὲ περὶ Ξενοφῶντα, ἐπεὶ πάνυ ἤδη ἐπιέζοντο ὑπὸ τῶν

Hyrcaniis, regis ſtipendiariis, plus minus octoginta, et aliis cetratis prope 10ccc, opis ferendae cauſa accurrunt. Idem alii faciunt equites e locis vicinis, Parthenio, Apollonia, caeteris.

9. Iam tempus erat, vt quomodo diſcedendum eſſet, conſideraretur. Quare bobus, quotquot iſtic erant, et ouibus, et mancipiis intra quadratum agmen receptis, abigebant omnia: nec iam de pecunia cogitabant, ſed ne diſceſſus fugae ſimilis eſſet, ſi relictis rebus iam partis abſcederent: ac non ſolum hoſtes audaciores euaderent, ſed etiam milites animis deiectiores: Ita tamen diſceſſum, vt pugnaturi pro praeda viderentur.

10. Quum autem Gongylus Graecos numero paucos eſſe videret, ac multos, a quibus vrgerentur: inuita matre cum copiis ſuis egreditur, vt huius facti particeps eſſet. Ferebat et Procles ex Eliſarne ac Teuthrania noſtris opem, qui genus a Damarato ducebat.

11. Milites Xenophontis, quum iam ſagittis et fundis graviter

*. Al. Παρθενιδ.

** Al. Αλισάρνης.

τῶν τοξευμάτων καὶ σφενδονῶν, πορευόμενοι κύκλῳ, ὅπως τὰ ὅπλα ἔχοιεν πρὸ τῶν τοξευμάτων, μόλις διαβαίνουσι τὸν Καΐκον ποταμὸν, τετρωμένοι ἐγγὺς οἱ ἡμίσεις. ἐνταῦθα καὶ Ἀγασίας Στυμφάλιος ὁ λοχαγὸς τιτρώσκεται, τὸν πάντα χρόνον μαχόμενος πρὸς τὰς πολεμίας. καὶ διασώζονται, ἀνδράποδα ὡς διακόσια ἔχοντες, καὶ πρόβατα ὅσον θύματα.

ιβ. Τῇ δὲ ὑστεραία θυσάμενος ὁ Ξενοφῶν, ἐξάγει νύκτωρ πᾶν τὸ στράτευμα, ὅπως ὅτι μακροτάτην ἔλθοι τῆς Λυδίας, ὥστε μὴ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι φοβεῖσθαι, ἀλλ' ἀφυλακτεῖν. ὁ δ' Ασιδάτης ἀκούσας, ὅτι πάλιν ἐπ' αὐτὸν τεθυμένος εἴη Ξενοφῶν, καὶ παντὶ τῷ στρατεύματι ἤξει, ἐξαυλίζεται εἰς κώμας ὑπὸ τὸ Παρθενικὸν πόλισμα ἐχούσας. ἐνταῦθα οἱ περὶ Ξενοφῶντα συμπεριτυγχάνουσιν αὐτῷ, καὶ λαμβάνουσιν αὐτὸν, καὶ γυναῖκα, καὶ παῖδας, καὶ τὰς ἵππους, καὶ πάντα τὰ ὄντα· καὶ ἔτω τὰ πρότερα ἱερὰ ἀπέβη.

ιγ'. Ἔπειτα πάλιν ἀφικνοῦνται εἰς Πέργαμον. ἐνταῦθα τὸν

viter premerentur, agmine in orbem conuerſo, vt haberent arma telis oppoſita, difficulter Caicum amnem tranſeunt, pene dimidia parte faucii. Fuit et Agalias Stymphalius, cohortis ductor, vulneratus; qui perpetuo aduerſus hoſtes dimicabat. Ita ſalui ſe recipiunt, quum mancipia cc plus minus haberent, et oues, quae ad ſacrificia ſufficerent.

12. Poſtridie Xenophon, facta re ſacra, copias omnes noctu educit, vt quam longiſſime progrederetur in Lydiam, ne propter viciniam metueretur, ac negligentius hoſtes ſibi cauerent. Aſidates poſteaquam intellexit, Xenophontem iterum de copiis aduerſus ſe ducendis exta conſuluiſſe, totoque cum exercitu venturum: caſtra mouet in vicos, ſub oppidum Parthenicum pertinentes. Heic in eum Xenophontis milites incidunt, et ipſum cum vxore, liberis, equis, fortunis omnibus capiunt. Ita priori ſacrificio tum reſpondit euentus.

13. Redeunt deinde Pergamum. Ibi vero Xenophon non

τὸν Θεὸν ἐκ ἠτιάσατο ὁ Ξενοφῶν. συνέπραττον γὰρ καὶ οἱ Λάκωνες, καὶ οἱ λοχαγοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ, καὶ οἱ στρατιῶται, ὥστε ἐξαίρετα λαμβάνειν, καὶ ἵππους, καὶ ζεύγη, καὶ τἆλλα· ὥστε ἱκανὸν εἶναι καὶ ἄλλον ἤδη εὖ ποιεῖν.

ιδ'. Ἐκ τούτου Θίμβρων παραγενόμενος παρέλαβε τὸ στράτευμα, καὶ συμμίξας τῷ ἄλλῳ Ἑλληνικῷ ἐπολέμει πρὸς Τισσαφέρνην καὶ Φαρνάβαζον. ἄρχοντες δὲ οἵδε τῆς βασιλέως χώρας, ὅσην ἐπήλθομεν· Λυδίας, Ἀρτίμας· Φρυγίας, Ἀρτακάμας· Λυκαονίας καὶ Καππαδοκίας, Μιθραδάτης· Κιλικίας, Συέννεσις· Φοινίκης καὶ Ἀραβίας, Δέρνης· Συρίας καὶ Ἀσσυρίας, Βέλεσις· Βαβυλῶνος, Ῥωπάρας· Μηδείας, Ἀρβάκας· Φασιανῶν καὶ Ἐσπερειτῶν, Τηρίβαζος. (Καρδοῦχοι δὲ, καὶ Χάλυβες, καὶ Χαλδαῖοι, καὶ Μάκρωνες, καὶ Κόλχοι, καὶ Μοσύνοικοι, * καὶ Κοῖτοι, καὶ Τιβαρηνοὶ, αὐτόνομοι) Παφλαγονίας, Κορύλας· Βιθυνῶν, Φαρνάβαζος· τῶν ἐν Εὐρώπῃ Θρᾳκῶν, Σεύθης.

ιέ. Ἀριθμὸς

non iam de illo Deo querebatur amplius. Nam et Lacedaemoniis, et cohortium praefectis, et caeteris ducibus, ipsisque militibus adiuuantibus impetrarat, vt et equos, et iuga, et alia quaedam eximia acciperet: quo factum est, vt iam ei facultas etiam benefaciendi aliis non deesset.

14. Secundum haec quum Thimbron veniisset, exercitus ei traditus est: isque copias has cum reliquo agmine Graeco coniungens, bellum Tissapherni et Pharnabazo intulit. Praerant autem hi ditioni regiae, quam nos ingressi peragrauimus: Lydiae, Artimas: Phrygiae, Artacamas: Lycaoniae et Cappadociae, Mithradates: Ciliciae, Syennesis: Phoeniciae et Arabiae, Dernes: Syriae et Assyriae, Belesis: Babyloni, Roparas: Mediae, Arbacas: Phasianis et Hesperitis, Teribazus. (Carduchi, Chalybes, Chaldaei, Macrones, Colchi, Mosynoeci, Coeti, Tibareni, sui iuris erant.) Paphlagoniae cum imperio praerat Dorylas: Bithynis, Pharnabazus: Thracibus, qui in Europa sedes habent, Seuthes.

15. To-

* Al. Κοῖται.

ιέ. Αριθμὸς συμπάσης τῆς ὁδῦ τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως, σταθμοὶ διακόσιοι δεκαπέντε, παρασάγγαι χίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα, στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια διακόσια πεντήκοντα πέντε. χρόνου πλῆθος τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως, ἐνιαυτὸς καὶ τρεῖς μῆνες.

15. Totum iter cum in ascendendo, tum descendendo, castris CCXV. confectum, parasangas habuit CIↃCL, stadia XXXIVCIↃ, et CCLV. Temporis interuallum, quo ascendimus et descendimus, annus vnus, ac tres menses.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΛΟΓΟΣ

Εἰς Ἀγησίλαον τὸν Βασιλέα.

ΚΕΦ. ά.

Οἶδα μὲν, ὅτι τῆς Ἀγησιλάου ἀρετῆς τε καὶ δόξης ὁ ῥᾴδιον ἄξιον ἔπαινον γράψαι, ὅπως δ' ἐγχειρητέον. ὁ γὰρ ἂν καλῶς ἔχοι, εἰ, ὅτι τελέως ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγένετο, διὰ τοῦτο * ὀλιγόνων ἂν τυγχάνοι ἐπαίνων.

β'. Περὶ μὲν οὖν εὐγενείας αὐτοῦ, τί ἂν τις μεῖζον καὶ κάλλιον εἰπεῖν ἔχοι, ἢ ὅτι ἔτι καὶ νῦν τοῖς προγόνοις ὀνομαζομένοις ἀπομνημονεύεται οποσὸς ἀφ' Ἡρακλέους ἐγένετο, καὶ τούτοις οὐκ ἰδιώταις, ἀλλ' ἐκ βασιλέων βασιλεῦσιν;

γ'. Αλλὰ

XENOPHONTIS

ORATIO

De Ageſilao Rege.

CAP. I.

Equidem ſcio non eſſe facile, laudationem Ageſilai virtute ac gloria dignam ſcribere; nihil tamen minus erit mihi hoc conandum. Non enim recte ſe res habeat, cum, quod vir conſummatae virtutis fuerit, propterea minores laudes conſequi.

2. De ipſius igitur generis nobilitate, quid vel maius vel honeſtius dici poſſit, quam quod hac etiam tempeſtate commemoratur, quotus inter illuſtres maiores ſuos ab ipſo Hercule fuerit; neque illos certe priuatos homines, ſed reges ortos ex regibus?

3. Itidem.

* Sunt quibus videtur particula ἂν mutanda eſſe in ὃν, vt eiuſmodi ſit ſenſus: Non aequum eſt, Ageſilaum, quod digne laudari nequeat, propterea nec minores, *ſuis meritis*, conſequi laudes.

γ'. Αλλὰ μὴν ἀδὲ ταύτῃ γ' ἄν τις ἔχοι καταμέμψασθαι αὐτὰς, ὡς βασιλεύσασι μὲν, πόλεως δὲ τῆς ἐπιτυχόσης· ἀλλ' ὥσπερ τὸ γένος αὐτῶν τῆς πατρίδος ἐντιμότατον, ἅτω καὶ ἡ πόλις ἐν τῇ Ελλάδι ἐνδοξοτάτη· ὥστε ἀ δευτέρων πρωτεύσασιν, ἀλλ' ἡγεμόνων ἡγεμονεύσασι.

δ'. Τῆδέ γε μὴν καὶ κοινῇ ἄξιον ἐπαινέσαι τήν τε πατρίδα καὶ τὸ γένος αὐτῶν. ἥ τε γὰρ πόλις ἀδεπώποτε φθονήσασα τῶν προτετιμῆσθαι αὐτὰς, ἐπεχείρησε καταλῦσαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν· οἵ τε βασιλεῖς ἀδεπώποτε μείζονων ὠρέχθησαν, ἢ ἐφ' οἷσπερ ἐξ ἀρχῆς τὴν βασιλείαν παρέλαβον. τοιγαροῦν ἄλλη μὲν ἀδεμία ἀρχὴ φανερά ἐστι διαγεγενημένη ἀδιασπάστως, ἅτε δημοκρατία, ἅτε ὀλιγαρχία, ἅτε τυραννὶς, ἅτε βασιλεία· αὕτη δὲ μόνη διαμένει συνεχὴς βασιλεία.

ε. Ως γε μὴν καὶ πρὶν ἀρξαι ἄξιος τῆς βασιλείας ἐδόκει εἶναι Αγησίλαος, τάδε τὰ σημεῖα. ἐπεὶ γὰρ Αγις βασι-

3. Itidem ne hac quidem in parte eos quisquam vituperare poteſt, quod reges ſane fuerint, at vrbis obſcurae: ſed quemadmodum eorum gens inter alias patriae ornatiſſima eſt, ſic et vrbs ipſa in Graecia maxime eſt illuſtris. Quo fit, vt inter ſecundos non primas obtineant, ſed inter principes principe loco ſint.

4. Hanc etiam ob cauſam aequum eſt, vna et patriam et gentem ipſius laudare. Quippe nunquam vrbs inuidia mota, quod eximiis fruerentur honoribus, euertere eorum imperium molita eſt; et reges nunquam maiora concupiuere, quam pro conditionibus, quibus initio regnum acceperant. Itaque nullum aliud imperium, non popularem ciuitatis ſtatum, non dominationem paucorum, non tyrannidem, non regnum inconuulſum permanſiſſe conſtat; quum ſolum hoc regnum perpetuum ſit.

5. Quod autem Ageſilaus, antequam regnaret, dignus regno videretur, haec ſunt indicia. Nam quum rex Agis vivendi

βασιλεὺς ὢν ἐτελεύτησεν, ἐρισάντων περὶ τῆς ἀρχῆς Λεωτυχίδα μὲν, ὡς Ἀγίδος ὄντος υἱέως, Ἀγησιλάου δὲ, ὡς Ἀρχιδάμου, κρίνασα ἡ πόλις ἀνεπικλητότερον εἶναι Ἀγησιλάου καὶ τῷ γένει καὶ τῇ ἀρετῇ, τοῦτον ἐχήσατο βασιλέα. καίτοι τὸ ἐν τῇ κρατίστῃ πόλει ὑπὸ τῶν ἀρίστων κριθέντα τὰ καλλίστου γέρως ἀξιωθῆναι, ποίων ἔτι τεκμηρίων προσδεῖται τῆς γε, πρὶν ἄρξαι αὐτὸν, ἀρετῆς;

5. Ὅσα γε μὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ διεπράξατο, νῦν διηγήσομαι. ἀπὸ γὰρ τῶν ἔργων καὶ τὰς τρόπους αὐτοῦ κάλλιστα νομίζω καταδήλους ἐσεσθαι. Ἀγησίλαος τοίνυν, ἔτι μὲν νέος ὢν, ἔτυχε τῆς βασιλείας. ἄρτι δὲ ὄντος αὐτοῦ ἐν τῇ ἀρχῇ, ἐξηγγελθη βασιλεὺς Περσῶν ἀθροίζων καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πολὺ στράτευμα, ὡς ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας.

6. Βουλευομένων δὲ περὶ τούτων Λακεδαιμονίων καὶ τῶν συμμάχων, Ἀγησίλαος ὑπέστη, ἐὰν δοῦσιν αὐτῷ * πεντήκοντα μὲν Σπαρτιατῶν, ** τρισχιλίους δὲ νεοδαμώδεις, εἰς ἑξακισχιλίους

vendi finem feciſſet, contendentibus de regno Leotychida, vt Agidis, et Ageſilao, vt Archidami filio, vrbs ipſa, vbi Ageſilaum tum genere, tum virtute, illuſtriorem diiudicaſſet, eum regem conſtituit. At vero quum in vrbe potentiſſima dignus munere pulcerrimo iudicatus fuerit, et quidem a viris optimis, cuiuſmodi amplius opus eſt argumentis virtutis, quae in eo fuerit, antequam imperaret?

6. Quas autem res in imperio ſuo geſſerit, iam commemorabo. Nam de rebus geſtis etiam mores ipſius, mea quidem ſententia, optime indicari poterunt. Ageſilaus itaque regnum adhuc iuuenis conſequutus eſt. Quumque recens imperio potitus eſſet, nuntiatum fuit, Perſarum regem magnas tum nauales, tum terreſtres, copias aduerſus Graecos cogere.

7. Qua de re quum Lacedaemonii ac ſocii deliberarent, pollicitus eſt Ageſilaus, ſe, ſi quinquaginta Spartanos ſibi concederent, cum ter mille libertinis, et ſex millium agmine

* Al. τριάκοντα rectius et

** rectius διςχιλίους, quibus numeris non ſemel fidem faciunt Autoris Hellenica.

κισχιλίȣς δὲ τὸ σύνταγμα τῶν συμμάχων, διαβήσεσθαι εἰς τὴν Ασίαν, καὶ πειράσεσθαι εἰρήνην ποιῆσαι, ἢ, ἂν πολεμεῖν βȣ́ληται ὁ βάρβαρος, ἀσχολίαν αὐτῷ παρέξειν τȣ̃ στρατεύειν ἐπὶ τȣ̀ς Ελληνας.

ή. Εὐθὺς μὲν ȣ̃ν πολλοὶ πάνυ ἠγάσθησαν αὐτὸ τȣ̃το τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἐπειδὴ ὁ Περσης πρόσθεν ἐπὶ τὴν Ελλάδα διέβη, ἀντιδιαβῆναι ἐπ' αὐτόν· τό, τε αἱρεῖσθαι ἐπιόντα μᾶλλον, ἢ ὑπομένοντα, μάχεσθαι αὐτῷ· καὶ τὸ τἀκείνȣ δαπανῶντα βȣ́λεσθαι μᾶλλον, ἢ τὰ τῶν Ελλήνων, πολεμεῖν· κάλλιστον δὲ πάντων ἐκρίνετο, μὴ περὶ τῆς Ελλάδος, ἀλλὰ περὶ τῆς Ασίας τὸν ἀγῶνα καθιστάναι.

θ'. Επει γεμὴν λαβὼν τὸ στράτευμα ἐξεπλεῦσε. πῶς ἄν τις σαφεστερον ἐπιδείξειεν ὡς εστρατήγησεν, ἢ εἰ αὐτὰ διηγήσαιτο ἃ ἔπραξεν; ἐν τοίνυν τῇ Ασίᾳ ἥδε πρώτη πρᾶξις ἐγενετο.

ί. Τισσαφερνης μὲν ὤμοσεν Αγησιλάῳ, εἰ σπεισαιτο, ἕως ἔλθοιεν ȣ̀ς * πεμψοιεν πρὸς βασιλεα ἀγγελȣς, δια-

agmine de sociis coacto, traiecturum in Asiam, operamque daturum, vt vel pacem faceret, vel. si quidem bellum gerere barbarus mallet, nullum ei praeberet otium ad ducendum contra Graecos exercitum.

8. Confestim permulti vehementer illum admirabantur, quod hoc ipsum concupiscerét; quod, quum rex Persicus ante id temporis in Graeciam traiecisset, ipse aduersus illum vice versa traiicere vellet, potiusque putaret inuadendo, quam sustinendo, cum illo pugnandum, malletque facultates eius, quam Graecorum, bello absumendas. Longe autem pulcerrimum esse iudicabatur, quod non de Graecia, sed de Asia certamen institueret.

9. Posteaquam, acceptis copiis, enauigasset, quinam clarius demonstrari possit, quo pacto se in imperatorio munere gesserit, quam si ea commemorentur, quae sunt ab eo gesta? Primum igitur in Asia facinus eius hoc fuit.

10. Iurauerat Agesilao Tissaphernes, si secum inducias pangeret, donec nuntii, quos ad regem

* Al. rectius πέμψειε.

διαπράξεσθαι αὐτῷ ἀφεθῆναι αὐτονόμους τὰς ἐν τῇ Ασίᾳ πόλεις Ελληνίδας. Αγησίλαος δὲ ἀντώμοσε, σπονδὰς ἄξειν ἀδόλως, ὁρισάμενος τῆς πράξεως τρεῖς μῆνας.

ιά. Ο μὲν δὴ Τισσαφέρνης ἃ ὤμοσεν εὐθὺς ἐψεύσατο. ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰρήνην πράσσειν, στράτευμα πολὺ παρὰ βασιλέως, πρὸς ᾧ πρόσθεν εἶχε, μετεπέμπετο· Αγησίλαος δὲ, καίπερ αἰσθόμενος ταῦτα, ὅμως ἐνέμεινε ταῖς σπονδαῖς.

ιβ'. Εμοὶ δὲν τοῦτο πρῶτον καλὸν δοκεῖ διαπράξασθαι, ὅτι Τισσαφέρνην μὲν ἐμφανισας ἐπίορκον, ἄπιστον πᾶσιν ἐποίησεν. ἑαυτὸν δ' ἀντεπιδείξας, πρῶτον μὲν ὅρκῳ ἐμπεδοῦντα, ἔπειτα συνθήκας μὴ ψευδόμενον, πάντας ἐποίησε καὶ Ελληνας καὶ βαρβάρους θαρροῦντας συντίθεσθαι ἑαυτῷ, εἴ τι βούλοιτο.

ιγ'. Επεὶ δὲ μέγα φρονήσας ὁ Τισσαφέρνης ἐπὶ τῷ καταβάντι στρατεύματι, προεῖπεν Αγησιλάῳ πόλεμον, εἰ μὴ ἄπιοι ἐκ τῆς Ασίας, οἱ μὲν ἄλλοι σύμμαχοι, καὶ Λακεδαιμονίων

gem mitteret, reuerſi eſſent, impetraturum ſe ipſi, vt oppida Graeci nominis in Aſia ſui iuris eſſe permitterentur. Ageſilaus ab altera parte iurauerat, ſeruaturum ſe inducias ſine fraude, tribus menſibus ad rem conficiendam definitis.

11. Verum Tiſſaphernes quae iurarat mox mentitus eſt. Nam pro facienda pace, ingentem, praeter eum quem prius habuit, exercitum a rege arceſſebat. Haec tametſi animaduerteret Ageſilaus, nihilominus in induciis perſtitit.

12. Quamobrem mihi primum hoc feciſſe praeclare videtur, quod, dum Tiſſaphernem periurum eſſe declararet, ſuſpectam eius apud omnes fidem reddiderit: contra, dum ſe primo iusiurandum conſtanter ſeruare demonſtraret, deinde foedera minimè violare, perfecit vt omnes tam Graeci quam barbari, fidentibus animis cum eo foedus inirent, ſiquod ei viſum eſt [inire.]

13. Vbi vero Tiſſaphernes, plurimum elatus ob deductum exercitum, bellum Ageſilao denunciaſſet, ni Aſia excederet; cum caeteri quidem ſocii, tum

κεδαιμονίων οἱ παρόντες, μάλα ἀχθεσθέντες φανεροὶ ἐγένοντο, νομίζοντες μείονα τὴν παρεῦσαν δύναμιν Ἀγησιλάῳ τῆς βασιλεως παρασκευῆς εἶναι· Ἀγησίλαος δὲ μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ ἀπαγγεῖλαι τῷ Τισσαφέρνῃ τὰς πρεσβεις ἐκέλευσεν, ὡς πολλὴν χάριν αὐτῷ ἔχοι, ὅτι ἐπιορκήσας αὐτὸς μὲν πολεμίας τὰς θεὰς ἐκτήσατο, τοῖς δὲ Ἕλλησι συμμάχους ἐποίησεν.

ιδ'. Ἐκ δὲ τούτου εὐθὺς τοῖς μὲν στρατιώταις παρήγγειλε συσκευάζεσθαι ὡς εἰς στρατείαν· ταῖς δὲ πόλεσιν, εἰς ἃς ἀνάγκη ἦν ἀφικνεῖσθαι στρατευομένῳ ἐπὶ Καρίαν, προεῖπεν ἀγορὰν παρασκευάζειν. ἐπέστειλε δὲ καὶ Ἰωσι, καὶ Αἰολεῦσι, καὶ Ἑλλησποντίοις, πέμπειν πρὸς αὐτὸν εἰς Ἔφεσον τὰς συστρατευσομένας.

ιε. Ὁ μὲν ἓν Τισσαφέρνης, καὶ ὅτι ἱππικὸν οὐκ εἶχεν ὁ Ἀγησίλαος, ἡ δὲ Καρία ἄφιππος ἦν, καὶ ὅτι ἡγεῖτο αὐτὸν ὀργίζεσθαι αὐτῷ διὰ τὴν ἀπάτην, τῷ ὄντι νομίσας ἐπὶ τὸν αὐτοῦ οἶκον εἰς Καρίαν ὁρμήσειν αὐτόν, τὸ μὲν πεζὸν ἅπαν διεβίβασεν ἐκεῖσε, τὸ δὲ ἱππικὸν εἰς τὸ Μαιάνδρου πεδίον

Lacedaemonii qui aderant, vehementer manifeſteque angebantur, quod Ageſilaum putarent copias in praeſentia habere, apparatu regio minores. Ageſilaus autem hilari admodum vultu renuntiare legatos Tiſſapherni iuſſit, habere ſe magnam ipſi gratiam, quod periurio Deos ſibi quidem infeſtos reddidiſſet, Graecis vero belli ſocios.

14. Deinde militibus mox imperat, ad expeditionem vti ſe accingerent: oppidis autem, ad quae ipſum, in Cariam expeditionem facturum, accedere neceſſe erat, vt commeatum ſibi pararent, denunciat. Etiam Ionibus, Aeoleuſibus, Helleſpontiis mandat, vt Epheſum ad ſe mitterent eos, qui ſecum eſſent militaturi.

15. Tiſſaphernes, partim quod equitatu Ageſilaus non eſſet inſtructus, et Caria equitatui eſſet incommoda, partim quod eum ſuccenſere ſibi putaret ob fraudem, reipſa ſtatuens, eum in Cariam ipſius ſedem irruptorum, vniuerſum peditatum eo tranſportat, equitatum vero in Maeandri planitiem circumducit, quod exiſtimaret

δίον περιήγαγε, νομίζων ἱκανὸς εἶναι καταπατῆσαι τῇ ἵππῳ τὰς Ἕλληνας, πρὶν εἰς τὰ δύσιππα ἀφικέσθαι.

ις'. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος, ἀντὶ τῆς ἐπὶ Καρίαν ἰέναι, εὐθὺς ἀντιστρέψας, ἐπὶ Φρυγίαν ἐπορεύετο· καὶ τάς τε ἐν τῇ πορείᾳ ἀπαντώσας δυνάμεις ἀναλαμβάνων ἦγε, καὶ τὰς πόλεις κατεστρέφετο, καὶ ἐμβαλὼν ἀπροσδοκήτως, παμπληθῆ χρήματα ἔλαβε.

ιζ'. Στρατηγικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἐδόκει διαπράξασθαι, ὅτι, ἐπεὶ πόλεμος προεῤῥήθη, καὶ τὸ ἐξαπατᾶν ὅσιόν τε καὶ δίκαιον ἐξ ἐκείνου ἐγένετο, παῖδα ἀπέδειξε τὸν Τισσαφέρνην τῇ ἀπάτῃ, φρονίμως δὲ καὶ τοὺς φίλους ἐνταῦθα ἔδοξε πλουτίσαι.

ιή. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τὸ πολλὰ χρήματα εἰλῆφθαι, ἀντίπρικα τὰ πάντα ἐπωλεῖτο, τοῖς μὲν φίλοις προεῖπεν ὠνεῖσθαι, εἰπὼν, ὅτι καταβήσοιτο ἐπὶ θάλασσαν ἐν τάχει τὸ στράτευμα κατάγων· τοὺς δὲ λαφυροπώλας ἐκέλευσε γραφομένους ὁπόσου τι πριαίντο, προῖεσθαι τὰ χρήματα· ὡς δὲ ταῦτα προτελέσαντες οἱ φίλοι αὐτῷ,

stimaret, satis sibi esse virium ad proculcandos, equitatûs opera, Graecos, priusquam ad loca equitibus non idonea peruenissent.

16. Agesilaus autem, omissa in Cariam profectione, statimque diuersam in partem se flectens Phrygiam petebat: et occurrentes in itinere copias secum sumens, vna ducebat, et occupabat oppida; quodque praeter expectationem irruisset, magnam opum vim capiebat.

17. Atque hoc ipsius facinus dignum imperatore iudicabatur: quod, quum bellum esset denuntiatum, atque ex eo fraude vti fas et ius esset; non solum Tissaphernem puerum esse dolo declarauit, sed etiam visus sit amicos singulari prudentia collocupletare.

18. Nam quia vili omnia pretio vendebantur, propterea quod magnae opes captae essent; praemonebat amicos vt emerent, se enim celeriter exercitum ad mare deducturum. Manubiarum vero venditoribus imperabat, vt, quanti quid emerent, conlignarent, simulque res illis traderent: quo pacto

τῶ, ἀδὲ τὸ δημόσιον βλάψαντες, πάντες παμπληθῆ χρήματα ἐλαβον.

ιϐ'. Ετι δὲ ὁπότε αὐτόμολοι (ὡς εἰκὸς) πρὸς βασιλέα ἰόντες χρήματα ἐθέλοιεν ὑφηγεῖσθαι, καὶ ταῦτα ἐπεμέλετο ὡς διὰ τῶν Φίλων * αλισκοιεν, ὅπως ἅμα μὲν χρηματίζοιντο, ἅμα δὲ ἐνδοξότεροι γιγνοιντο. διὰ μὲν δὴ ταῦτα εὐθὺς πολλὰς ἐραστὰς της αυτὸ Φιλίας ἐποιήσατο.

κ'. Γιγνώσκων δὲ, ὅτι ἡ μὲν πορθουμενη καὶ ἐρημωμένη χώρα ὀκ ἂν δύναιτο πολὺν χρόνον στράτευμα Φέρειν, ἡ δ' οικουμένη μὲν, σπειρομενη δε, ἀενναον ἂν τὴν τροφὴν παρέχοι, ἐπεμέλετο ὰ μόνον τὰ βία χειρῶσθαι τὰς ἐναντίας, ἀλλὰ καὶ τῶ πραότητι προσάγεσθαι.

κά. Καὶ πολλάκις μὲν προηγόρευε τοῖς στρατιώταις, τὰς ἁλισκομένας μὴ ὡς ἀδίκως τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπους ὄντας Φυλάσσειν. πολλάκις δε, ὁπότε μετεστρατοπεδεύετο **, εἰ αἴσθοιτο καταλελειμμένα παιδάρια μικρὰ ἐμπόρων, ἃ πολλοὶ ἐπώλων, διὰ τὸ νομίζειν,

eto eius amici, nihil quicquam prius perfoluentes, abſque detrimento publicae rei, facultates ingentes vniuerſi conſequerentur,

19. Praeterea quoties transfugae, ita vt fit, ad regem transeuntes, viam ad opes intervertendas commonſtrare volebant; operam dabat, vt opes eae per amicos caperentur, quo illi ſimul et ditarentur, et maiore in hominum eſſent opinione. Has ob cauſas ſtatim perficiebat, vt amicitiam ipſius multi expeterent.

20. Quum autem intelligeret, regionem vaſtatam et ad ſolitudinem redactam, non poſſe diu militum copias ſuſtinere, quum cultus ager, et qui ferit, victum perennem ſuppeditet: curam adhibebat, vt non vi tantum aduerſarios ſubigeret, ſed etiam lenitate ſuas ad partes traduceret.

21. Militibus quoque ſaepenumero denuntiabat, vt captivos non tanquam reos iniuriarum plecterent; ſed velut homines, ſeruarent. Saepe, quoties mutabat caſtra, ſi animadverteret paruos a mercatoribus relictos eſſe pueros, quos ſane multi

* Al. rectius ἁλίσκοιντο, al. ἁλίσκοιτ'.

** Al. μεταστρατοπεδεύοιτο.

ζειν, μὴ δύναθαι ἂν φέρειν αὐτὰ καὶ τρέφειν, ἐπεμέλετο καὶ τούτων, ὅπως συγκομίζοιντό οἱ.

κβ'. Τοῖς δ' αὖ διὰ γῆρας καταλειπομένοις αἰχμαλώτοις προσέταττεν ἐπιμελεῖθαι αὐτῶν, ὡς μήτε ὑπὸ κυνῶν, μήθ' ὑπὸ λύκων διαφθείροιντο· ὥστε ἃ μόνον οἱ πυνθανόμενοι ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἁλισκόμενοι εὐμενεῖς αὐτῷ ἐγίγνοντο. ὁπόσας δὲ πόλεις προσαγάγοιτο, ἀφαιρῶν αὐτῶν ὅσα ἄλλοι δεσπόταις ὑπηρετοῦσι, προσέταττεν ὅσα ἐλεύθεροι ἄρχουσι πείθονται. καὶ τῶν κατὰ κράτος ἁλόντων * τειχέων τὴ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτο.

κγ'. Ἐπεὶ μέντοι ἀνὰ τὰ πεδία, οὐδὲ ἐν τῇ Φρυγίᾳ ἐδύνατο στρατεύεσθαι, διὰ τὴν Φαρναβάζου ἱππείαν, ἐδόκει αὐτῷ ἱππικὸν κατασκευαστέον εἶναι, ὡς μὴ δραπετεύοντα πολεμεῖν δέοι αὐτόν. τοὺς μὲν οὖν πλουσιωτάτους τῶν ἐκεῖ πόλεων ἱπποτροφεῖν κατέλεξε.

κδ'. Προεῖπε

multi vendebant, quod existimarent, eos se vehere ac nutrire non posse; curabat, vt hi quoque simul aliquo deportarentur.

22. Si qui captini ob senectutem relinquerentur, imperabat vt horum etiam haberetur cura, ne vel a canibus vel lupis discerperentur. Quo fiebat, vt non tantum illi, qui haec audiebant, sed etiam ipsi captini, benevolo essent in eum animo. Quascunque vero civitates suas ad partes traduceret, eis adimebat ea ministeria, quae seruis dominis suis praestant; et imperabat vt dicto audientes essent, in quibus homines liberi magistratibus parent. Etiam oppida quaedam, nulla vi expugnabilia, suam in potestatem clementia redigebat.

23. Caeterum quod in locis campestribus, nec in Phrygia cum exercitu, propter equitatum Pharnabazi, subsistere posset; visum est ei, copias quasdam equestres instruendas esse, ne inter fugiendum dimicare cogeretur. Itaque ditissimos quosque iis in vrbibus delegit, qui equos alerent.

* Desideratur post τειχέων accusatiuus τινά

κδ'. Προεῖπε δὲ, ὅστις παρέχοι τὸ ἱππικὸν*, καὶ ὅπλα, καὶ ἄνδρα δόκιμον, ὡς ἐξεσοιτο αὐτῷ μὴ στρατεύεσθαι· καὶ ἐποίησεν ἅτως ἕκαστον προθύμως μαστεύειν. ἔταξε δὲ καὶ πόλεις, ἐξ ὧν δέοι τὰς ἱππέας παρασκευάζειν, νομίζων ἐκ τῶν ἱπποτρόφων πόλεων εὐθὺς καὶ φρονηματίας ** μάλιστα ἂν ἐπὶ τῇ ἱππικῇ γενέσθαι. καὶ τοῦτ' ἂν ἀγαστῶς ἐδοξε πρᾶξαι, ὅτι κατεσκεύαστο τὸ ἱππικὸν αὐτῷ, καὶ εὐθὺς ἐῤῥωμένον ἦν καὶ ἐνεργόν.

κε. Ἐπειδὴ δὲ ἔαρ ὑπέφαινε, συνήγαγε *** πᾶν τὸ στράτευμα εἰς Ἔφεσον, ἀσκῆσαι καὶ αὐτὸ βουλόμενος· ἆθλα τε προὔθηκε καὶ ταῖς ἱππικαῖς τάξεσιν, ἥτις κράτιστα ἂν ἱππεύοι, καὶ ταῖς ὁπλιτικαῖς, ἥτις ἂν ἄριστα σωμάτων ἔχοι· καὶ πελτασταῖς δὲ, καὶ τοξόταις ἆθλα προὔθηκεν, οἵτινες κράτιστοι τὰ προσήκοντα ἔργα φαίνοιντο. ἐκ τούτου δὲ παρῆν ὁρᾶν τὰ μὲν γυμνάσια μεστὰ τῶν ἀνδρῶν γυμναζομένων, τὸν δὲ ἱππόδρομον, ἱππέων ἱππαζομένων, τοὺς δὲ ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς τοξότας ἐπὶ στοίχων ἰόντας.

κς'. Ἀζίαν

24. Praedixit etiam futurum vt, quicunque ſuppeditaret equum, arma, et ſpectata virtute virum, immunis eſſet a militia. Qua re fecit, vt haec quiſque lubenter ſibi conquireret. Conſtituit item, quibus ex vrbibus equites parandi eſſent; quod exiſtimaret ex illis vrbibus, quae equorum erant altrices, mox etiam prodituros quoſdam in equeſtri re maxime animoſos. Quin et illud admiratione dignum feciſſe videtur, quod equitatum inſtituerit, qui et robore ſtatim, et rebus gerendis praeſtabat.

25. Ineunte vere, copias vniuerſas Epheſum cogebat, vt eas exerceret. Proponebat autem turmis equeſtribus praemia, quaecunque ex iis equitandi artem optime teneret: itidemque pedeſtribus, quaecunque corporibus eſſet egregie exercitis: hic et cetratis, et ſagittariis praemia proponebat, quicunque praeclare ſuis functi muneribus eſſent. Secundum haec videre erat gymnaſia plena viris ſeſe exercentibus, hippodromum, equitibus equos agentibus, iaculatores ac ſagittarios per ſeries incedentes.

26. Sed

* Al. παρίχοιτο ἵππον.

** Al. φρονηματίαν.

*** Al. συνήγαγε πᾶν τὸ στράτευμα εἰς Ἔφεσον· ἀσκῆσαι δὲ καὶ αὐτὸ βουλόμενος, ἆθλά τε etc.

κς'. Αξίαν δὲ καὶ ὅλην τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἦν, θέας ἐποίησεν. ἥ τε γὰρ ἀγορὰ μεστὴ ἦν παντοδαπῶν καὶ ὅπλων καὶ ἵππων ὠνίων· οἵ τε χαλκοτύποι, καὶ οἱ τέκτονες, καὶ οἱ σιδηρεῖς, καὶ σκυτεῖς, καὶ ζωγράφοι *, πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκεύαζον· ὥστε τὴν πόλιν ὄντως ** ἡγήσω πολέμου ἐργαστήριον εἶναι.

κζ'. Επερχώθη δ' ἄν τις καὶ εἰδὼν, Αγησίλαον μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους στρατιώτας ἐστεφανωμένους τε, ὅπου ἀπὸ τῶν γυμνασίων ἴοιεν, καὶ ἀνατιθέντας τοὺς στεφάνους τῇ Αρτέμιδι. ὅπου γὰρ ἄνδρες θεοὺς μὲν σέβοιεν, πολεμικὰ δὲ ἀσκοῖεν, πειθαρχίαν δὲ μελετῷεν, πῶς οὐκ εἰκὸς ἐνταῦθα πάντα μετὰ ἐλπίδων ἀγαθῶν εἶναι;

κή. Ηγούμενος δὲ καὶ τὸ καταφρονεῖν τῶν πολεμίων ῥώμην τινὰ ἐμβαλεῖν πρὸς τὸ μάχεσθαι, προεῖπε τοῖς κήρυξι, τοὺς ὑπὸ τῶν ληστῶν ἁλισκομένους βαρβάρους γυμνοὺς πωλεῖν. ὁρῶντες δὴ οἱ στρατιῶται λευκοὺς μὲν, διὰ τὸ μηδέποτε ἐκδύεσθαι, πίονας δὲ καὶ ἀπόνους, διὰ τὸ ἀεὶ ἐπ'

26. Sed et totam Epheſum, vbi tum degebat, ſpectatu dignam effecit. Nam forum omnis generis armis et equis venalibus plenum erat; et fabri aerarii, lignarii, ferrarii, ſutores, pictores, omnes adeo bellica parabant arma, vt reverà putaſſes, vrbem belli officinam eſſe.

27. Confirmabat hoc quoque animum alicuius, quod primum ipſum Ageſilaum, deinde milites caeteros, ſertis redimitos, e gymnaſiis diſcedere videret, ipſaſque corollas Dianae ſuſpendere: Nam vbi homines religioſe Deos venerantur, et bellicis in rebus exercentur, et debitum praeſtare obſequium curant, qui non iſtic conſentaneum ſit, optima ſpe cuncta plena eſſe?

28. Quum item exiſtimaret, contemtum hoſtium robur quoddam in animis ad pugnandum excitare; praeconibus edixit, vt capti a praedonibus barbari, nudi venderentur. Itaque milites, qui albos quidem eos eſſe cernerent, quod ſe nunquam exuere ſolerent; ſed pingues, nulliſque laboribus exercitos,

* Al. γραφεῖς.

** Al. ὄντως ἂν ἡγήσω.

ἐπ' ὀχημάτων εἶναι, ἐνόμισαν μηδὲν διοίσειν τὸν πόλεμον ἢ εἰ γυναιξὶ δέοι μάχεσθαι. προεῖπε δὲ καὶ τοῦτο τοῖς στρατιώταις, ὡς εὐθὺς ἡγήσοιτο τὴν συντομωτάτην ἐπὶ τὰ κράτιστα τῆς χώρας, ὅπως αὐτόθεν * αὐτῷ τὰ σώματα καὶ τὴν γνώμην παρασκευάζοιντο, ὡς ἀγωνιούμενοι.

κθ. Ὁ μέντοι Τισσαφέρνης ταῦτα μὲν ἐνόμισε λέγειν αὐτὸν, πάλιν βουλόμενον ἐξαπατῆσαι, εἰς Καρίαν δὲ νῦν τῷ ὄντι ἐμβαλεῖν. τό, τε ἅρμα πεζὸν, καθάπερ τὸ πρόσθεν, εἰς Καρίαν διεβίβασε, καὶ τὸ ἱππικὸν εἰς τὸ Μαιάνδρου πεδίον κατέστησεν. ὁ δὲ Ἀγησίλαος οὐκ ἐψεύσατο, ἀλλ', ὥσπερ προεῖπεν, ** εὐθὺς τὸν Σαρδιανὸν τόπον ἐχώρησε. καὶ τρεῖς μὲν ἡμέρας δι' ἐρημίας πολεμίων πορευόμενος, πολλὰ τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ παρεῖχε· τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἦκον οἱ τῶν πολεμίων ἱππεῖς.

λ'. Καὶ τῷ μὲν ἄρχοντι τῶν σκευοφόρων εἶπεν ὁ ἡγεμὼν, διαβάντι τὸν Πακτωλὸν *** στρατοπεδεύεσθαι· αὐτοὶ δὲ κατιδόντες τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀκολάθους **** ἐπῃρμένους καθ'

ercitos, quod vehiculis semper vterentur; bellum hoc non aliud fore putabant, atque si praelio cum faeminis decernendum esset. Praedixit etiam militibus, mox se ducturum ad opulentissimam regionis partem, via maxime compendiaria: vt si hoc ipso tum corpora, tum animi, ad pugnam praeparentur.

29. Enimuero Tissaphernes haec Agesilaum dicere putabat, qui rursum dolo se circumvenire vellet: quum tamen reapse iam impetum in Cariam facturus esset. Itaque peditatum, vti prius quoque factum erat, in Cariam traducit; equitatu in Maeandri planitie subsistere iussо. At vero Agesilaus, quod praedixerat, praestitit; ac recta Sardianam in regionem progressus est. Quumque triduum, hoste nullo conspecto, progrederetur, magnam rerum necessariarum copiam exercitui suppeditabat. Die quarto equites hostium aderant.

30. Eorum dux impedimentorum praefecto mandat, vt amne Pactolo traiecto, castra metaretur. Ipsi vero conspicati eos, qui Graecorum agmen

* Al. rectius ἕτω pro αὐτῷ.
** Lege: εὐθὺς εἰς τὸν etc. ex Hellen.
*** Al. hic inferunt ποταμὸν.
**** Pro ἐπῃρμένους rectius scribitur ἐσπαρμένους in Hellen.

καθ' ἁρπαγήν, πολλὰς αὐτῶν ἀπέκτειναν. αἰσθόμενος δὲ ὁ Ἀγησίλαος, βοηθεῖν ἐκέλευσε τὰς ἱππέας. οἱ δ' αὖ Πέρσαι, ὡς εἶδον τὴν βοήθειαν, ἠθροίσθησαν καὶ ἀντιπαρετάξαντο παμπληθέσι τῶν ἱππέων τάξεσιν.

λά. Ἐνθα δὴ ὁ Ἀγησίλαος γιγνώσκων, ὅτι τοῖς μὲν πολεμίοις ἔπω παρείη τὸ πεζὸν, αὐτῷ δὲ ἐδόκει ἀπεῖναι τῶν παρεσκευασμένων, καιρὸν ἡγήσατο μάχην συνάψαι, εἰ δύναιτο. σφαγιασάμενος δὲ, τὴν μὲν φάλαγγα εὐθὺς ἦγεν ἐπὶ τὰς ἀντιτεταγμένας ἱππέας, ἐκ δὲ τῶν ὁπλιτῶν ἐκέλευσε * τινὰς ἀφ' ἥβης θεῖν ὁμόσε αὐτῷ, τοῖς δὲ πελτασταῖς εἶπε δρόμῳ ὑφηγεῖσθαι. παρήγγειλε δὲ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐμβαλεῖν **, ὡς αὐτός τε καὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος ἑπομένου.

λβ'. Τὰς μὲν δὴ ἱππέας ἐδέξαντο οἱ ἀγαθοὶ τῶν Περσῶν. ἐπειδὴ δὲ ἅμα *** δεινὰ παρῆν ἐπ' αὐτούς, ἐνέκλιναν, καὶ οἱ μὲν αὐτῶν εὐθὺς ἐν τῷ ποταμῷ ἔπεσον,

agmen sequebantur, hinc inde palatos praedam agere; complures ex iis trucidant. Id animaduertens Agesilaus, equites suis opem ferre iubet. Persae quum viderent copias his auxiliares summitti; colligunt sese, ac vniuersas equestres turmas, in aciem explicatas, Graecis opponunt.

31. Ibi vero Agesilaus secum ipse cogitans, necdum hostibus peditatum adesse, sibi vero nihil eorum, quae ad bellum parauerat, deesse: opportune se pugnam commissurum arbitrabatur, si posset. Itaque caelis victimis, recta phalangem adversus instructos equites ducebat; mandans, vt ex peditibus armaturae grauis, qui pubertatem excesserant, secum in hostem cursu ferrentur, et iussis itidem cetratis cursu subsequi; equitatui quoque denuntiat, vt impetum faceret; se, cum copiis vniuersis, subsequuturum pollicitus.

31. Exceperunt impressionem equitum Persae, quotquot erant viri fortes. At vbi simul imminere omnia terribilia vident, acie inclinata, partim recta in flumen decidunt, partim

* Pro τινὰς ἀφ' ἥβης ibid. scribitur τὰς δίκα ἀφ' ἥβης, vt sit sensus: eos qui annis decem pubertatem excesserant.

** Al. ἐμβάλλειν.

*** Al. ἅμα πάντα τὰ δεινά.

σον, οἱ δὲ ἄλλοι ἔφευγον. οἱ δὲ Ελληνες ἑπόμενοι αἱρῶσι καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν. καὶ οἱ μὲν πελτασαὶ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐφ' ἁρπαγὴν ἐτρέποντο. ὁ δὲ Αγησίλαος ἔχων κύκλῳ πάντα καὶ φίλια καὶ πολέμια, περιεστρατοπεδεύσατο.

λγ'. Ως δὲ ἤκουσε τὰς πολεμίας ταράττεσθαι, διὰ τὸ αἰτιᾶσθαι ἀλλήλας τᾶ γεγενημένᾳ, εὐθὺς ἦγεν ἐπὶ Σάρδεις· κἀκεῖ ἅμα μὲν ἔκαιε καὶ ἐπόρθει τὰ περὶ τὸ ἄστυ, ἅμα δὲ καὶ κήρυγμά τι * ἐδήλα, τὰς μὲν ἐλευθερίας δεομένας ὡς πρὸς σύμμαχον αὐτὸν παρεῖναι· εἰ δέ τινες τὴν Ασίαν ἑαυτῶν ποιοῦνται, πρὸς τὸ ἐλευθερᾶν τὰς διακρινομένας **, ἐν ὅπλοις παρεῖναι.

λδ'. Επεὶ μέντοι ἀδεὴς ἀντεξῄει, ἀδεῶς δὴ τὸ ἀπὸ τούτου ἐστρατεύετο, τὰς μὲν πρόσθεν προσκυνεῖν Ελληνας ἀναγκαζομένας ὁρῶν τιμωμένας ὑφ' ὧν ὑβρίζοντο, τὰς δ' ἀξιοῦντας καὶ τὰς τῶν θεῶν τιμὰς καρποῦσθαι, τούτους πείσας μηδ' ἀντιβλέπειν τοῖς Ελλησι δύνασθαι, καὶ τὴν μὲν τῶν φίλων χώραν ἀδῄωτον

tim fuga sibi consulunt. Eos subsequuti Graeci, etiam castris hostium potiuntur. Tum vero cetrati, vt fit, ad praedas se conuertunt. Agesilaus vndique omnes tum hostium, tum suorum res, castris positis, complectitur.

33. Quumque perturbari hostes audiisset, quod alter in alterum rei male gestae culpam conferret; consestim Sardes exercitum ducit. Ibi simul ferro ac flamma, quae circum vrbem erant, vastabat, et proclamationem quandam edebat, vt, quicunque liberi esse vellent, ad se tanquam opitulatorem accederent. Sin aliqui Asiam sibi vindicarent, ad liberandum eos, de quibus disceptaretur, armati adessent.

34. Postcaquam nemo aduersus eum prodiret, libere, metu posito, deinceps bellum gerebat; quum quidem videret Graecos, qui prius summisse venerari Persas cogerentur, ab ipsis honore adhici, a quibus petulanter tractati fuerant: quum illos, qui antehac diuinis frui voluissent honoribus, eo redegisset, vt ne quidem aspicere Graecos possent: quum denique

* Al. κηρύγματι ἐδήλα.

** Al. sublato commate: τὰς διακρινομένας ἐν etc. vt intelligatur de Agesilai copiis, qui decertaturi in armis adsint.

τον παρέχων, τὴν δὲ τῶν πολεμίων ὕτω καρπόμενος, ὥστε ἐν δυσὶν ἐτοῖν πλεον τῶν ἑκατὸν ταλάντων τῷ θεῷ ἐν Δελφοῖς δεκάτην ἀποθυσαι.

λε. Ὁ μέντοι Περσῶν βασιλεὺς, νομίσας Τισσαφέρνην αἴτιον εἶναι τὰ κακῶς φέρεσθαι τὰ ἑαυτῷ, Τιθραύστην καταπέμψας, ἀπέτεμεν αὐτῷ τὴν κεφαλήν. μετὰ δὲ τοῦτο τὰ μὲν τῶν βαρβάρων ἔτι ἀθυμότερα ἐγένετο, τὰ δὲ Ἀγησιλάου πολὺ ἐρρωμενέστερα. ἀπὸ πάντων γὰρ τῶν ἐθνῶν ἐπρεσβεύοντο περὶ φιλίας, πολλοὶ δὲ καὶ ἀφίσαντο πρὸς αὐτὸν, ἐρεγόμενοι τῆς ἐλευθερίας· ὥστε ἔτι Ἑλλήνων μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων πολλῶν ἡγεμὼν ἦν Ἀγησίλαος.

λϛ'. Ἄξιον γέμην καὶ ἐντεῦθεν ὑπερβαλλόντως ἄγαθαι αὐτὸν, ὅτις ἀρχὴν μὲν παμπόλλων ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλεων, ἀρχὴν δὲ καὶ νήσων, ἐπεὶ καὶ τὸ ναυτικὸν προσῆψεν αὐτῷ ἡ πόλις, αὐξανόμενος καὶ εὐκλείᾳ καὶ δυνάμει, παρὼν δ' αὐτῷ πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς χρῆσθαι ὅ, τι ἐβούλετο, πρὸς δὲ τούτοις, τὸ μέγιστον, ἐπινοῶν καὶ ἐλπίζων κατα-

que effeciſſet, vt amicorum ager minime vaſtaretur; dum ipſe de hoſtili fructus eos percepit, vt intra biennium decumam Delphico Deo conſecraret, centum talentis ampliorem.

35. Caeterum Perſarum rex, arbitratus Tiſſaphernem in culpa eſſe, quamobrem res ſuae male procederent; miſſo Tithraulie, caput ei praecidi iuſſit. Secundum ea barbari magis abiectis eſſe animis. Ageſilai rebus multum roboris accedere. Nam legati ad amicitiam mundam omnibus a nationibus mittebantur, et plerique ad eum deficiebant, libertatis deſiderio ducti. Quare iam non Graecorum modo, ſed multorum etiam barbarorum dux erat Ageſilaus.

36. Aequum eſt etiam, ex hoc ſumma hominem admiratione proſequi; quod, quum imperium teneret complurium in continente ciuitatum, atque etiam inſularum, poſteaquam ei claſſem quoque patria tradidit, iam ſuccreſcens famae celebritate ac potentia, nauctuſque poteſtatem vtendi multis commodis, et quod maximum erat, iam volueus animo ſpeque concipiens, euerſionem eius imperii,

καταλύσειν τὴν ἐπὶ τὴν Ελλάδα ςρατεύσασαν πρότερον ἀρχὴν, ὅμως ὑπ' ȣ̓δενὸς τȣ́των ἐκρατήθη· ἀλλ' ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι * τελῶν . . . βοηθεῖν τῇ πατρίδι, ἐπείθετο τῇ πόλει, ȣ̓δὲν διαφερόντως ἢ εἰ ἐν τῷ ** φορεῖ ἔτυχεν ἑςηκὼς μόνος παρὰ τȣ̀ς πέντε· μάλα ἔνδηλον ποιῶν, ὡς ȣ̓̈τε ἂν πᾶσαν τὴν γῆν δέξαιτο ἀντι πατρίδος, ȣ̓̈τε τȣ̀ς ἐπικτήτȣς ἀντὶ τῶν ἀρχαίων φίλων, ȣ̓̈τε αἰσχρὰ καὶ ἀκίνδυνα κέρδη μᾶλλον, ἢ μετὰ κινδύνων τὰ κάλὰ καὶ δίκαια.

λζ'. Οςον γεμὴν χρόνον ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἔμεινε, πῶς ȣ̓κ ἀξιέπαινȣ βασιλέως καὶ τȣ̃τ' ἔργον ἐπεδείξατο, ὅςις παραλαβὼν πάσας πόλεις, ἐφ' ἃς ἄρχων ἐξέπλευσε, ςασιαζȣ́σας, διὰ τὸ τας πολιτείας κινηθῆναι, ἐπεὶ οἱ Αθηναῖοι τῆς ἀρχῆς ἐληξαν, ἐποίησεν, ὥςτ' ἄνευ φυγῆς καὶ θανάτων, ἕως αὐτὸς παρῆν, ομονόως πολιτευομενας καὶ εὐδαίμονας τὰς πόλεις διατελέσαι;

λή. Τοιγαρȣ̃ν οἱ ἐν τῇ Ασίᾳ Ελληνες ȣ̓χ ὡς ἄρχοντος μόνον,

imperii; quod prius Graeciam armis inuaserat: nihilominus ab harum rerum nulla vinci se passus sit, sed vbi domo venisset ad eum quidam a magistratibus, qui eum opitulari patriae iuberet; parebat perinde reipublicae, ac si tunc forte solus in Ephororum curia propter Quinqueuiros constitisset. Qua quidem re insigniter declarauit, non se terram vniuersam patriae, nec posterius adquisitos amicis veteribus, nec turpia lucra, nullo cum periculo coniuncta, honestis ac iustis, quae periculum habeant, anteferre.

37. Qui non etiam hoc regis laude digni facinus sit, quod imperii sui tempore, quum civitates omnes, ad quas imperans domo nauigauerat, intestinis dissidiis laborantes accepisset (quoniam essent mutatae respublicae, posteaquam ademtum Atheniensibus imperium fuerat) perfecerit, vt absque exiliis et caedibus, quam quidem diu aderat ipse, magna cum animorum concordia semper administrarentur, et felices essent?

38. Enimuero Graeci, quotquot incolunt Asiam, non eius ex Asia

* Inserenda sunt vocabula ὁ ἐπιςέλλων, vti recte colligit Leuncl. ex lib. 4to Hellen.

** Rectius ἐφορείῳ.

μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς πατρὸς, καὶ ἑταίρου ἀπιόντος αὐτῷ ἐλυπῶντο. καὶ τέλος ἐδήλωσαν, ὅτι ἀ πλατὴν τὴν Φιλίαν παρείχοντο· ἐθελόσιοι γὰν αὐτῷ συνεβοήθησαν τῇ Λακεδαίμονι, καὶ ταῦτα, εἰδότες, ὅτι ἀ χείροσιν ἑαυτῶν δεήσει μάχεσθαι. τῶν μὲν δὴ ἐν τῇ Λσίᾳ πράξεων τὸ τέλος ἐγένετο.

ΚΕΦ. β'.

Διαβὰς δὲ τὸν Ελλήσποντον, ἐπορεύετο διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν, ὥνπερ ὁ Πέρσης τῷ παμπληθεῖ στόλῳ· καὶ ἣν ἐνιαυσίαν ὁδὸν ὁ βάρβαρος ἐποιήσατο, ταύτην μεῖον ἢ ἐν μηνὶ κατήνυσεν ὁ Αγησίλαος. ἀ γὰρ ὡς ὑσεχήσειε τῆς πατρίδος ἐπροθυμεῖτο.

β'. Επεὶ δὲ ἐξαμείψας Μακεδονίαν, εἰς Θετταλίαν ἄφικετο, Λαρισσαῖοι μὲν, καὶ Κρανώνιοι, καὶ Σκοτουσαῖοι, καὶ Φαρσάλιοι σύμμαχοι ὄντες Βοιωτοῖς, καὶ πάντες δὲ Θετταλοὶ, πλὴν ὅσοι αὐτῶν φυγάδες τότε ὄντες ἐτύγχανον, ἐκακάζεγον ἅτοι ἑφεπόμενοι. ὁ δὲ τεως μὲν ἦγεν ἐν πλαισίῳ

Asia discessum, ceu principis tantum, sed etiam vt patris, ac sodalis dolebant, et tandem declarabant, non ei se fictitiam beneuolentiam exhibere. Nam sponte cum eo profecti sunt, ad ferendum suppetias Lacedaemoni; quum quidem scirent, sibi non aduersus deteriores se pugnandum esse. Atque hic rerum in Asia gestarum finis fuit.

CAP. II.

Caeterum Hellesponto traiecto, per easdem nationes iter faciebat, per quas Persarum rex illo ingenti cum exercitu: et quae via confecta totius anni spatio fuerat a rege barbaro, eam minori quoque quam mensis spatio Agesilaus confecit. Non enim hoc propositum eius erat animo, vt serius patriae succurreret.

2. Postea quam Macedonia peragrata, Thessaliam ingressus est; Lariſſaei, Cranonii, Scotussaei, Pharsalii, Boeotorum socii, omnesque adeo Thessali, exceptis qui tunc in exilio degerent, a tergo sequentes eum infestabant. Ducebat antehac Agesi-

πλαισίῳ τὸ στράτευμα, τὰς ἡμίσεις μὲν ἔμπροσθεν, τὰς ἡμίσεις δὲ ἐπ' ἀρὰν ἔχων τῶν ἱππέων. ἐπεὶ δ' ἐκώλυον τῆς πορείας αὐτὸν οἱ Θετταλοὶ ἐπιτιθέμενοι τοῖς ὄπισθεν, παραπέμπει ἐπ' ἀρὰν καὶ τὸ ἀπὸ τᾶ προηγμένα στρατεύματος, πλὴν * τῶν περὶ αὐτόν.

γ'. Ὡς δὲ παρετάξαντο ἀλλήλοις, οἱ μὲν Θετταλοὶ νομίσαντες ἂν ἐν καλῷ εἶναι πρὸς τὰς ὁπλίτας ἱππομαχεῖν, τρέψαντες **, βάθην ἀπεχώρων· οἱ δὲ μάλ' ἀφρόνως ἐφείποντο. γνὺς δὲ ὁ Ἀγησίλαος ἃ ἑκάτεροι ἡμάρτανον, παραπέμπει τὰς ἀμφ' αὐτὸν μάλα εὐρώστους ἱππέας, καὶ κελεύει τοῖς τε ἄλλοις παραγγέλλειν, καὶ αὐτὰς διώκειν κατὰ κράτος, καὶ μηκέτι δύναμ αὐτοῖς ἀναστροφήν. οἱ δὲ Θετταλοὶ ὡς εἶδον παρὰ δόξαν ἐλαύνοντας, οἱ μὲν αὐτῶν ἀδ' ἀνέστρεψαν, οἱ δὲ καὶ ἀναστρέφειν πειρώμενοι, πλαγίους ἔχοντες *** τὰς ἵππους, ἡλίσκοντο.

δ'. Πολύχαρμος μέντοι ὁ Φαρσάλιος ἱππαρχῶν ἀνέστρεψε

laus copias quadrato agmine, quum partem equitum dimidiam a fronte, dimidiam a tergo haberet. Verum poſteaquam Theſſali extremos adorti, quo minus in itinere pergeret, prohibebant: partem eorum qui primo erant in agmine, partem ſatellitum ſuorum ad agmen vltimum mittit.

3. Quumque acies eſſent vtrinque inſtructae, Theſſali non ſatis commode ſe praelio equeſtri congreſſuros cum gravis armaturae peditibus arbitrati; terga dabant, ac pedetentim diſcedebant, illis imprudenter admodum eos perſequentibus. Ageſilaus, erratis vtrorumque animadverſis, equites, quos ſecum habebat, robuſtos admodum mittit; vtque tum ipſi hoſtem ſummo perſequerentur impetu, nec conuertendi ſe poteſtatem ei facerent, tum aliis idem denuntiarent, mandat. Eos quum Theſſali praeter opinionem equos adigere viderent, hi quidem ſe non conuertebant, illi vero id facere conati, ab equitibus, quos tranſuerſos habebant, intercipiebantur.

4. Conuertit inter alios ſeſe Polycharmus Pharſalius, equitum

* Al. πλὴν τῶν περὶ αὐτόν. ** Al. τρέψαντες. *** Al. τὰς ἱππικάς.

στρεψέτε, καὶ μαχόμενος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπεθνήσκει. ὡς δὲ τοῦτο ἐγένετο, φυγὴ γίνεται ἐξαισία· ὥστε οἱ μὲν ἀπεθνήσκον αὐτῶν, οἱ δὲ καὶ ζῶντες ἡλίσκοντο. ἐπτὰν δ' ἔν ᾧ πρόσθει, πρὶν ἢ ἐπὶ τῷ ὄρει τῶν Ἀθρανίων* ἐγένοντο.

ε. Καὶ τότε μὲν δὴ ὁ Ἀγησίλαος τρόπαιόν τε ἔστησατο μεταξὺ Πραντὸς καὶ *Νερθηκίδ' καὶ αὐτοῦ κατέμεινε, μάλα ἡδόμενος τῷ ἔργῳ, ὅτι τοὺς μεγίστου Φρονοῦντας ἐφ' ἱππικῇ ἐνενικήκει σὺν ᾧ αὐτὸς ἐμηχανήσατο ἱππικῷ. τῇ δὲ ὑστεραία ὑπερβάλλων τὰ Ἀχαϊκὰ τῆς Φθίας ὄρη, τὴν λοιπὴν ἤδη πᾶσαν διὰ Φίλιος ἐπορεύθη εἰς τὰ τῶν Βοιωτῶν ὅρια.

ς'. Ἐνταῦθα δὴ ἀντιτεταγμένους εὗρεν Θηβαίους, **Ἀθηναίους, Κορινθίους, Αἰνιᾶνας, Εὐβοέας, καὶ Λοκροὺς ἀμφοτέρους, οὐδὲν ἐμελλήτευν, ἀλλ' εὐθὺ τὸ φάλαγξ αὐτοῖς παρεταξατο. Λακεδαιμονίων μὲν ἔχων μόραν καὶ ἥμισυ, τῶν δ' αὐτόθεν συμμάχων Φωκέας καὶ Ὀρχομενίους μόνους, τὸ τ' ἄλλο *** στράτευμα, ὅπερ ἡγάγετο αὐτός.

ζ'. Καὶ

tum magiſter, et vna cum ſuis dimicans interfectus eſt. Quod vbi accidiſſet, ingens fuga facta fuit, ita vt alii occiderentur, alii viui caperentur. Neque prius ſubſtitere, quam ad montem Narthacienſium perveniſſent.

5. Statuit tunc Ageſilaus tropaeum inter Prantem ac Narthacium, et manſit ibi, mirifice delectatus hoc facinore; quod eos, qui ſe plurimum ob rem equeſtrem efferunt, viciſſet eo cum equitatu, quem ipſemet inſtituiſſet. Poſtridie Achaicis Phthiae montibus ſuperatis, deinceps per regionem pacatam profectus eſt ad Boeotorum vſque fines.

6. Ibi quum in acie ſtantes adverſus ſe reperiſſet Thebanos, Athenienſes, Corinthios, Aenianes, Euboenſes, Locros vtroſque; nihil cunctatus, aperte ſtruebat aciem, quum cohortem ſecum ſe adduxiſſet Lacedaemoniorum tam cum ſemiſſe haberet, et ex ſociis, qui habitant iis in locis, ſolos Phocenſes et Orchomenios, cum reliquis copiis, quas ipſe ducebat.

* Male pro Ναρθακίων vti conflat ex Hellen. IV. 3. 4. ſic paulo poſt male Ναρθηκίδι pro Ναρθακίδι.

** Helleniſta poſt Ἀθηναίους habent Ἀργείους ibid. §. 8.

*** Al. τὸ δὲ ἄλλο.

ζ'. Καὶ ἀ τᾶτο λέξων ἔρχομαι, ὡς πολὺ μὲν ἐλάττας, πολὺ δὲ χείρονας ἔχων, ὅμως συνέβαλλεν· * (εἰ γὰρ ταῦτα λέγοιμι, Αγησίλαόν τ' ἄν μοι δοκῶ ἄφρονα ἀποφαίνειν, καὶ ἐμαυτὸν μωρὸν, εἰ ἐπαινοίην τὸν περὶ τῶν μεγίστων εἰκῆ κινδυνεύοντα) ἀλλὰ μᾶλλον τὰ δ' αὐτᾶ ἄγαμαι, ὅτι πλῆθός τε ἀδὲν μεῖον, ἢ τὸ τῶν πολεμίων παρεσκευάσατο, ὥπλισέ τε ἅτως, ὡς ἅπαντα μὲν χαλκὸν, ἅπαντα δὲ φοίνικα φαίνεσθαι.

ἡ. Επεμελήθη δὲ, ὅπως οἱ κρατιῶται τὰς πόνας δυνήσαιντο ** ὑποφέρειν. ἐνέπλησε δὲ καὶ φρονήματος τὰς ψυχὰς αὐτῶν, ὡς ἱκανοὶ εἶεν πρὸς ἅτινας δέοι μάχεσθαι. ἔτι δὲ φιλονεικίαν ἐνέβαλε πρὸς ἀλλήλας τοῖς μετ' αὐτᾶ, ὅπως ἕκασοι αὐτῶν ἄριστοι φαίνοιντο. ἐλπίδων γεμὴν πάντας ἐνέπλησεν, ὡς πᾶσι πολλὰ κἀγαθὰ ἔσοιτο, εἰ ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνοιντο· νομίζων ἐκ τῶν τοιάτων ἀνθρώπων προθυμότατα τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι· καὶ μέντοι ἀκ ἐψεύσθη.

θ'. Διηγήσομαι δὲ καὶ τὴν μάχην· καὶ γὰρ ἐγένετο

7. Nec iam hoc dicturus sum, quod, quum multo pauciores et imbecilliores haberet, nihilominus conflixerit; (quandoquidem id si dicam, videar Agesilaum amentem, ac me stultum pronuntiare, qui hominem temere periclitantem de summa rerum laudem) sed hoc apud me potius in admirationem venit, quod copias non minores hostilibus comparauerit, et sic armis instruxerit, vt omnia merum aes, omnia esse mera purpura viderentur.

8. Dederat itidem operam, vt milites possent labores perferre; animosque ipsorum ea compleuerat ferocia, vt ad pugnandum aduersus quoslis satis essent idonei. Praeterea contentionem mutuam inter suos excitarat, vt singuli se praestantissimos declararent. Spe denique repleuerat omnes, vt vniuersi multa bona adipiscerentur, si viros se fortes gererent. Existimabat enim, viros eiusmodi promtissime in hostem dimicaturos. Quae sane ipsum opinio minime fefellit.

9. Pugnam quoque narrabo, quod

* Al. συνέβαλεν.

** Al. δυνήσοιντο.

το οἷαπερ ἐκ ἄλλη τῶν ἐφ' ἡμῶν. συνήεσαν μὲν γὰρ εἰς τὸ κατὰ Κορώνειαν πεδίον, οἱ μὲν σὺν Ἀγησιλάῳ, ἀπὸ τῆ Κηφισσῆ, οἱ δὲ σὺν τοῖς Θηβαίοις, ἀπὸ τῆ Ἑλικῶνος. ἑώρων δὲ τάς τε φάλαγγας ἀλλήλων μάλα * ἰσομάλως· σχεδὸν δὲ καὶ οἱ ἱππεῖς ἦσαν ἑκατέρων ἰσοπληθεῖς. εἶχε δὲ ὁ Ἀγησίλαος μὲν τὸ δεξιὸν τῆ μεθ' ἑαυτῆ, Ὀρχομένιοι δὲ ἔσχατοι ἦσαν αὐτῷ τῆ εὐωνύμη. οἱ δ' αὖ Θηβαῖοι αὐτοὶ μὲν δεξιοὶ ἦσαν, Ἀργεῖοι δ' αὐτοῖς τὸ εὐώνυμον εἶχον.

ι. Συνιόντων δὲ, τέως μὲν σιγὴ πολλὴ ἦν ἀπ' ἀμφοτέρων. ἡνίκα δὲ ἀπεῖχον ἀλλήλων ὅσον σάδιον, ἀλαλάξαντες οἱ Θηβαῖοι δρόμῳ ὁμόσε ἐφέροντο. ὡς δὲ τριῶν ἔτι πλέθρων ἐν μέσῳ ὄντων, ἀντεξεδραμον ἀπὸ τῆς Ἀγησιλάου φάλαγγος, ὧν Ἡριππίδας ἐξενάγει.

ια. Ησαν δ' αὐτοὶ τῶν τε ἐξοίκα αὐτῷ συστρατευσαμένων, καὶ τῶν ** Κυρειέων τινὲς, καὶ Ἴωνες δὲ, καὶ Αἰολεῖς, καὶ Ἑλλησπόντιοι ἑπόμενοι· καὶ πάντες ὅτοι τῶν συνεκδρομόντων

quod eiusmodi fuerit, qualis alia, nostro quidem aeuo, nulla. Nam in campum ad Coroneam conuenerunt, Agesilai quidem exercitus a Cephisso; Thebani vero cum suis, ab Helicone. Et videbant phalanges suas admodum praelio committendo pares, propeque multitudo equitum vtrinque par erat. Agesilaus dextrum cornu apud suos tenebat, in laeuo poliremi erant Orchomenii. Contra, Thebani dextro suorum in cornu erant, in laeuo Argiui.

10. Et hactenus dum con-

grederentur, vtraque in parte magnum erat silentium. Quum vero a se inuicem vnius abessent stadii spatio, clamore Thebani sublato, cursu in aduersos ferebantur. Vbi tria reliquerant inter vtrosque plethra, de Agesilai phalange aduersi ruebant, quos Herippidas ducebat.

11. Erant autem illi partim, quos domo secum in expeditionem duxerat; partim, qui Cyro militauerant, et Iones, et Aeolenses, et Hellespontii, horum vicini. Hi omnes illorum erant in numero, qui vna

* Lege ἰσοπάλως. ** Al. Κυρείων.

δραμόντων τε ἐγίνοντο, καὶ εἰς δόρυ ἀφικόμενοι ἐτρέψαντο τὸ καθ' ἑαυτούς. Αργεῖοι μὲν οὐκ ἐδέξαντο τοὺς ἀμφ' Αγησίλαον, ἀλλ' ἔφυγον ἐπὶ τὸν Ελικῶνα. κἀνταῦθα οἱ μέν τινες τῶν ξένων ἐστεφάνουν ἤδη τὸν Αγησίλαον. ἀγγέλλει δέ τις αὐτῷ, ὅτι Θηβαῖοι τοὺς Ορχομενίους διακόψαντες, ἐν τοῖς σκευοφόροις * εἰσί. καὶ ὁ μὲν εὐθὺς ἐξελίξας τὴν φάλαγγα ἦγεν ἐπ' αὐτούς· οἱ δ' αὖ Θηβαῖοι ὡς εἶδον τοὺς συμμάχους πρὸς τῷ Ελικῶνι πεφευγότας, διαπεσεῖν βουλόμενοι πρὸς τοὺς ἑαυτῶν, ἐχώρουν ἐῤῥωμένως.

ιβ'. Ενταῦθα δὴ Αγησίλαον ἀνδρεῖον μὲν ἔξεστιν εἰπεῖν ἀναμφιλόγως, οὐ μέντοι εἵλετο γε τὰ ἀσφαλέστατα. ἐξὸν γὰρ αὐτῷ παρέντι τοὺς διαπίπτοντας, ἑπομένῳ χειροῦσθαι τοὺς ὄπισθεν, οὐκ ἐποίησε τοῦτο, ἀλλ' ἀντιμέτωπος συνεῤῥάξε τοῖς Θηβαίοις. καὶ συμβάλλοντες ** τὰς ἀσπίδας ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπεθνήσκον. καὶ κραυγὴ μὲν οὐδεμία παρῆν, οὐ μὴν οὐδὲ σιγή· φωνὴ δέ τις ἦν τοιαύτη, οἵαν ὀργή τε καὶ μάχη παράσχοιτ' ἄν. τέλος δὲ

procurrebant; ac intra ictum hastae quum venissent, hostes sibi oppositos in fugam verterunt. Argiui quidem illorum impetum, qui apud Agesilaum erant, haud sustinuere; sed ad Heliconem fuga se receperunt. Atque heic iam nonnulli hospites corona cingebant Agesilaum, quum ei quidam nuntiat, Thebanos, perruptis Orchomeniis, ad impedimenta peruenisse. Quapropter in eos euolutam phalangem ducebat. Thebani quum socios suos ad Heliconem fugisse viderent, magna vi pergebant, vt ad suos elaberentur.

12. Tum vero fortem virum fuisse Agesilaum haud dubie dicere possumus, quamquam tutissima non eligeret. Nam quum, dimissis illis, qui elabi conabantur, sequi a tergo posset, et vltimos capere; non hoc fecit, sed aduersa fronte cum Thebanis est congressus. Itaque collatis clypeis vrgebantur, pugnabant, interficiebant, interficiebantur. Nullus quidem excitabatur clamor, non tamen erat silentium: sed eiusmodi quaedam vox, qualis ex ira praelioque proficisci potest. Tandem Thebanorum

* Al. εἴησαν.

** Al. συμβαλόντες.

δὲ τῶν Θηβαίων οἱ μὲν διαπίπτσι πρὸς τὸν Ελικῶνα, πολλοὶ δ' ἀποχωρῶντες ἀπέθανον.

ιγ'. Επειδὴ δὲ ἡ μὲν νίκη σὺν Αγησιλάῳ ἐγένετο, τετρωμένος δ' αὐτὸς * προσηνέχθη πρὸς τὴν φάλαγγα, προσελάσαντές τινες τῶν ἱππέων ἔλεγσιν αὐτῷ, ὅτι τῶν πολεμίων ὀγδοήκοντα σὺν τοῖς ὅπλοις ὑπὸ τῷ ναῷ εἰσί. καὶ ἠρώτων, τι χρὴ ποιεῖν. ὁ δὲ, καίπερ πολλὰ τραύματα ἔχων πάντοσε καὶ παντοίοις ὅπλοις, ὅμως οὐκ ἐπελάθετο τῶ θείω, ἀλλ' ἐᾶν τε ἀπιέναι ὅποι βούλοιντο ἐκέλευε, καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἕνα **, καὶ προπέμψαι ἐπέταξε τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἱππεῖς ἕς τε ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐγένοντο.

ιδ'. Επεὶ γεμὴν ἔληξεν ἡ μάχη, παρῆν δὴ θεάσασθαι, ἔνθα συνέπεσον ἀλλήλοις, τὴν μὲν γῆν αἵματι πεφυρμένην, νεκροὺς δὲ κειμένους φιλίους καὶ πολεμίους μετ' ἀλλήλων, ἀσπίδας δὲ διατεθρυμμένας, δόρατα συντεθραυσμένα, ἐγχειρίδια γυμνὰ κωλεῶν, τὰ μὲν χαμαὶ, τὰ δ' ἐν σώμασι, τὰ δ' ἔτι μετὰ χεῖρας.

ιέ. Τότε

